tur.quotidie.autem huiuſmodi cauſa tēdit:ſed non ſemel ſcdm mē ſem:quoniā in matricibus ſperma exiſtēs attrahit a corpore ſemp: quomodo vtiq; & potentie habet:ſic ſpiritus:& primū quidē paruus ſpiritus fit.& ſanguis modicus tendit ad matricē:quando aut ſpiritus in plus fit:magis attrahit ſanguinem:& in plus deſcendit ſanguis ad matrices. Non habentibus aūt in vtero quando menſtrua non egrediuntur propterea dolor fit. Primum quidem perturbat ſanguis in corpore ſm quēlibet menſē a neceſſitate huiuſmodi: q2 menſes a menſe differunt multū:& ſm frigiditatem & caliditatem & hoc ſentit mulieris corp9 hūidi9 eni eſt q̄ viri:& pturbato ſanguine & replēte venas deſcēdit ab ipo. Et qualiter hic a pncipio nature fuit quare ſiquidē euacuatur a ſanguine mulier concipit in vtero, ſi autē repleta fuerit nō vacuis aūt matricib9 & venis factis a ſanguine cōcipiūt a ſe mulieres pueros poſt menſtruorū ſiqdē purgationē mulieres maxime concipiūt in vtero.cauſa aūt qd dr qn autem pturbatur ſanguis.& nō tēdit extra ſegregatus.ſ3 ad matrices: matrices aūt nō remittunt:calefacte aūt a ſanguine diuturno matrices parāt alteri corpori caliditatē:eſt aūt qn̄q; & tm de ſanguine in venis corpis:vt & vene replete doleāt:& tumorē pbeāt eſt aūt qn̄q; & piculū ex hoc purgari:eſt autē qn̄q; & ad veſicā pconſiſtunt:& comprimunt & claudūt veſicā.& ſtrāguriā pbēt:eſt aūt qn replete ſanguine exiſtentes matrices declināt:aut ad iſchiā aut ad lūbos:& dolorē pbēt. Eſt autē qn̄ & diuturn9 fuerit ſanguis quinq; menſib9.aut ſex in matricib9 putrefactis putredo fit;in quibuſdam autem ſm teſticulū egredie&.eſt autē quibus iuxta femur:ſicut apoſtema fit. exinde ſanies facta egreſſa eſt:& alia multa huiuſmodi mulierib9 fiunt cū nō purgantur menſtrua ſed non oportet dicere hoc hic: dictum eni eſt in mulierib9 egritudinib9;ſed vnde dimiſi ſermonē complebo. Quando autem fit caro tunc panniculi aucto eo quod eſt in matricibus augentur:& ipſi cauantur maxime exteriores & ſanguis qui eſt a matrice deſcendens:quodcunq; caro fuerit ſpirans attraxerit:& augumentum fit & ſi vtile non fuerit in concauitates panniculorum ſegregatur & quando cauantur & ſanguinem recipiunt:tunc autem nominantur regio:hec aūt a me in hac parte dicta ſunt. Caro aūt aucta a ſpiritu articulatur:& venit in ipſa ſingulum ſimile:vt ſimul:& denſum ad dēſum:& rarum ad rarum:& humidum ad humidum:& vnū quodq; venit in propriam regionem:ſecundum cognatum a quib9 & factum eſt quecunq; a denſis ſunt & fiunt.& quecunq; ab humidis humida ſunt & alia ſecundum eandem rationem fiunt:& augumēta tis & oſſa indureſcunt a caliditate coagulata & iam ramificantur vt arbor melius interiora corporis & exteriora & caput fit diſtans a ſpatulis.& brachia et cubiti a lateribus:& crura diſtant ab inuicem: et nerui inuoluuntur circa naturas articulorum ; et ipſum habet os;et naſus et aures eleuantur in carne;et perforantur oculi re-

plentur humido puro ⁊ teſticulis manifeſtus fit: quale eſt ⁊ viſce/ ra articulantur: ⁊ iam a ſuperioribus ſpirationem facit ore: ⁊ na/ ſo: ⁊ venter inflat: ⁊ inteſtina inflata ſm ſupiora accipiũt ſpiritum q̄ eſt ꝑ vmbilicũ ⁊ obthurat ⁊ ad inteſtinũ via fit a vẽtre: ⁊ ab inte/ ſtinis extra. Singula aũt hoꝝ articulant a ſpũ ſingula inflata qui dem cum diſtant oia Secundũ cognitionẽ etem̃ ſi volueris fiſtu/ lam ligare ad veſiccã: ⁊ ꝑ fiſtulã imittere in veſiccã terrã ⁊ harenã et plumbi fruſta ſubtilia ⁊ aquã infundens fiſtulã inflare primuꝫ quidẽ illa miſcent aqua: deinde tpe inflata: veniet plumbũ ad plũ/ bum: ⁊ harena ad harenã: ⁊ terra ad terrã: ⁊ ſi quis ipſa deſiccare dimitteret: ⁊ circũfranget veſiccã inueniet: ⁊ videbit ipſorũ ſimile ſicut ad ſimile veniens: itaqꝫ aũt ⁊ ſperma ⁊ caro articulat: ⁊ veniet vnũqđqꝫ ſimile ad ſil'e. Hec aũt adhuc dicta ſunt a me: ⁊ factus eſt vtiqꝫ puer: ⁊ ad hoc accedit femina quidẽ in. xl. dieb⁹ ad lõgiſſimũ ſicut em̃ accidit in pl⁹ in hoc tpe aut paulo pl⁹: aut paulo min⁹ ħ arti culari. etem̃ purgatio fit i mulierib⁹ poſt ꝑtũ aut in pl⁹. accidit aũt in puella quidẽ. i. in muliere pariẽte puellã in dieb⁹. xliiij. ita quidẽ duriſſima ⁊ finalis periculũ vtiqꝫ erit. ⁊ in. xxxv. diebus purgaretur in maſculo autem mũdificatio fit in dieb⁹. xxx. ita diuturniſſima et finalis periculũ vtiqꝫ eſſet. ⁊ ſi in. xx. diebus purgaret: poſtremo aũt tempore nimie egreditur purgatio in iuuenibus aũt paucis dieb⁹ purgantur in vetuſtioribus autem pluribus. Maxime autem do/ lent mulieres in partu ⁊ in purgatione partus: primo parientes: ⁊ in mora parientes magis dolent: purgationes autem mulieribus ex partu huiuſmodi cauſa fiunt quia in priori temporis vſqꝫ ad q̄/ drageſimũ diem ⁊ duos in puella. in puero autem vſqꝫ ad. xxx. dieꝫ minus ſanguis deſcendit in argumentum puero. hic autem in his plus quouſqꝫ pariatur: oportet vtiqꝫ purgationem retribui in pur gatione partus: ⁊ exire foras ſecundum purgationem dierum.

Principium autem ſit huiuſmodi mulieribus in dolore perturbã tur ſanguis mulieris. ⁊ calefit totus a motu pueri forti exiſtente. ꝑ turbatus autem primo quod venit extra poſt puerum autem pu/ tredo groſſa ſanguinea: ⁊ meatus egreſſus factus eſt chimus ſicut aqua immenſa: deinde poſt illud ſecũduꝫ plurimos dies egreditur purgatio vſqꝫ ad dictũ tempus ſm ſimilitudinem hore menſis co/ tile. i. pugilli aut tota aut media: primo aũt paulo plus: aut paulo minus ſm rõnem huiuſmodi quouſqꝫ finiat. Egreditur auteꝫ ſan guis vt ab occiſa victima ſi ſana fuerit mulier ⁊ debet ſana eſſe: et cito coagulatur: ſi autẽ mulier non fuerit ſana neqꝫ debet ſana eſſe egreditur purgatio minor ⁊ ſm ſpeciẽ prauior ⁊ non coagulabilis: ita aũt hoc habet ſi qua mulier in vtero habẽs egritudinẽ habue/ rit nõ exiſtentem cognatã purgationi ꝑtus deſtruitur niſi purget in anteriorib⁹ dieb⁹ in vtero hñs mox ſana exñs mox intus: ſi mãſe rit aũt ipſi purgatio ſiue a medicis ſiue a ſpõtanea ſubito ſm rõ/

nem dierū egredietur: q̄bus nō egrediet: in ſemel vel ſimul. Si aūt nō purgata fuerit mulier purgatione ꝑtus: egritudo ipſi magis ⁊ periclitabit mori: neq; ſi curā hūerit in breui: ⁊ ipſa deorſum agat purgatione: hic aūt reduxi hic ꝓpterea qualr̄ enunciē ꝙ puerorū ſit ſegregatio membroꝝ lōgiſſima. in puella quidē in. xlij. diebus in puero ꝟo in. xxx. dieb⁹ diuturna. Debeo aūt ſm nūc nominare cauſam explanatiōis: dico nō retribui ꝙ in matricib⁹ exn̄ti ſpermati minus ſanguis venit a muliere ad matrices hn̄te feminēū ſperma in. xlij. diebus: in his aūt diebus articulant mēbra infantium. ab hoc aūt tp̄e ipſi in plus venit ſanguis in puero ſm ipſum numerū et rōnem. xxx. dierū: ſicut aūt habet aliud argumentū hic ꝙ hec vera ſunt primis aūt. xxx. diebus quando ſperma in matricem cadit minimus ſanguis venit ad matrices a muliere. deinde in pl⁹: ſi eñi coadunatus: et multus venerit: non vtiq; ſperma poſſet ſpiritum habere: ſuffocaretur: vtiq; a ſanguine vehemente multo. Retribuitur aūt in purgatione ecōtrario: egreditur autē purgatio partus in primis diebus plurima. deinde in minus donec finiatur: multe vtiq; mulieres corrūperunt puerū pauloante. xxx. diem: ⁊ inarticulatus apparuit: quecūq; vero poſterius aut ſimul. xxx. diebus articulata apparebant exiſtentia: ⁊ in puella ſm rationē. xlij. dierū. qn̄ corrumpūtur videtur articulatio mēbrorum: ſiue prius corrūpat puer ſiue poſterius ſic videt ⁊ ratione ⁊ neceſſitate articulatio exiſtens: in puella quidē in. xlij. diebus in puero. in. xxx. teſtat eñi aborſus infantium ⁊ immūdificationes partus. cauſa autē eſt. q: feminа coagulat poſteri⁹ ⁊ articulat: quia ſperma infirmius ⁊ humidius mulieris q̄ viri: ⁊ neceſſe eſt ſm hanc rōnē poſterius feminā coagulari q̄ maſculū: ⁊ mundificatio diuturnior hmōi cauſa cū in femia magis de ſubſtātia ſit q̄ in maſculo. Redibo aūt iterū retro vnde diſceſſi: qn̄ aūt articulatur infans ſm formas mēbroꝝ ipſo aucto oſſa ⁊ mēbra duriora fiunt ⁊ cauant: ⁊ hec a ſpū fiunt. ꝯcaua aūt exn̄tia attrahūt ad ſe a carnib⁹ ſanguinis pinguiſſimū: ⁊ tp̄e ꝓcedente ramificant iterū extrema oſſium ſicut arboris extrema poſtremo ramificant: ita ⁊ pueri diſtāt: adinuicē digiti manuū ⁊ pedum: in extremis aūt vngues oriunt: finiūt aūt vene hoīs: oēs in digitos manuū ⁊ pedū: ⁊ groſſiſſime quidē ſunt in corpe ⁊ q̄ in capite: deīde aūt in cruribus ⁊ brachijs. ⁊ cubitis: in pedib⁹ aūt ⁊ manibus ſubtiliſſime ⁊ dēſiſſime ⁊ pſime vene ſunt: ⁊ nerui ſubtiliſſimi ⁊ denſiſſimi pſimi. digitis aūt manuū ⁊ pedū hi maxime ſunt: extra dixit aūt ſicut ex hn̄tibus dēſa oſſa pua ⁊ venas ⁊ neruos: ita et vngues oriunt ex ipſis ſubtiles et denſe: ⁊ accipiūt extrema venarū ꝙ nō amplius augeant ipſe: neq; emineat aliqua altera: quare nō eſt mirandū ꝙ vngues in extremo corporis denſiſſimi ſunt ſimilr̄ aūt et vnguibus ⁊ capilli in capite radicant. Hab; aūt in capite ſic q̄ ſunt de natura capillorum; oriuntur enim maximi et plurimi vbi

corporis cutis rariſſima eſt: et hoc vbi capilli moderatã humiditatem in nutrimentum habẽt et vbi cutis poſterius rara fit: et ibi pili poſterius oriunt̃ in mento et pectine et ſi cubi: ſimul eñ ſpermate facto caro rara fit: et cutis et vene apiunt̃ magis q̃ in priore tp̃e puero exẽti ſubtilib⁹ eñ venis exẽtibus nõ deſcẽdit p̱ ipſas ſperma et de mẽſtruis puelle eadẽ cadit ratio: ſimul aũt via fit et mẽſtrualib⁹ et ſpermati virginibus et capillat̃ pecten pueri et puelle rara facta cute et ſimul crinis vel cutis humiditatẽ temperatã in nutrimentũ h3: et nõ minorẽ: ita et barba viri h3: rara eñ fit cutis tẽdẽte in ipa3 humiditate a capite: ſimul quidẽ eñ et in coitu: pariter aũt et in medio tp̃is crinibus menſuratã h3 humiditatẽ in nutrimentũ: tunc maxime quãdo tempus fit humido deſcendenti a capite: et in coitu deſcendẽdo a pectore ad barbã: ſignificatio aũt: q̥ in rariſſimis cutis oriunt̃ pili: ſi quis voluerit aduerere cuti et cruſtã ſolũ facere et ſanare dẽla facta cutis in cicatrice pilos nõ p̱ducet. Quicũq̃ aũt eunuchi pueri exẽtes fiunt: p̱pter hoc neq̃ pilos habẽt in pectore neq̃ in mẽto lenes fiunt toti: q2 via nõ facta ſp̱mati rarificat cutim in toto corio. ¶ Secant aũt viã ſp̱matis ſicut mihi dictum eſt pauloante: et mulieres aũt lenes fiũt ſm̃ mentum et corpus: q2 in coitu ipſarum humidũ ſimiliter iectigatũ ſicut id quod eſt viri cuti3 nõ facit raram: quicunq̃ aũt calui fiunt: iſti aũt flegmatici ſunt: et in capite ipſorum ſimul coitu iectigatũ et calefactũ flegma cadens in cutim vrit capillorum radicẽ et fluunt capilli. Eunuchi p̱pter hoc nõ fiũt calui: q2 ipſoꝝ nõ fit motus vehemẽs neq̃ calefactũ flegma in coitu vrit capilloꝝ radices: cani aũt propter hoc fiũt: q2 multo tẽpore deſcendẽte humido in homine ſequeſtrat̃ albiſſimum et cadit ad cutim: et crinis albiorem humiditatem habens q̃ in priori tempore albior fit: et cutis vbi cani ſunt albior altera fit et quicũq̃ ex genitura caniciẽ quandã habẽt in capite: illis vbi canicies eſt albior alia eſt: illic eñ albiſſimũ humidũ eſt: h3 autẽ et hoc fit vbi vtiq̃ caro humiditatem attrahit ſiue albam ſiue rubeam ſiue nigrã: tales ſm̃ colorem et pili fiunt hec autẽ dicta ſunt a me. Adhuc veniã aũt ad reſiduũ ſermonis: quando vtiq̃ extrema corporis pueri ramificãtur extra: et vngues et capilli ramificabũtur: tũc vtiq̃ et mouet̃ et tẽpus ad hoc fit maſculo quidẽ tres menſes: femine verõ .iiij. ſic eñ in plurimũ accidit: eſt aũt et quoſdam puerorum ante hoc tempus moueri: mouetur aute3 ante maſculus: q2 eſt fortior femina: et ante coagulatur maſculus a groſſiori enim et fortiori ſpermate fit maſculus femina: quando autẽ mouebitur embryo: tũc vtiq̃ et lac ſuperſignat matri: mammille enim eleuantur et pupille quieſcunt luceſcunt autem liueſcant: lac vero non egreditur et feminis denſatur carnium poſterius lac ſuperſignat et venit: et rarũ autem carniũ ante propter hanc neceſſitatem fit lac quando matrices tumoroſe fuerint a puero comprimunt ventrem mulieris huiuſmodi autem

quando repleta repreſſio fit:reſilit pinguiſſimum a cibis ꝛ potibus extra ad omentū ꝛ carnē:ſicut ſi quis corīū inūgat oleo multo.ꝛ ꝑmittat imbibere ꝛ poſtꝙ imbiberit reprimat corium repreſſo corio reſilit extra oleū ita vtiqꝫ ꝛ ventre habente in ipſo pingue a cibis ꝛ potib⁹ repſſo a matricib⁹ reſilit pingue ad omētū ꝛ carnē.ꝛ ſi fuerit mulier rare carnis citius ſentit ſaltū:ſi vero nō poſterius:ꝛ beſtie in vtero habentes ſi quidē nō egrotauerāt ab eodem cibo ꝛ potu pinguiores fiunt ꝓpterea.ſimiliter autem ꝛ femina a pingui calefacto ꝛ albo exn̄te quod dulcoratū a caliditate que eſt in matricibus repreſſum venit ad mām̄illas ꝛ ad matrices parū venit ꝑ eaſdē venas:ꝓcedūt eñ vene ad mām̄illas ꝛ ad matrices ꝛ he alie ſimiles ꝛ qn̄ accidit ad matrices lac:puer ab ipſo augetꝰ:parū mām̄ille vero recipientes lac eleuantꝰ replete:ꝛ qn̄ parit primo motu facto tendit lac ad has mām̄illas ſi lactauerit:hꝫ eñ ſic lactantibus mām̄illas ampliores fiunt vene ſm̄ mām̄illas ampliores autē facte vene a vētre attrahentes pingue tradūt mām̄ille eteñ ſi vir coierit multuꝫ ampliores fiunt vene ꝛ magis ducunt coitū hꝫ aūt ꝛ hoc ſic. Nutrimentum ꝛ augmentū puerorū fit:qn̄ in matricibus vadūt q̄ ſunt a matre:ꝛ quomodo mater hꝫ ſana ꝛ infirma:ita ꝛ puer hꝫ quemadmodum ꝛ que in terra vegetabilia:nutriuntur a terra.et qualiter vtiqꝫ terra ſe habēt:ita ꝛ vegetabilia ſe habēt ꝛ que in terra:ſemē enim quando deponitur in terrā humiditate repletur a terra.habet enim in ſeipſa terra humiditatem omnimodā qua nutriūtur vegetabilia:humiditate autem repletum ſemē inflatur ꝛ tumeſcit et cogitur ab humiditate conuerti v̾tus que eſt leuiſſima in ſpermate:cōuerſa autē virtus a fronde ꝛ humiditate facta frondes rūpit ſperma:ꝛ oriuntur primo exterius frondes:orientia auteꝫ qua non amplius poſſunt nutriri frondes ab hūiditate que eſt in ſpermate rumpuntur inferius ſperma ꝛ frondes.ꝛ coactum a frondibus tranſmittitur a pondere in dorſum aut in ipſo delinquitꝰ propter grauitatem.ꝛ fiūt radices ex frondibus denſe.qn̄ autem dorſum firmiter radicatum fuerit vegetabile et nutrimentum a terra faciet. tunc vtiqꝫ eūauit oē:ꝛ quod conſumptum eſt ꝛ vegetatum preter corticeꝫ. qꝛ ſolidiſſimus eſt:iterum autem cortex putreſcēs in terra immanifeſtus fit tempore vtiqꝫ:et ramificantur quedam frondium ex ſpermate igitur ſic ab humido factum:tamen momētale exiſtens ꝛ aquoſum et augumentum motum ꝛ in deorſum ꝛ in ſurſum non pōt fructum emittere nō eñ ipſi eſt v̾tus fortis et pinguis ex qua ſemen conuertetur.quando autem infirmabitur magis vegetabile ad genus a tempore tunc vtiqꝫ et venas habet amplas ꝛ in ſurſum et deorſum.et tunc vtiqꝫ ex terra extrahitur non amplius aquoſum ſed groſſius ꝛ pinguius ꝛ plus vt calefactum a ſole ebulit ad extrema:ꝛ fit fructus ſm̄ cognitū ex quo ꝛ factū eſt ꝛ mult⁹ ex medico:ꝛ ꝓpter hoc ſit.qꝛ attrahit vnūqōqꝫ vegetabiliū

ex terra potentiam magis q̄ ex quo factum eſt:ꝛextra viuit non ſm vnum:ſed ſm multa. Quādo autē fructus egreditur:nutrit a vegetabili attrahēs eni vegetabile a terra fructū tradit:ſol aūt maturat ꝛſolidat fructum attrahens ab ipſo ab aquoſo ad ſe. Et hec dicta ſunt a me de vegetabilib' a terra ꝛ aqua ꝛ ſeminib'. Que aūt plātatur ex arboribus plante fiūt hoc modo. Ulnꝰ autem vnus habet ramꝰ in infirmo verſus terrā ſm q̄ ab arbore ruptū eſt vnde ꝛ radices emittunt:hoc modo dicto tranſmutant q̄ñ plāta que eſt in terra humiditatē ſumit a terra inflat ꝛ ſpiritū habet: que aūt ſup terrā vnde ſpiritus hic ꝛ humiditas conuertunt ad inferiꝰ:plāte virtute quecunq; erat grauiſſima rumpit in deorſum:ꝛ fiunt ex ipſo radices molles:quando autē inferius accipiantur tunc attrahit a radice humiditatem:ꝛ tradit exiſtenti ſuper terra ꝛ tunc rurſum ſuperius inflatur:ꝛ ſpiritum habet:ꝛ quāta virtꝰ in plāta leuis eſt cōuerſa frondes facta germinat:ꝛ in ſuperiꝰ augumētū facit. ꝛ ad inferiꝰ ita in cōtrariū accidit vtiq; eoꝝ que fiunt ex ſemine ꝛ plantaꝝ de germine. Primū eni ex ſemine frondes oriunt. deinde radices ad inferius emittunt arbor aūt radicatur prius deinde frondeſcit: ꝓpter hoc q: in ſemine quidem ipſo humiditatis multitudo ineſt:ꝛ in terra omni exiſtenti nutrimentum ineſt primo ſufficiens frondi: vnde frons nutriatur quouſq; radicetur: in ramo autem non ſicut :non enim fit ex alia: inde frons primum nutrimentū habet:ſed ipſe ramus eſt ſicut ꝛ arbor ſe habet:ꝛ hic ſup terram eſt multa:quare nō poterat ſuper terram repleri humiditate niſi ex inferiori magis virtus quedam veniens extra det quod ſuperius eſt humiditatis ꝛ primo quod plantatur neceſſe eſt inʳ ſeipſo nutrimentum facere a terra radicibus:deinde ſic a terra attrahens ſurſum tribuere ꝛ frondes mouere in germen ꝛ augumentum:quando autem augetur plāta ramificatur ab huiuſmodi neceſſitate:quam dicā q̄ñ plꝰ hūiditatis ipi adueniat ex terre extracte a multitudine rūpit ſm q̄ plurima erat ꝛ ſic rāificat plāta:augeť aūt ꝛ in latitudinē ꝛ in ſupiꝰ ꝛ iferiꝰ ꝓpter hoc q: inferiꝰ terre hyeme q̄dē calīm eſt eſtate ꝟo frim:hoc āt ꝓpter hoc eſt:q: terra hūida hyeme ab aq̄ q̄ a celo deſcendit:ꝛ reprimitur in ſe ſicut grauiori exiſtēte hūiditate:denſior aūt ab hac:ꝛ nō habet aliquā reſpirationē nō eni ampliꝰ ineſt magnū rarū: ꝛ ꝓpter hoc iſtiꝰ terre hyeme magis eſt calīm. etenī ſimꝰ collectꝰ q̄dē calidior eſt ſm q̄ rarꝰ exiſtit:ꝛ alr̄. Hūida autē repreſſa a ſeipſis calide fiūt ꝛ in veloci valde a caliditate cōbuſta putrefiūt:nō eni trāſit reſpiratio p ipſa tanq̄ dēſa exiſtētia. Si aūt ſicca fuerint ꝛ rare poſita multo minꝰ calefiūt ꝛ nō putrefiūt. ſic āt ꝛ frumēta ꝛ hordea hūida exñtia ꝛ fuſa calidiora ſunt q̄ ſicca fuerint ꝛ rare poſita. Et indumēta colligata ꝛ cōpreſſis fortiter inuoluta: vrunt a ſeipſa ſicut ego vidi iam tanq̄ ab igne:ꝛ alia ſi q̄s voluerit eſtimare: oīa quecunq; reprimunt a ſeipſis calidiora inuenit q̄ rare poſita;nō eni reſpirare frigidum

aventis ita aũt ⁊ terra inferiꝰ repleta exiſtente: ⁊ ipſa a ſeipſa repꝛeſ
ſa tanꝗ̃ graui ⁊ denſa exiſtente ab humiditate calidum eſt hyeme:
nõ enim eſt ipſius exalatio aliqua calidi: ſed quãdo ceciderit ex celo
aqua in ipſam quando reſpirat in terra ab ipſo non tranſit ante tã
ꝗ̃ terra exiſtẽte denſa: ſed ſpiritus retro ad aquã venit: ⁊ ꝓpter hoc
fontes calidiores ſunt hyeme ⁊ maiores ꝗ̃ in eſtate: qꝛ reſpirãte ſpi
ritu retro venit ad aquam tanꝗ̃ terra dẽſiori exiſtẽte ⁊ nõ tranſit ꝑ
eã ſpiritus ⁊ aqua multa exiſtens inꝗ̃tum ſi contingat: hic autẽ rũ-
pit diſtendens ⁊ viam ſibiipſi facit ampliorẽ ꝗ̃ ſi modicus fuerit: aq̃
enim in terra non ſtat. ſed ſemper tendit in decliuum: ſi autem trã
ſiret hyeme ab aqua ſpiritus terre per ſe minor aqua ꝓcederet ab
ipſo ex ipſa ⁊ fontes nõ eſſent vtiꝗ̃ hyeme magni: hec autẽ dicta ſunt
a me: ⁊ terre inferiꝰ calidiꝰ videt̃ exiſtens hyeme ꝗ̃ eſtate. Nũc autẽ
volo dicere: quia eſtate inferiꝰ terre frigidiꝰ videt̃ exiſtens ꝗ̃ hyeme
eſtate enim rara eſt terra ⁊ leuis tanꝗ̃ ſole attrahente ad ſe ab ipſa
humiditatem: habet autem terra in ſe aquam plus aut minꝰ: ſpũs
aũt oẽs ſunt nobis ex aqua: huiꝰ autẽ ſimile eſt qꝛ ita ſe habet: ab
omnibus enim fluminibꝰ ⁊ nubibꝰ ſpiritus procedunt quotidie ⁊ cõ
tinue: nubes autem ſunt aqua continua in aere: ⁊ tũc vtiꝗ̃ terra ra
ra eſt ⁊ leuis eſtate ⁊ tanꝗ̃ in ipſa habens ⁊ aq̃ fluit ad decliuia de-
ſcẽdẽte aũt aqua ſemper expirat exinde aliꝰ ſpiritus ex alio: q̃ autem
erat per terrã venit leuẽ ⁊ rarã exiſtentẽ: ⁊ frigidus terre facit. ⁊ ipſa
aqua ſimiliter infrigidatur. Habet autẽ ſic queadmodũ ſi quis in
vtre aquã exiſtẽtẽ repreſſerit fortiter ⁊ exalationẽ aqua fecerit in pũ
cta vel in pũctura: aut magna aut parua acus ⁊ vtrẽ pendens ſuble-
uet nullus ſpiritus ꝑ perforatum procedet ſed aqua: nõ eñ habet
amplitudinẽ qua expirat aqua ſicut autem habet hyeme de aqua
in terrã: ſi autẽ aqua in vtrem amplitudinẽ fecerit ⁊ pendẽs ſubleua
bis vtrẽ ſpiritꝰ ꝓcedet ꝑ ꝑforatũ. amplitudo enim eſt ſpiritui ab aq̃
mota exire ꝑ vtrẽ ⁊ ꝑ ꝑforatũ ſpiritꝰ ꝓpter hoc ꝓcedit. Sic autẽ ha-
bent ſe aque eſtate terra: amplitudo eñ eſt ipſi tanꝗ̃ terra rara exi
ſtẽte ⁊ ſole attrahẽte ab ipſa humiditatẽ ad ſe: ⁊ trãſit ſpũs tanꝗ̃ fri
gidꝰ exiſtẽs ab aq̃ ꝑ ipſam rarã exiſtẽtẽ ⁊ leuẽ ꝓpter hoc inferiꝰ ĩpiꝰ
exiſtẽs frigidũ eſtate. ⁊ aque magis ſpiritu qui eſt in terra frigido
exiſtente: ⁊ ipſa dimittit ſibiipſi ſpiritum ad terram ⁊ pariter qui-
dem que hauritur in puteo ſemper mouet ſpiritum tanꝗ̃ flabellum
⁊ ipſum facit frigꝰ prebere aque: que autem non hauritur aq̃ eſtate
ſꝫ eſt ſtãs dẽſum exñs nõ ſimiliter recipit ſpm̃ ad ſe a terra: neꝗ̃ in
terrã ad ſe tradit: ⁊ pariter a ſole ⁊ aere nõ diſperſo in puteo: ſꝫ ſtabi
li exiſtẽte caleſit prio ſupficiale ĩpiꝰ: deinde alteꝝ ab altero ad inferiꝰ
tradit caliditate: ⁊ ꝓpter hac aqua q̃ nõ haurit̃ eſtate calidior eſt
ea q̃ haurit̃. Fontes autem profundi aquaꝝ eſtate valde ſunt frigi-
di ⁊ aqua hauſta hyeme a terra calida exiſtente confeſtim enim ca
lida eſt quando autem tempus fit frigida eſt ab aere frigido exi-

ſtente exareſcit enim a vento ꝛ ſpiritus per ipſam tranſit quemadmodū ꝛ aqua que hauritur eſtate qñ hauritur frigida cōfeſtim fit calida propter hoc qꝛ terra rara exiſtēte ꝛ ſpiritu exiſtēte in ipſa infrigidatur: quādo autem hauritur tēpus fiat ſtabilis: caleſit eñi ab aere calido exiſtēte quēadmodū ꝛ aqua qui non haurit in puteo eſtate: ꝛ propter hoc calida fit: quidē adhuc dicta ſunt a me. Reſumā iterū quare eſtate terre inferiꝰ frigidiꝰ eſt hyeme autem calidū: ſuperiꝰ aūt terre cōtrariū huiꝰ: ꝛ oportet arbori duo nō calida fieri neq̧ duo frigida. ſimul ſi debet ſana eſſe: ſ; ſi ex ſupiori aduenit. ex inferiori oportet frigidū aduenire ſibi radices aūt qñ attraxerint arbori retribuūt ꝛ arbor a radicibꝰ. ꝛ ita fit cōſeruatio ꝛ frigidi calidis tanq̄ ꝛ hominibꝰ intrātibꝰ in ventrem cibis quecūq̧ digeſta calefaciūt oportet infrigidare tradendo arbori a loco ꝛ arbori. ita ꝛ arbori ex inferiori oportet retribuere ad ſuperiora ꝛ ecōuerſo: ꝛ augetur arbor ꝛ ſuperiꝰ ꝛ inferiꝰ ꝑpter hoc qꝛ nutrimētū eſt ꝛ ex ſupiori ꝛ inferiori ꝛ quouſq̧ mollis fuerit vehementer nō fructificat: nō eñi eſt ipſi pinguis ꝟtus neq̧ groſſa que in fructū conferūt quale eſt. qñ autē tēpus fit tūc vtiq̧ in ipſa vene ample facte faciūt in ipā ex terra pinguē ꝛ groſſum fluxum. ſol aūt diffundēs ſpm̄ ipſum facit extrauiuere vel exire ſicut leuem exñtem in extremitatibus ꝛ fructificare ꝛ ſubtilē quidē humiditatē a fructu aufert groſſa aūt maturans ſol ꝛ calefaciēs: dulcora. Arbores ꝟo q̄ nō fructificāt nō hñt pinguedinē in ſeipſis quāta in fructum tradāt extra. oīs aūt arbor qñ a tpe firmabiť ꝛ ſumat ex inferioribꝰ vtiq̧ a radicibꝰ terre ceſſat augeri quibuſcūq̧ autē arboribꝰ ab alijs arboribꝰ oculi inſiti ſunt. ꝛ arbores facti in arboribꝰ viuūt ꝛ fructificāt fructū: nō ſimilem quibus infinite ſunt tali modo hoc fit. Accidit oculo primum quidem germinare. alimentū eñi habuit primum q̄dem ab arbore qui deciſus eſt: deinde in qua ſitus eſt. quando autem germinabit ita trāſmittit in arborem radices ab ipſa ſubtiles. in primū augetur ab humiditate que eſt in arbore in qua ſitus eſt: deinde tēpore facto mittit radices in terrā ꝑpterea qꝛ i qua ſitꝰ eſt eleuať a terra attrahens humiditatē ꝛ nutrimētum ipſi: ꝛ exinde eſt quare nō admirandū inſitas arbores alteriꝰ fructꝰ eſſe: viuunt eñi a terra. hec autem dicta ſunt a me de arboribus ꝛ fructibus: ꝑpter hoc qꝛ non eſt poſſe mihi ſermonem ſemper factum derelinquere. Redibo autē iterum retro cuius ſermonis cauſa hic de his dicta ſunt. dico eñi vegetabilia in terra omnia viuere ab humiditate terre: ꝛ qualiter ſe habet terra humiditate: que eſt in ipſa: ita ꝛ vegetabilia habere ita ꝛ puer viuit a matre in matricibus et quomodo mater ſana ſe habet ꝛ ita puer ſe habet: ſi quis autem voluerit intelligere ea q̄ dicta ſunt de huiuſmodi inueniet ex principio ad finem. naturā oēm ſimilē exiſtere vegetabiliū enim ex terra ꝛ humana natura ꝛ hec a me ad hoc dicta ſunt. puer aūt in matricibus exiſtēs manꝰ h; apō

mentum ⁊ caput prope pedes: ⁊ nõ eſt vere iudicare neq̄ videbis in matricibus puerum vtrum caput ſuperius habet aut inferi⁹ ex vmbilico diſtẽſi ſunt pãniculi propoſiti ſibi: nunc autem dico cognitionem quam dixi enunciare pauloante ſicut poſſibile eſt humane mẽti manifeſtã exiſtentem cuilibet volenti ſcire de hoc: qꝛ ſperma in pãniculo eſt. ⁊ ſm mediũ ipſius vmbilicus eſt exinde primũ ſpirationẽ attrahit ad ſe ⁊ tranſit extra ⁊ ex vmbilico pãniculi ſunt in aliã naturã pueri ſic ſe habenteȝ quã dixi inuenies totã vſq̄ ad hec qualiter a me in ſermõib⁹ nõ fuerit aſſertũ. ſi voluerint enim aliquib⁹ teſtib⁹ quib⁹ debeo dicere vti. Si quis enim voluerit oua. xx. aut plura qualiter excorianẗ ſupponere gallis vel gallinis ſiue duobus aut plurib⁹ ⁊ incipiẽs ſingula die a ſcda vſq̄ ad vltimũ ſm ꝙ deficiet ouũ auferat frangẽdo intendens inueniat omnia habentia ſecundum meaȝ rationẽ vt cõgruit auis naturã comparare nature hominis. ꝙ enim pãniculi ſunt ex vmbilico diſtenſi: ⁊ alia quecũq̄ dicta ſunt de puero multa ſe habere in ouo auiculari inuenies ex ꝑncipio vſq̄ ad finem: ⁊ etiã ſi q̇s nondum ſciuit admirabiẗ in ouo auis exiſtere vmbilicum. hic aũt ſic ſe habent: ⁊ hec a me dicta ſunt: qñ autẽ mulieri ꝑtus aduenit accidit tunc puero moto ⁊ calcitrãdi manibus et pedibus rũpere aliquẽ interiorum panniculorũ. rupto aũt vno alij vtiq̄ infirmiorem fortitudinẽ habent ⁊ rũpuntur: primum quideȝ illius continui deinde poſtremus. qñ autem franguntur vel panniculi tunc ſoluitur a ligamento embryo: ⁊ tenditur extra iectigatum: venientib⁹ eñi pãniculis anterius ⁊ his apertis matrices nõ habẽt amplius potentiã puerũ retinere: ſimul capiunẗ vel cooperiũtur eñ ⁊ pãniculi matricũ quãdo puer circunuoluitur non multo poſt. quãdo autẽ egreditur puer cogit ⁊ dilatat matrices in exitu molles exiſtentes egreditur aũt ad caput ſi ſcdm naturam exierit grauiora eñi ſunt ipſi ſuperiora ex vmbilico liberata. exiſtẽs in manibus incontinens magis fit ex panniculis ſecũdum ruptionem ſimul. x. menſe quãdo partus matri aduenit. Si autẽ violẽtã paſſionem paſſus fuerit puer ⁊ ante hoc tẽpus ruptis panniculis egreditur: ⁊ hoc ſi nutrimentũ prius fiat a matre puero. ⁊ ſic prius partus matri aduenit: velocius autẽ. x. menſibus egreditur. ſȝ quicũq̄ opinati ſunt habere puerũ tẽpus plus. x. menſibus. iam eñi multotiẽs hoc audiui: extraxerũt hoc modo quo debeo dicere. Quãdo matrices ſpiritũ acceperũt in ſeipſas a ventre ventoſitatẽ prebente iſlabuntur: ſi enim hoc poterant ⁊ putãt vti mulieres ad ſe habere: tũc ⁊ ſi mẽſtrua nõ exiſtẽtia cõuertãtur in matricibus ⁊ fuerint diuturniora: ſemper defluunt in matrices eſt quidem quando a ventoſitate que eſt a ventre. eſt autem quandoq̄ ⁊ calefacta: ſed etiam tũc in vtero putant habere mulieres tanq̄ menſtruis non egredientib⁹ ⁊ matricibus inflatis: deinde quando menſtrua rumpuntur ſpontanea: aut alijs ſuperdeſcẽdentibus ad matrices ⁊ ducẽtibus deorſuȝ

priora ⁊ vētoſitas egreſſa eſt ⁊ mulieris vtiꝙ confeſtim poſt purga
tionē matrices aperte ſunt ⁊ ad teſticulum conuerſe ſunt ⁊ coeūtes
cū viris mulieres cōceperunt ad ſe eodē die aut ſimul paucis dieb⁹
putāt mulieres inexperte harum rationū ⁊ cauſarū illo tpe in vētre
habere tunc quando menſtrua non egrediebanꝫ ab ipſis ⁊ matri-
ces inflate erant. Quod aūt nō eſt diuturnū .x. menſib⁹ habere in
vtero dicā nutrimentū ⁊ augmentū quidē a matrice deſcendentes
non amplius ſufficiens puero eſt. quando .x. mēſes aduenerint ⁊ em
bryo augeatur attrahit eñ ad ſe ſanguinē dulciſſimū pariter aūt
⁊ a lacte augetꝫ parū: cū autem ipſi rariora hoc fiunt ⁊ groſſior exñs
puer petēs plus nō exiſtente nutrimēto calcitrat ⁊ pāniculos rum
pit ⁊ mulieres primo pariētes hic patiunꝫ magis: deficit eñ nutri
mentū pueris ad ſufficientiā vſꝙ ad .x. mēſes plus deficit aūt his ꝓ
pter hoc ſunt aūt hic q̄ purganꝫ a mēſtruis plurimis alie vero pau
cioribus hoc aūt ſꝑ fit: ⁊ natura ⁊ in genere matricū eſt. q̄ aūt men-
ſtrua modica trāſmittūt: nutrimentum rarius ſe prebēt pueris in
vltimo temporis. quando vtiꝙ ergo ſuperiori nutrimēto indigēt
faciunt calcitrare: ⁊ ante .x. menſes egreditur: parū eñ ab ipſis egre
ditur ſanguis: ſic autem in plus accidit ⁊ ſine lacte magis eſſe has
mulieres que modica menſtrua mittūt durioris eñ carnis ⁊ denſe
carnis ſunt hac autem ratione qꝛ deficiente nutrimēto egreditur
embryo: niſi aliqua paſſio violēta accidat: teſtimoniū autem ē auis
q̄ fit ex vitello oui hoc modo accubante matre calefit ouū: ⁊ qḋ exi-
ſtit in ouo a matre mouetꝫ. calefactū aūt qḋ exiſtit in ouo ſpiritū hꝫ
⁊ attrahit aliū frigidū ab aere per ouū. ouū eñ rarū ita tanꝙ aper
tum ſpiritū attractū ſufficientē ire exiſtente inferius ⁊ augetꝫ auis
in ouo ⁊ articulatur hoc modo ⁊ ſimili quo ⁊ puer: ſicut et prius di
ctuꝫ eſt a me: fit autē ex vitello oui nutrimentum autem ⁊ augumē
mentū eſt ab albo quod eſt in ouo ⁊ hoc vtiꝙ manifeſtum eſt omni-
bus factum quicūꝙ ⁊ intellectū intendūt: quando autem deficit nu
trimentum auicule ex ouo non habens ſufficiens a quo viuat mo
uetur fortiter in ouo appetēs nutrimentū plus ⁊ panniculi circum
franguntur: ⁊ quando mater ſentit auiculam moueri fortiter rum
pens extrahit: ⁊ hic accidunt ſibi in .xx. diebus: ⁊ manifeſtum eſt ꝙ
ita ſe habet quando enim ſculpſit auis in cortice oui: nihil eſt hu-
midum quod ſit dignum ratione. conſumptum enim eſt in auicu-
lam. Ita autem ⁊ puer quando augetur non amplius poteſt mater
prebere nutrimentum ſufficiens: appetens igitur pl⁹ nutrimentuꝫ
preſente embryone calcitrans frangit panniculos ⁊ ſolutum a liga
mento tendit pariter foras hec fiunt in .x. menſibus ad longiſſimū
Et ſcdm hanc rationem ⁊ beſtijs ⁊ feris partus aduenit tempore in
quo ſingulū parit ad longius. Unicuiꝙ eniꝫ animaliū neceſſe ē tp̄s
in quo nutrimentum rarius eſt embryoni. ⁊ deficiet et partus adeſt
et que quidē habent min⁹ nutrimentū embryonib⁹ minus pariunt.

que vero plus poſterius. et hec quidē ad hoc dicta ſunt a me. Puer autē q̄n circūfranguntur panniculi ſiquidē vtiq; in exitu ad caput facile parit mulier ſi autē ſm latus aut ſʒ pedes egredietur fit eni hoc ſi ita egreſſus accidat factus autem ab amplitudine matricū et ſi mater in dolore non quieſcat primum autem ſi ita egreditur difficulter pariet mulier: multeq; vtiq; aut ipſe deſtructe ſunt aut pueri aut ſimul. Parientes autem mulieres maxime dolent q̄ primo pariunt propter inexperientiam dolorum: et maxime dolēt q̄dā ſecundum lumbos et anchas. dolent autem et totum corpus diſtant et anche ipſarum que autem maxime experte partus minus dolēt primo parientibus que vero multotiens minus dolēt. Si a capite ierit embryon caput primo extra egreditur. deinde alia mēbra conſequentia: poſtremo autē vmbilicus: ex vmbilico autē regio tēſa ē: poſt hoc autē putredo venit ſanguinea a capite et ab alio corpore ſegregata coactione et labore et caliditate et fecit vel facit viā purgationi part⁹ poſt exitū putredini mundificatio fit ſm tp̄s primo dictum et mā mille et alia membra mulierum quecūq; humidiora ſunt rumpuntur minus quidem in primo partu. deinde tanq̄ pluribus corrūpūtur partib⁹ adhuc magis rūpuntur euacuatis venis a mūdificatione ptus. hec aūt a me dicta ſunt ad hoc. Gemelli aūt fiunt ab vno coitu: hn̄t eni vētres et ſinus matrices denſos. hos quidem lōgiores: alios vero propinquiores. teſticuli et multorum generātia aialium plures hn̄t paucorū gn̄atiuis: ſil'r aūt oues et beſtie et aues. Quādo aūt mulieri accidat diuerſa aut diuiſa accidēs ad duos vētres et matrices rapiāt ſperma et ventriū neq; aliter ad alterū vētrē relaxet. diuiſum aūt in vtroq; vēter pticulatur et viuificatur eodem modo quo et nūc dictū eſt. q̄ autē ab vno coitu gemelli fiunt hoc eſt ſignum canis et ſus et alia aialia ſunt quecunq; ab vno coitu pariūt et duo et plura et ſingulū animalium in matricibus in ventre et pāniculo ſunt. et hic noſipſi dicamus fieri et hec pariunt eadeʒ die omnia vt multum ſic autem et mulieri ab vno coitu pueri facti. vterq; in vētre et regione eſt. et pariuntur eadem die vtriq; et primū aliter egreditur foras et regio ipſius. Quod autē femina et maſculus gemelli fiunt. dico in femina et viro et in vnoquoq; animali ſperma eſſe et infirmius et fortius non inſimul egreditur ſperma: ſed in duas et tres erectiones vel electiones. et non eſt poſſibile ſemper ſimile eſſe totū forte. quod primo egreditur et quod poſterius ſiquidem contingat groſſum et forte ſperma intrare in alterum ventrium illic maſculus fit. ſi vero in alterum humidius et imbecillius ibi femina fit. ſi vero in vtroq; forte ingrediatur vtriq; maſculi fiunt. ſi vero infirmum vtreq; femine fiunt. Iſte ſermo ſic dictus totus finem habet.

Deo gratias.

¶ Et hic finis imponitur libello hypocratis de embryone ſiue natura fetus.

## ¶ Eiuſdem liber ſecretorum incipit.

DIxit hyppocrates cū in ſomnis apparet apoſtema ni
grum in poſteriori pte auris morieť infirm⁹. 18. die.
Et cū in iūcturis hydropis exiuerit ap̄a aut in pede
liberabitur poſt mēſem a die qua apparuit. 3.

¶ Super naſum aūt ſi apparuerit puſtula ſicut pan
nus lineus mūdus aut nigra morieť i fine anni a die
apparitionis. 4.

¶ Et qn̄ febriēs habuerit dolorē ſub hyppocūdrijs ſiniſtris: ⁊ ap
paret in loco ap̄a: ⁊ delituerit ſubito morieť in die quarta. 5.

¶ Et ſi puſtula nigri coloris aut pauonis coloris i poplite ſiniſtri
pedis: ſcias ꝙ eſt peſtilentia. 6.

¶ Si patiēs alienatus fuerit ante tertiū diē morietur ante. 7.

¶ Et ſi exitura puſtule nigra in lingua fuerit febrientis in die nō
cretico pronoſticatur mortem. 8.

¶ Alienatio cito poſt dolorem totius corporis ⁊ cardiacam ſtatim
poſt ſomnū ſignificant abundantiā hu. in corpore ⁊ ꝓnoſticantur
mortem ſubitaneam. 9.

¶ Cū exierit in palpebra patiētis apoſtema quaſi auellana ſine do
lore ⁊ grauitate morietur in. xxxiij. die. 10.

¶ Cū exierit in ſummitate naſi apoſtema nigrū ſubito cū forti do
lore: morietur in tribus menſibus. 11.

¶ Qui carēt odoratu ſine reumate fe. ꝓnoſticantur. 12

¶ Dolores iun cturarū in iuuētute breuitatem vite ſignificāt. 13.

¶ Tremor genuū poſt ſomnū cū remanentia virtutis ꝓnoſticatur
paraliſim. 14.

¶ Cum in ancha apparuerit apoſtema acutū morietur in tribus
menſibus. 15.

¶ Grauitas lingue poſt eius leuitatē in iuuētute: ſignificat mortē
ſubitaneam. 16.

¶ Cū in auris cartilagine exierit apoſtema fortis doloris morie
tur in tribus menſibus. 17.

¶ Qui patitur ephimerā: ⁊ fluxerit ſanguis ab eius naribus: mo
rietur trigeſimotertio die. 18.

¶ Qui dormierit oculis apertis abſq̧ conſuetudine epilepſiam ſi
gnificat. 19.

¶ Quando febriēs huc illuc manibus queſierit ⁊ viderit mortuos
quintodecimo die morietur. 20.

¶ In quo febriēte apparuerint diſpoſitiones inſuete ſi diſcooperit
pudēda abſq̧ pudore ⁊ loquitur verba turpia morieť oino. 21.

¶ Alienatio in omni egritudine peſſimum. 22.

¶ Permanētia ſenſuum non ſignificat euaſionē omnino. 23.

¶ In cui⁹ crure apparuerit puſtula cerulei coloris ⁊ flammei: oino

morietur primo mẽſe. Et ſi fuerit ſine ardore ꝛ prurit[u] in ſeptem menſibus morietur. 24.

¶ Puſtule nigre ꝛ virides mortale marie ſi fiãt cum febre. 25.

¶ Tortura mandibule vel obliquatus viſus in febre acutã ſignificat mortẽ ſtatim. 26.

¶ Cuiꝰ oculi fuerint obliqui cito alienationẽ ſignificant. 27.

¶ Cuiꝰ ſenſus odoratꝰ ſubtilior fit inſueto ſurdũ ꝑnoſticaꝭ. 28.

¶ Qui appetit comedere in horis nõ aſſuetis humores in eius ſtomacho ꝑnoſticaꝭ: q̇ ſi fuerint ſparſi vel cõgregati īferũt mortẽ. 29.

¶ Qui multũ ſtuduerit in libris philoſophorũ ꝑnoſticaꝭ vigiliaꝫ. maniã vel melancholiã. 30.

¶ Qui loquitur ſubito turpia: ꝛ appetit ſubito cibaria nociua debilitatẽ ſignificat mẽbrorum principalium. 31.

¶ Qui multũ ſufferunt fortis ſunt cõplexionis. 32.

¶ Acuitas maliciã ſignificat intelligentie: ſed tẽperantia magis eſt conueniens. 33.

¶ Qui tranſierint ſm ãnũ ꝛ acciderit eis dolor rhenũ nõ curantur ſed que magis ꝓſunt: ſunt medicine a virtute occulta oꝑantes q̇ ſi trãſierint ꝑmũ ꝛ acciderit eis freneſis morientur. 34.

¶ Cũ acciderit febris cũ tuſſi ꝛ ſubito tuſſis receſſerit pronoſticaꝭ apoſtema in aliqua iuncturarum. 35.

¶ Juuenis cui acciderit pleureſis magna morietur. 36.

¶ In cuius corpore acciderit ſepe dormitio mẽbroꝝ ſignificat ipm̃ mori ſubito ꝑpter paucitatẽ ſpirituũ in corpore. 37.

¶ Qui piger eſt ad motũ ꝑnoſticatur dolorem iuncturarũ. 38.

¶ Cuius ſudor aſſellaꝝ fetet ꝑnoſticatur lepram. 39.

¶ Quicũqꝫ iuuenis habẽs febrẽ cũ dolore capitis incurrẽs cardiacam morietur quaſi ſubito per tres vel quatuor dies poſt principiũ febris.

¶ Prologus Haly in librũ hyppocratis de eſſe egrorum ſecundum lunam.

DIxit Hyppocras medicoꝝ optimꝰ cuiuſmodi medicꝰ ẽ q̇ aſtronomiã ignorat: eſt eñ tãqꝫ cecꝰ viã baculo examinãs: huc illucqꝫ miſerabiliter ceſpitãs: ꝑ qualibet boni mali ve apparẽtia fãtaſtica ꝛ inani vt fatuꝰ trepidãs ꝛ exultãs. Nullꝰ hõ ſe mittere deberet in manꝰ illiꝰ: qꝛ nõ eſt medicꝰ ꝑfectꝰ nec noie medici mereꝭ decorari. Cognoui ergo qꝛ opꝰ erat ſciẽdi aſtronomiã: ꝛ aſperi in libro Hyppocratis: ꝛ inueni librũ paruũ ſed optimũ quẽ qui bene ſciuerit efficietur magnus: et eſt valde neceſſarius omnibus medicis.

¶ Incipit libellus diuinus quẽ hyppocras de eſſe egroꝝ ſm lune exiſtentiam ac diſpoſitionem edidit.

¶ De hora ꝛ criſi recumbentiũ ſm lunam.

Hippocrates dixit q̄ primū aſpice lunā qñ ē plena lumis ⁊ tūc creſcit ſanguis ⁊ medulla in oi hoie ⁊ beſtijs oib⁹ ſm augmē tū: ⁊ in mari ⁊ in cūctis reb⁹ mūdanis. ¶ Cū igit̄ infirm⁹ cadit in lecto op⁹ eſt ei videre ſi luna exeat de cōbuſtiōe: tūc eñ creſcit infirmitas quouſq; venerit ad oppoſitiōis gradū: ⁊ qñ intrat in oppoſitionē vide ſi fuerit cū malo planeta aut ī malo loco: ⁊ ſi aſpexerit dñm dom⁹ mortis: ⁊ p̱ hoc poteris ſcire vtrū hēat mori an nō: ⁊ ſi hēbit longam infirmitatē aut nō. Nūc videamus naturam omnium ſignorum iuxta preſentiam lune in eis. ¶ De luna in ariete.

Quum infirmitas cuiq; acciderit cū luna fuerit in ariete cū ſole erit infirmitas in capite ⁊ ꝓpter calorē ſolis ⁊ dolebit ei pulſus capitis. h; q; febres calidas ⁊ nō vadit caliditas ab eo: patitur q; āxietatē ⁊ vix loq̄tur: in pectore nimiū calorē patit̄: ⁊ dolorē ī pulmone. ⁊ h; vehemētiſſimū pulſu;. Neceſſe eſt ergo ei vt minuat̄ ſibi ſanguis de vena cordis: ⁊ op; vti reb⁹ frigidis ī potu ⁊ cibo ⁊ minuētib⁹ vtiq; calorē: ⁊ hec infirmitas ꝺuenit ī freneſim niſi ꝑueniat medicina ⁊ ꝑiculū ē mortis. ¶ S; ſi cū ea fuerit mars aut ſaturn⁹ morief̄ ex hac infirmitate infra. vij. dies a die cū luna fuerit cū ſole p̱. 4. aſpectū ⁊ pl⁹: hoc ē ſi luna addat ſuo lumini. ¶ Si luna fuerit in ariete ⁊ infortuna aſpexerit eā extra q̄dratū vel oppoſitionē. Si fuerit ſaturn⁹ cū ea iſta infirmitas erit ī capite ⁊ ducet eū extra mē tē ⁊ inſanit. ei tūc creſcit nūc minuit̄: ⁊ eſt ſilis illi q̄ videre nō pōt. ⁊ ſi aſtronomiā neſcis nō poteris ei⁹ iudicare infirmitatē. ¶ Et ſi luna fuerit ī diminutōe graduū vl̄ lumis qñ reuertit̄ ad ꝑmū aſpectū ſaturni. i. qñ eū dimiſit: ⁊ p̱ aliū aſpectū eū aſpexerit termiaf̄ infirmitas ī bonū ſiue in malū: q2 ſi inſpexerit aliā infortunatā morief̄: ⁊ ſi nō aſpexerit meliorabit̄: ⁊ qñ luna dimiſerit iſtos aſpect⁹ de q̄b⁹ dixim⁹ q̄ d; termiare ⁊ inuenerit iouē vl̄ venerē p̱ aliquē aſpectū añq; veniat ad cōbuſtionē infirmitas ſtabit ſupra cū dōec luna venerit ī aſpectū vl̄ oppoſitionē ſol̄: ⁊ ſi iſtos nō iuenerit ⁊ mercuriū iuenerit morief̄: ⁊ ſi iuenerit martē meliorabit̄: ⁊ hec infirmitas erit ab aliq̄ flegmate albo. ¶ Et qñ infirm⁹ ꝑmo ſentit infirmitatē ⁊ fuit luna addēs ſuo lumie ⁊ gradib⁹ ⁊ mars ⁊ ſol ī ariete erit infirmitas in capite ⁊ inſanit ⁊ naſcit̄ apoſtema ī capite ꝺ flegmate albo: ⁊ exit ſanguis de narib⁹. ⁊ op; eū vti frigidis: ⁊ eſt op⁹ ei facere medicinā vñ āpa remoueat̄. ¶ Et ſi luna fuerit cū mercurio ī loco ſolis euadet infirm⁹: ſ; pri⁹ erit ī magno ꝑiculo. Jōq; mercuri⁹ cōcordat cū marte ī vno negocio: ſ; mars nō facit ſicut ſaturn⁹ ſ; morief̄ qñ ſaturn⁹ eſt in loco ſolis. ¶ S; ſi fuerit iupiter cū eadē vel mercuri⁹ vl̄ ven⁹ hēbit infirmitatē diuerſa;. Si aſpexerit eā mars vl̄ ſaturnus aliq̄ aſpectu op⁹ ē vt des ei leuē medicinā ⁊ leuē dietā qñq; ſedeat: qñq; ſe voluat: ⁊ pone eū ſedere ī aliq̄ loco vt poſſit p̱ totū videre: et balneo vtat̄: ⁊ fac eū ſedere plane ⁊ dormire: ⁊ da ei bibere aquā frigidā: ⁊ da ei māducare q̄dris: q2 qñ ē aſpect⁹: nō eſt ei op⁹ dare medicinā ſm phyſicū niſi ſicut volet. ¶ De luna in thauro.

QUando incidit infirmitas et luna eſt in thauro ⁊ aſpicit eā mars ab oppoſitione vel quadrato illa infirmitas eſt ex ſanguine et ſentit caliditatē ⁊ ſiccitatē: et dolet in nocte ⁊ nō pōt dormire: ⁊ hȝ volūtatē bibendi vinū aut res frigidas: et eſt neceſſariū ei minuere ſanguinē ⁊ dare ei medicinā que reddat eū frigidū ⁊ humidū. Sed ſi fuerit in iſto aſpectu ſaturnus cū luna aut venerit ad eum: et nō inuenerit fortunā morietur infra .14. diem a die quādo inceperit ei primo infirmitas. Et ſi fuerit luna addens in ſuo lumine ⁊ gradibus: et inſpexerit eā mars ex trino vel ex quadrato ⁊ luna venerit ad ſaturnū et mercuriꝰ cū ea hec infirmitas ex frigiditate ⁊ ſiccitate erit: et erit totus fractus ⁊ diruptus: ⁊ vix etiā pauca loqui poterit: ⁊ ſtomachus eius nō pōt digerere: ⁊ interius caloreȝ non habebit: ⁊ medicina laxatiua erit ei neceſſaria: qꝛ iſta frigiditas eſt de colera alba. Aſpice ergo lunā qñ venerit ad oppoſitū loci in quo fuerat. ⁊ cū ibi fuerit habebit magnū piculū ⁊ laborē et morietur ſi nō inuenerit cum luna fortunā aliquā in vno ſigno ⁊ ſi inuenerit cū ea fortunā euadet vſqꝫ ad .8. dies. ¶ Sed qñ accidit alicui infirmitas ⁊ luna fuerit ī thauro ⁊ mars ⁊ ſol ibidē cū ea: habebit iſtā infirmitatē in nocte in pectore: et lingua ſibi erit cōbuſta: ⁊ habebit magnū calorem in ore et in oculis citrinitatē: vadit etiaȝ ad ſellā ⁊ balbutiet ⁊ hȝ febres ex ſanguine ⁊ ſitim nimiaȝ patitur eſt ei opus medicina laxatiua ⁊ ſanguinis minutione et manducet quicquid vult: ⁊ bibat de frigido: ⁊ caueat a calido. Et aſpice quādo luna fuerit in trino aſpectu ad ſolem: ſi minuatur infirmitas viuet. ⁊ ſi creſcat morietur quando erit luna in oppoſitione ſolis. Sȝ ſi inuenerit iouem vel venerem non morietur: ⁊ ſi eſt in fortuna morietur.

## ¶ De luna in geminis.

SI luna fuerit in geminis quādo alicui acciderit infirmitas ⁊ aſpexerit eā mars aut ſaturnus ex quarto vel ſeptimo: eſt illa infirmitas ideo qꝛ pdidit ſomnū aut qꝛ habuit aliquam triſtitiam vel habuit nimiam cogitationē de aliquo negocio: qꝛ amiſit aliqͩ de rebus ſuis et dolebit totum corpus: et durabit hec infirmitas per centum dies et plus: poſtea vero habebit calorem in corpore ſȝ cum iacet in nocte ſe multum extendit: et dolorem habebit in epate. Et ſi non fuerit cum luna vna ex fortunis morietur vſqꝫ ad dies triginta. ¶ Cum luna aūt fuerit in geminis addens in ſuo lumine ⁊ gradibus ⁊ mars aſpexerit eam ex quarto vel ſeptimo. erit hec infirmitas ex colera rubea: ⁊ habet febres ⁊ pulſus eſt vehemēs. Minuat itaqꝫ ſibi ita ſanguinē ⁊ frigidis vtatur cibis. Sed ſi fuerit ſaturnꝰ in iſto aſpectu: ⁊ nulla fuerit fortuna cū luna moriet̄ qñ luna venerit ad oppoſitionem illius in quo erat qñ incepit infirmitas. Et ſi aliqua fortuna eā aſpexerit euadet: ſȝ in magno piculo erit. ¶ Si fuerit luna ī geminis ⁊ ſaturnꝰ ī ea: hec infirmitas ex hūiditate ē: ⁊ frigiditas eiꝰ erit ī capite: ⁊ idō diligēter aduertas ne minuas

tali infirmo ſanguinē: et ne vtat reb⁹ frigidis et humidis: ſꝫ da huiuſmodi infirmitatē patiēti res cōuenienter temperatas. Et aſpice qn̄ luna venerit in oppoſitionē ipſius ſolis: ſi inuenerit aliquā fortunā aſpicientē viuet debilitatus: ſi autem nullā fortunā inueniet morietur infirm⁹. ¶ Si vero in geminis fuerit luna ipſa et aſpexerit eā alia fortuna ex bono aſpectu ſupuiuet infirm⁹. Sꝫ ei⁹ infirmitas in aliam infirmitatē mutabit. Sed qn̄ dimiſerit iſtam fortunam et nō inuenerit aliā fortunā quouſqꝫ venerit in aliam oppoſitionem loci in quo erat nō poteſt ſcire medic⁹ quā infirmitatē habebit. Sed tūc euadet ab infirmitate ſua cum luna fuerit in oppoſitiōe predicta. ¶ Si autē luna ſit in geminis et cum ea ſol et mars et ceciderit aliqꝫ in infirmitatē. hec infirmitas erit magna: et vnus ei ocul⁹ lachrymabit. Ueniet quoqꝫ in freneſim et ineſt ei magnus timor: et apparēt ante faciē ei⁹ diuerſe figure et imagines horribiles: et eius pulſus non inuenieť: et pulſ⁹ capitis dolet ei. Caue igiť ne minuas ei ſanguinē et dā ei cibū leuē et nō multū: fac eū iacere in loco cōpetēter tēperato. Aſpice igr̄ qn̄ luna fuerit ad aſpectū quartū loci in quo primo erat: et tūc morieť infirm⁹. Si luna fuerit infortunata. Si vero fortunata tunc viuet. ¶ Sed quando luna fuerit cum ſole et marte: et aſpexerit eam fortunata ex bono aſpectu: et luna ſit addens ſuo lumini et gradib⁹: et cum luna venerit ad quartum aſpectum loci in quo prius fuit: vide ne des eis potionem aliquam: ſed etiam vtatur leui cibo et balneo: et ſedeat in loco alto et eminenti.

¶ De luna in cancro.

SI luna fuerit in cācro qn̄ aliqꝫ i īfirmitatē īciderit: et aſpexerit eā ſaturn⁹ ex quarto vel ſeptimo: ei⁹ infirmitas erit qꝛ frig⁹ intenſum eū inuaſerat poſt exitum balnei ipſo nō ſentiēte: et nō ſentit odorē aliquem: dolebit quoqꝫ ei pectus et tuſſim patiť et paruꝫ habet caloris pulſus quoqꝫ in eo exigu⁹ reperitur aut nullus: dolēt ei etiā lumbi et ſtomachus: et eſt ei medicina pnecessaria ad mūdificādū pectus et ad tuſſim reprimēdam. ¶ Si vero nō fuerit cum luna et etiaꝫ non aſpexerit eam aliqua fortuna bono aſpectu donec venerit ad quartuꝫ aſpectum loci in quo fuerat quando incepit eū infirmitas moleſtari: aut ad oppoſitū illi⁹: tūc hꝫ mori hinc vſqꝫ ad decē dies infallēter. Sed ſi aſpexerit eā fortuna aſpectu bono: tūc remanebit in vita: ſed magnā habebit fatigationē. ¶ Si etiā luna fuerit in cācro et mars eā aſpexerit ex aſpectu quarto: vel ēt ex oppoſito ille quē infirmitas cepit p̄mū nimiū vomit: vel alit euacuatiōs: et malum ſtomachum habet valde: et eſt ei multuꝫ neceſſaria medicina frigida et ſtomachi ſui reſtrictiua: et ſi nō aſpexerit eā aliq̄ alia fortuna conuēniēs et bona in ipo loco infirm⁹ morieť anteqꝫ ad quartū aſpectū veniat. ¶ Si vero luna in cācro et curſu ſuo ſit vacua: hec debilitas ſiue infirmitas orta fuit ex nimio potu ex q̄ vene implete ſunt ſanguine et ſe nimiū diſtēdūt. Habet quoqꝫ dolorē nō modicū in nocte: habet etiā voluntatē ſedēdi in altū. continuoqꝫ appetit ſtare diſcoopertus

ꝛ nō vult audire loquētē iuxta ſe aliquē. vtat̄ quoqꝫ reb⁹ frigidis: tē
peratis tñ q̄ eū īfrigidēt. Quādo aūt luna venerit ad oppoſitū cācri
tūc īfirm⁹ euadet: ſi eā fortuna bōa aſpexerit. Sʒ ſi ipa iuenerit mar
tē aut ſolē infirmitas hec cōuertit ad febres calidas: ꝛ pulſus ei⁹ nō
cōmiſcet̄ ſʒ ſemꝑ vn⁹ eſt ei. Igit̄ minutio ei foret neceſſaria qd̄ ꝑit⁹
medic⁹ moderare ſciet ꝛ duret ſm̄ infirmitatē. Si fuerit vt dixim⁹ in
loco vbi fuerit ad q̄rtū ḡdū vl' oppoſitū. Si ēt iuenerit .a.90. vſqꝫ ad op
poſitū hʒ tūc ad īfirmū: q2 habebit malū ī nocte: ꝛ clamabit ꝛ nimiuʒ
fatigabit: ſʒ q̄n venerit ad aſpectū trinū infirm⁹ euadet. Sʒ ſi iuene
rit aliquā fortunā in illo bonā: nec eēt reſidua infirmitas in aliā in
firmitatē cōuertet̄ ꝛ euadet q̄n luna fuerit reuerſa ad locū ſuū in q̄
fuerat q̄n infirmitas eū inuaſerat. Et ſi aduerſantē ſibi fortunā in
uenerit īfirm⁹ morief. ❡ Sʒ ſi fortūa eā aſpexerit aliq̄ aſpectu bono
remanebit infirm⁹ viu⁹ ꝛ euadet. ❡ Si aūt luna ī cācro fuerit ꝛ ſatur
n⁹ cū ea vna cū Ioue morbū habebit ꝑ ſpaciū triū dieꝝ: ꝛ tādē ꝯuale
bit ꝛ viuet. Si aūt luna in cācro fuerit ꝛ ſaturn⁹ ꝛ mars venuſqꝫ cū ea
ꝛ aliq̄s inceperit infirmari: hec infirmitas ꝯſurget ex nimia fatiga
tiōe itineris: ꝛ poſt ſuū aduētū ex itinere nimiū ſe cū muliere exercuit
voluitqꝫ ſe hincinde ꝛ multū fact⁹ eſt debilis: ꝛ ꝓpterea nequaq̄ꝫ mi-
nuere ei debeas. Sʒ fac vt vtat̄ carne aſſa ꝛ pullis: ꝛ maxime vt vtat̄ ci
bo ꝯfortatiuo. ꝛ caueas ne ei des res frigidas: ꝛ cū exierit d̄ loco illo
ꝛ venerit ad oppoſitionē ꝛ nō inuenerit aliqueʒ planetā infirm⁹ eua-
det q̄n veniet ad oppoſitionē loci in quo erat. ꝛ ſi fortunā bonā inue
nerit valde breui in tp̄e euadet. Et ſi inuenerit malā fortunā creſcit
īfirmitas ꝛ q̄ꝫꝓmū morief. ❡ Si aūt luna ī cācro ſit: ꝛ ſaturn⁹ ꝛ mars
ꝛ mercuri⁹ cū ea: ꝛ infirmitas aliquē īuaſerit: īfirmitas talis ꝓcedit
ex nimio labore ſcribēdi ꝛ legēdi: ꝛ ꝓuenit ēt ex ſuꝑfluitate colere ni
gre. Talis vti dʒ medicina vtiqꝫ tꝑata colerā nigrā diuidēte. Q̄n āt
fuerit egreſſa de loco illo ꝛ inuenerit fortunā euadet cū luna venerit
ad quartū aſpectū illi⁹ fortune. Sʒ ſi iuenerit aliquē planetā bonū
euadet quādo venerit ad oppoſitionē loci in quo fuerat q̄n infirmi
tas eū inuaſerat. Sed ſi inuenerit infortunā durabit talis infirmi-
tas quouſqꝫ venerit ad locū in quo fuerat primo ꝛ tādeʒ euadet. Sʒ
ſi inuenerit infortunā ꝓpter malū aſpectū: tūc q̄n luna ſe reuoluet
ad oppoſitionē talis infirm⁹ efficitur veſanus: furioſus: ꝛ mente ca
ptus. Si vero fortunam aliquam inuenerit infirmus cadet in aliā
infirmitatem ſed tamen euadet.

## ❡ De luna in leone.

CUm luna fuerit in ſigno leonis ꝛ aſpexerit eā ſaturn⁹ ex q̄rto
vel oppoſitiōe: ꝛ aliq̄s inciderit in infirmitatē infirmitas hec
erit ex flegmate albo: ꝛ habebit dolorē intēſum in capite: ita ꝙ eſt⁹
veniūt: ꝛ habebit febres multas: ꝛ nimiū durabit hec infirmitas: et
maior erit interi⁹ q̄ꝫ exteri⁹ ꝛ erit q̄ꝫ maxime ſtiptic⁹: ꝛ ſi penit⁹ nullā
fortunam aſpexerit morietur q̄ꝫ primum ad quartum leonis aſpe-

Ceſius oculus mūdo lucidus humore nec multo: ſplēdidi copia humoris cōſiſtit. Niger ecōtrario. Medi⁹ vo pper medias cauſas. Ceſi⁹ ergo ocul⁹: aut pper magnitudinē: aut ſplēdorē chriſtalloidis ita a glacie nominati: āt p pēſaꝫ poſitionē: aut pp tenuis ⁊ aquoſi in pupilla humoris paruitatē mūditiāqꝫ efficitur. Si igit cūcta ſil cōcurrāt qꝫ maxie ceſius reddit. Si vero quedam adſint: quedam deſint: magiſqꝫ ⁊ minus ceſius euadit.

¶ De oculo nigro. Ca. 21.

Niger ocul⁹ aut pper paruitatē chriſtalloidis ita a glacie nominati: aut pper i pfundo poſitionē: aut qꝛ ſplēdid⁹ claruſqꝫ exq̇ſite nō ē: aut qꝛ tenuis humor: aut abūdans: aut īmund⁹ eſt: aut pper hoꝝ aliqua: aut oīa fieri ſolet atqꝫ ea in re: magiſqꝫ ⁊ min⁹ ē: vt antea docuim⁹. Itaqꝫ tenuis humor ſi aquoſior ſit ⁊ abūdans humectiorē oculū reddit: queadmodū ſi craſſior ſit aut incertior: ſiccior eſt. Chriſtalloides aūt ita dictum qꝫ glaciei ſilis eſt: Si durior fuerit ſicciorē oculū facit: ſin mollior hūidiorē. Nec ſec⁹ ſi ſuperet tenuis mediocritatē humoris ſiccior ē: ſi ſupet ecōtrario.

¶ De corde.

¶ De ſignis calidi in corde temperamenti. Ca. 22.

De cordis tēperamento deinceps agam⁹ id prius in animuꝫ reuocātes: vt vnāquāqꝫ partem: aut calidiorem: aut frigi-

diorē:aut ſicciorē:aut humidiorē eſſe cōparantes:nō ad aliquam aliā ſʒ ad ſeipſam dicam⁹. Ita em̄ fit:vt cor frigidiſſimum natura multo calidius tēperamēto ſit:quā cerebrū calidiſſimū. Calidioris ergo cōparatione ꝓprie moderationis indicia ſunt inſeparabilia ac ꝓpria:ſi ſpiratio magna.ac pulſ⁹ velox ſpiſſuſq; eſt:ſi audax hō atq; īpiger eſt. Quod ſi caliditas plurimum augeť:iracūdus: efferus:furibunduſq; eſt. Thorax preterea hirtus maxieq; pect⁹ ē.atq; etiā in alijs loca quecūq; ꝓpe poſita ſunt:ac magna ex parte totuʒ corpus calidū ex corde calido redditur:niſi iecur admodum cōtra egerit. Sʒ pauloपoſt oīa corpis indicia dicentur. Quinetiā thoracis amplitudo caloris īdiciū cenſeť:niſi cerebrū admodū cōtra egerit. Cū dorſalis magnitudo medulle magna ex parte illi ꝓportionetur. Uertebrarum aūt magnitudo tāta quāta dorſalis medulla: ꝑindeq; tota ſpina eſt. Thorax em̄ annectitur dorſo: veluti nauigiū carine:quocirca neceſſario lōgitudinē habebit parē dorſo:latitudinē aūt ꝓportionalē corpulentie vertebrarū:vbi ꝑ natura illaruʒ innexusſit. Sʒ vbi cordis calor exuperās īflet amplificetq; ſtatim a prima origine thoracē:ꝓportionalē calori illius latitudineʒ obtinebit:⁊ob eā rē:quotiēs capite paruo thorax amplior habeatur: indiciū caloris in corde eſt maximū. Quotiēs vero magno capite paru⁹ exiſtat:id quoq; eſt indiciū frigiditatis in corde maxie peculiare. Sed ſi proportionale caput habeat:ceteris indicijs diffiniri cor ipſum oportebit:perinde quaſi de thoracis q̄titate:nulluʒ ſis indicium accepturus.

¶ De ſignis frigidi in corde tēperamēti. Ca. 23.

IN corde frigidiori pulſus minor q̄ moderat⁹ eſt:non tñ tardior neceſſario rariorve. Spiratio ꝟo vbi tāto minor thorax exiſtit:quāto cor frigidi⁹ pulſui ꝓportiōe r̄ndet. Ubi ꝟo maior fuerit q̄ frigiditatis quātitas poſtulet:nō ſolū minorē ſʒ ēt tardiorē rariorēq; naturā oſtēdit. Tales timidi ſunt:obliuioſi ⁊ cogitabundi. In his pectus leue eſt ac pilis nudū. De paruitate preterea diffiniendū quēadmodū antea dictum eſt. Itidem ⁊ de totius corporis qualitate.

¶ De ſignis ſicci in corde temperamenti. Ca. 24.

SIccius ꝟo cor pulſuʒ efficit duriorē:atq; iracūdiā nō prōptā quidē:ſʒ efferā:ac cunctantē:⁊ quod prope dixerim corpus oē ſiccius redditur:niſi iecur contra egerit.

¶ De ſignis humidi in corde tēperamēti. Ca. 25.

HUmidioris cordis indicia ſunt ſi pulſus mollis eſt:ſi facile mouetur ad iram ſed faciliter ſedatur. Si corpus omne humidius eſt niſi iecur contra egerit. Temperamenta autem compoſita cordis in primis qualitatibus ita ſe habent.

¶ De ſignis cordis calidioris ac ſiccioris. Ca. 26.

Calidi ac ſicci cordis pulſus durus:magnuſq; eſt:⁊ velox ⁊ ſpiſſus

a c ſpiratio magna velox ſpiſſa ac multo magis in velocitatē creſcit τ ſpiſſitudinē quotiens thorax cū corde nō ex proportiōe augeatur Hi ex oībus pectus habent quā maxime piloſum: τ ilia: ad actiōes obeundas prompti animoſiq; τ celeres ſunt: ac moribus imitantur tyrannos iracundi efferi. De totius autem corporis tēperamēto: atq; etiā thoracis amplitudine: quod proportione reſpondeat ſupradictis agendum eſt.

¶ De ſignis cordis calidioris τ humidioris. Ca. 27.

SI caliditas ſimul cū hūiditate exuperet: piloſi minꝰ predictis ſunt. Ad actiones aūt obeūdas nihilominꝰ prōpti: nō tñ efferа iracūdia eſt: ad irā ꝓni dūtaxat. Pulſꝰ ꝑterea mollis: magnus: velox: ac ſpiſſus ē. Et ſpiratio quotiens thorax cordi ꝓportiōe reſpōdeat: perinde vt pulſus exiſtit. Quotiēs vo minor ſit tāto velocior ac ſpiſſior p̄dictis: quāto thorax minor h̄ſ. Ceterū vbi multum a mediocritate tēperamenti receditur: maximeq; ſi accidat ꝑ hūiditatem ad ea que ſunt prodita: putride egritudines corruptis humoribus putrefactiſq; incidēt ac ſpiratio maior velociorq; τ in pulſu diſtractio velox.

¶ De ſignis cordis frigidioris τ humidioris. Ca. 28.

HUmidioris frigidioriſq; cordis pulſꝰ mollis ē. Hi ꝑterea timidi: meticuloſi pigriq; ſūt: ac pectꝰ nudū pilis: minimeq; iraſcunt vt pote qui etiā ad iracundiā prōpti nō ſint. De thorace preterea ac toto corpore perinde ac de predictis agendum eſt.

¶ De ſignis cordis frigidioris ac ſiccioris. Ca. 29.

COr frigidiꝰ τ ſiccius pulſū duriorē efficit: ac paruū. Spirationē vo ſi paruitas thoracis ꝓportionē frigiditati moderatā: ſi maior fuerit: rarā ac tardā. Tales ex oībus minime iraſcūtur: ſed vbi iraſci cogant conſeruāt irā. Tales preterea oīm maxie pectus habent nudum pilis. De thoracis vero paruitate: atq; etiā totius corporis frigiditate ſimiliter agendum eſt id vnū ꝑmiſcue in cunctis preterea addentes vt quecunq; de moribus hoc loco aut alio libro diſſeruimus in cognitionē tēperamenti: haud quaq; de illis dicta ſunt quos ſapientie ſtudiū bonos aut malos inuexit. Sed de his quos natura ſtatim ab ortu vnicuiq; iniecit.

¶ De ſignis iecoris calidioris. Ca. 30.

IEcoris calidioris ſigna ſunt. amplitudo venarū: flaua bilis multa: ac ſub ipſo vigoris tpe etiā nigra. Sāguis ꝑterea calidior: ꝑinde totū corpꝰ h̄ſ: niſi cor cōtra egerit. venter τ itē ilia piloſa

¶ De ſignis iecoris frigidioris. Ca. 31.

FRigidioris vo ſigna ſunt: anguſtia venarū: multa pituita. Sāguis frigidior: atq; etiā vniuerſa corporis hītudo frigidior: niſi calefiat ab ipſo corde. Nuda aūt pilis ilia τ venter.

¶ De ſignis iecoris ſiccioris. Ca. 32.

SIccioris vo ſigna ſunt: vbi ſanguis craſſior ac parcior ſit: itē vene duriores: τ vniuerſa corporis habitudo ſiccior.

¶ De ſignis iecoris humidioris. Ca.33.

H Umidioris ſigna ſunt: vbi ſanguis hũidior ⁊ abũdantior fit ac vene hũidiores: atq; ẽt corp⁹ vniuerſũ niſi cor cõtra egerit

¶ De ſignis iecoris calidioris ac ſiccioris. Ca.34.

C Alidioris ſil' ac ſiccioris iecoris idicia ſunt: ilia ꝗ̃ maxĩ e piloſa. Sãguis paucior ſil' ac ſiccior. Flaua bilis plurima ac ſub ipſo vigoris tpe etiã nigra: amplitudo venarũ: ac durities. Jtidez vniuerſuz corp⁹ exiſtit. Caliditas eñi de corde pcedẽs vincere põt de iecore pcedentẽ frigiditatẽ. queadmodũ frigiditas caliditatez Siccitas vo a corde humidiori in cõtrariũ duci nequaq̃ põt. Media vo eſt de iecore pcedẽs humiditas: magis eñi a cordis vincit ſiccitate ꝗ̃ ſiccitas ab humiditate. Min⁹ vo ꝗ̃ caliditas: item minus ꝗ̃ frigiditas. Hec eñi ex qualitatibus a iecore pcedẽtibus maxime vincitur. Quocirca pſpicuũ ẽ: vt ſi tẽperamẽta amboꝝ membroꝝ principaliũ in idẽ cõcurrãt: vniuer ſum corp⁹ p illarũ natura afficiatur: ac paulopoſt illarum indicia exponemus.

¶ De ſignis iecoris calidioris ⁊ humidioris. Ca.35.

C Alidioris ſimul ⁊ humidioris iecoris indicia ſunt: ꝙ calidi ⁊ ſicci: ilia minus piloſa: ſanguis vo plurimus: amplitudo venarũ maxia: totius tẽperamentũ calidũ ⁊ humidũ: niſi cor cõtra operetur. Si vo plurimũ his qualitatibus auget ab eo q̃ ſm naturã mediocritate: putridis prõ pte corripiunt egritudinib⁹ qñ malis humoribus repleti ſunt: ⁊ adhuc magis ſi plurimũ augetur humidũ ſupra calidũ. Si vero ecõtra: paulo. ſ. humidius: multo calidi⁹ moderato minus replentur malis humoribus.

¶ De ſignis iecoris humidioris ac frigidioris. Ca.36

H Umidi⁹ rurſ⁹ ac frigidi⁹ iecur ilia hꝫ nuda pilis ac ſanguinẽ efficit pituitoſiorẽ cũ anguſtia venaꝝ: atq; etiã vniuerſuz corpus ſimiliter affectũ: niſi in contrariũ ab ipſo corde ducatur.

¶ De ſignis iecoris frigidioris ac ſiccioris. Ca.37.

F Rigidi⁹ vero ac ſiccius iecur ſanguinẽ efficit parciorez: venulaſq; anguſtas: ac corpus frigidius. Jtem ilia nuda niſi cor ipſum vincat.

¶ De calido teſtium tẽperamẽto. Ca.38.

C Alidũ teſtiũ tẽperamentum veneris appetẽtiſſimum eſt: marem gignit ac fecundum eſt. Pili in partibus genitalibus cito naſcuntur: et attingunt membra que circiter ſunt. Frigidũ aũt ecõtrario habet. Humidũ vo ſeminis efficit multũ. Siccũ vo paꝝ ſeminis: ac modice craſſum.

¶ De calido ⁊ ſicco tẽperamento. Ca.39.

C Alidum et ſiccum temperamentum craſſum obtinet ſemen et ꝗ̃ maxime fecundum: atq; ociſſime excitat ſtatim ab initio animal ad cõcubitũ. Porro tales in partibus genitalibus celerrime pilos habentes ⁊ in cunctis membris que circa ſun t ſupra vſq;

ad vmbilici ſedē infra vſq₃ ad media femora. Hoc nanq₃ tempera mētū ad rem venereā nimiū cōmouetur: ſed ocyſſime implet: atq₃ offenditur vbi inferas vim.

Quenā ſigna ſunt vbi caliditas cum humiditate concurrunt. Ca.40.

Ubi caliditas cū hūiditate cōcurrat: tales piloſi minꝰ exiſtūt: ſed magis abūdāt ſemine nō tn̄ magis q₃ alij appetūt: minuſq₃ offendunt vbi ſepiꝰ cōcumbant. Qđ ſi ambo nimiū creuerint: tū calor: tum etiā humiditas nō ſine leſiōe z rebꝰ venereis abſtinēt

De ſignis humidi ac frigidi teſtium temperamenti. Caput.41.

Ubi teſtes frigidiores: humidior eſq₃ tempamēto ſint: partes q̄ circum ſunt pilis vacāt: ac tarde cōcubere incipiūt: nec ad tale munꝰ admodū cōmouētur. Aquoſum preterea ac tenue ſemen eſt: atq₃ infecūdū: z feminā gignit.

De ſignis ſicci ac frigidi temperamenti. Ca.42.

Frigidū ac ſiccū temperamētū: ſimile q̄dē in reliquis p̄dictis eſt. Sed ſemen craſſius ac penitꝰ exiguū eſt.

De totius corpis habitudine. Ca.43.

Totius corpis habitudo vt antea diffinitū iā eſt: ſimilis redditur cordi: iecoriq₃. Exuperat aūt ſimilitudo habētis quālibet primarū qualitatū fortiorē quas ſane actiuas cognominānt. Totiꝰ vero corporis habitudo de illis potiſſimū đr partibꝰ: q̄cūq₃ cernētibus prime ſubiacēt. Tales v̄o muſculi ſunt cunctis oſſibꝰ obuoluti: cōpoſite quedā carnes ex ſimplici primaq₃ carne atq₃ etiā fibris: q̄bus he annexe ſunt. Propria enim ſubſtātia muſculoz hec vtraq₃ eſt. Uaſa aūt ad eos pertinentia, velut aq̄ductus q̄dam ſunt nequaq₃ abſoluētes ſubſtātiā: ſed ſeruiētes ad ſalutē. Hoz igit indicia dicent i regionibꝰ moderatis. Immoderata eñ regio pmutādo cutē p natura ſua format ac nōnulla ſigna corrūpit. Pari mō ſi q̄s in regione moderata p eſtatem ſeipſum ſoli nudū exponat: idicia q̄cūq₃ ducūt ex colore: ac mollitie: z duricie variabūt. At ſi quēadmodū regio moderata habet: z ipſe moderate viuat: neq₃ exuſtꝰ in ſole nudus vnoquoq₃ die plurimū. S₃ nec inſtar v̄ginis vt q̄dā in vmbra nutritꝰ: ſigna tēperamēti diligētiora reddētur. De his igr diſputātes indicia moderati in vniuerſo aīalis corpe cōſideremus.

¶ De ſignis corporis temperati. Ca.44.

Color ex rubro cādidoq₃ permixtꝰ eſt. Capilli modice flaui ac magna ex parte criſpi reddūtur Caro modica i qualitate exiſtit. Tale eñ corpus medium oīm exceſſuū quodāmō eſt vt q̄ huius ipſius cōparatione pingue z gracile nominatur. Itidem comparatiōe huiꝰ obeſu₃ macilētū durū molle piloſu₃ nudūq₃ đr nullū q̄ tale moderatū ēſ₃ quaſi regula polycleti ſummā obtinuit mediocritatē vt attrectāti neq₃ molle appeat neq₃ durū neq₃ calidū neq₃ frigidū.

Cernenti vero neq piloſum: neq nudum: neq pingue; neq gracile neq aliqua alia immoderatione affectum.

¶ De ſignis corporis calidioris. Cap.45.

Quecunq vero carnē moderato calidiorē habēt: nō tn̄ ſicciorē: aut humidiorē. De tali enim preſens ſermo eſt. Apparet enim attrectāti tanto calidior q̄nto etiā temperamēto calidior eſt: tanto preterea piloſior q̄ tertio calidior. Pinguedinis vero minꝰ habebit. Colorē vero rubrū ac capillos nigros.

¶ De ſignis corporis frigidioris. Caput.46.

Frigidioris tēperamēti indicia ſunt: ſi pilis vacat: ſi pingue corpꝰ eſt: ſi frigidū attrectāti apparet: ſi color rubidꝰ vna cū capillis eſt. Ubi vero multa frigiditas habeat: liuidus quodāmō eſt: ac plerią medicoꝝ ſolēt tales hoies liuidos nominare.

¶ De ſignis corporis ſiccioris. Caput.47.

Siccius preterea temperamētū tāto gracilentiꝰ ac duriꝰ moderato eſt q̄nto ſicciꝰ fuerit moderato: in reliq̄s ſubſimile eſt.

¶ De ſignis corporis humidioris. Ca.48.

Humidiꝰ vero temperamētū in reliq̄s ſubſimile eſt: carnoſius aūt ac molliꝰ eſt. Ceterū cōpoſita primaꝝ q̄litatū tēperamēta: ꝯpoſitam quoq ſpeciem habēt.

¶ De ſignis corpis calidioris ⁊ ſiccioris. Ca.49.

Calidius ac ſiccius temperamētū piloſiꝰ: calidiꝰ: duriꝰ: atq extenuatū eſt ⁊ gracile: capilloſq nigros h̄nt ⁊ corpꝰ nigrū ſi calor admodum augetur.

¶ De ſignis corpis calidioris ⁊ humidioris. Ca.50.

Calidiꝰ ac hūidiꝰ tpamētū molliꝰ ⁊ carnoſiꝰ optīo tpamēto tāto eſt q̄nto q̄litatibꝰ augeť. Ubi plurimū augeť putridis proꝑ te corripiť morbis: q̄n malis repleť hūoribꝰ. Ubi v̄o fuerit multo calidiꝰ paulo vero humidiꝰ moderato: tales carnoſiores nec paulo piloſiores exiſtūt: nec ſecꝰ attrectāti nō paulo calidiores h̄ntur. Capilli v̄o nigri: ſunt nec ſine pīguedine caro eſt. Q̄ ſi paulo calidiꝰ fuerit multo aūt hūidꝰ in his caro mollis multaq ē: ac color ex rubro cādidoq ꝯmixtꝰ: ac tāgēti paulo calidiores apparēt: ⁊ vt ſemel dicatur in temperamētis ꝯpoſitis ſemper exuperantis qualitatis indicia exuperabunt.

¶ De frigidiori ⁊ humidiori tēperamēto. Ca.51.

Frigidiꝰ vero atq humidiꝰ tēperamentū quotiēs ambo paꝝ augētur ſine pilis eſt cādidū molle craſſum pingue. Quotiēs v̄o ampliꝰ augeť in alijs ꝗdē q̄ ꝓportioneť augmēto qualitatū. Color aūt ſimul cū capillis ruffus: quēadmodū ſi plurimū augeantur liuidus eſt. Q̄ ſi augmentū inequale fuerit qualitatū indicia auctioris qualitatis ꝓpria exuperabūt. Sed ſi ſimul frigus cū ſiccitate ex quo augeatur: natura durum ⁊ gracile corpus habēt: ac nudum attrectanti frigidum. Pinguedo vero ipſis alioquin exte

nuatis carni diſperſa eſt. Ca pilli vero ac color menſure frigiditatis proportionant. Ceterū vbi calidū et ſiccū tēperamētū in ipſo vigoris tēpore revertitur ad habitū frigidiorē ac ſicciorē. Corp⁹ taliū: gracile: durū ac melācolicum: proindeq nigrū ſimul piloſumq eſt. Sz vbi altera qualitas. multum exuperat: altera parū a mediocritate euariet: exuperabūt quidē exuperātis: alterius vero ſigna reddent debiliora. At vero preterea q̄cūq dicta ſunt: aut dicēda cōmune tēperamēti indiciū eſt: vbi membrū facile refrigeret frigiditatis aut raritatis: vbi difficile refrigeret caliditatis aut denſitatis. Si vero ledatur ab exiccantib⁹: reddaturq ſiccū: ſqualidū: rigidū ſiccitatis queadmodum ſi grauet ab humectātib⁹ hūditatis cōſiderādū preterea vtrū oēs muſculi ſimile an diſſimile inuicem habuerint temperamentum: ſcrutātes in omnibus ſubiectorum oſſium quātitatem. Nam interdum pars gracilior videt que haud quaq graciles: quantum ex muſculis eſt. Sed propter anguſtiā oſſium talis apparet. Itidem craſſior interdum videtur non propter oſſium amplitudinem: ſed propter carnis multitudinem que et creſcēs: et decreſcens: et durior: et mollior effecta: partem modo ſicciorem: mō humidiorem facit. Si igit pauca puraq fit: partem efficit duriorem. Si multa ac mollis hūidiorē Nec ſecus ſimilarium corporum interceptionis plus humiditatis aut minus in ſeipſis continentes: partem reddunt aut craſſiorem: aut graciliorem: aut humidiorem: aut ſicciorem. Humidiorem quidem quotiens humiditas tenuior multaq ſit. Sicciorem vero quotiens craſſior: paucaq habeatur. Ipſas enim partes corporis ſolidiores que vero ſolide primeq ſunt: nullo pacto fieri poteſt vt efficias humidiores: ſed ſatis erit ſi prohibeas eas cito nequaq exiccari. Sedes autem interceptas repleas humore tali vel tali: licebit Tale eſt proprium alimentum partium ſimilarium ex adiectione non per venas attractum. Atq hic ſermo cunctis partib⁹ ſimilaribus communis eſt: ac rurſus dicet dum de cauſis ſanis aget: nūc ad reliqua veniamus.

¶ De ſignis ventriculi natura ſiccioris. Ca. 52.

Ventriculi ſigna natura ſiccioris ſunt: ſi cito ſitiat ac pu⁹ pot⁹ ſufficiat ac multo grauet et dolorē ſentiat: q̄ten⁹ ſuperflu⁹ fluitat eſculētiſq gaudeat ſiccioribus.

¶ De ſignis humidioris. Ca. 53.

Humidioris vero ſigna ſunt: ſi nō ſitiat: ac potū ampliorē innocue ferat: eſculētiſq gaudeat humidioribus.

¶ De ſignis ventriculi calidioris natura. Ca. 54.

Calidior preterea vētricul⁹ cōcoq̄t meli⁹ q̄ appetat: ac multo magis q̄cūq dura ſunt: et alteratu difficili⁹ queūt. Que eni facile alterant in eo corrūpunt. Pro ĩo gaudēs calidis eſculētis et poculentis minime ledit a frigidis ex vſu moderato.

¶ De ſignis ventriculi natura frigidioris. Ca. 55.

Et frigidior natura vētricul⁹ bñ appetit q̄dē ſ; nō bñ concoquit potiſſimū quecūq; eſculēta frigida ſunt atq; alterari difficul ter queunt: vt que celeriter in eo aceſcāt: ⁊ ob eā rem talis vētricul⁹ ructat acidū: ⁊ gaudet frigidis: q̄bus niſi ſeruet modū facile ledit. Nec ſecus ea q̄ extrinſec⁹ incidāt diutius adhibita nequaquā tolerat: queādmodū neq; calidus vētriculus tolerat calidiora. Intēperies eñi ꝓpter egritudinē in vētriculo hoc diſſident ab his q̄ natiue exiſtūt: qꝑ cōtraria appetūt nō ſimilia: queādmodū natiue. Intēperies aūt cōpoſite ex ſimpliciū ꝯpoſitiōe cognoſcenť. At ꝟo diligēter cōſiderare oportet que ſunt dicta interſtinguētes ab his q̄ dicenda ſunt. Nō ſolū eñi vētriculus facit vt ſitias aut nō ſitias aut vt appetas frigida aut calida: ſ; ēt viſcera in thorace cōdita cor ac pulmo aliq̄d tale efficiūt. S; q̄ pre caliditate taliū partiū ſitiūt: aerē inſpirant pleniorē longūq; efflant: atq; in thorace ſentiūt eſtu; nō circa ilia: queādmodū q̄ ꝑ caliditate ventriculi ſitiunt. Quinetiā bibētes nō ſtatī quieſcūt: ac frigidus potus ſitim eoꝝ poti⁹ ſiſtit q̄ multus calidus. Frigidus preterea aer inſpirat⁹ refrigerat eos: nequaq̄ leuās eos q̄bus vētriculi calor ſitim affert. Itē q̄ ecōtrario habent ab inſpiratiōe frigida inſigniter afficiunť: idq; frigiditatis in pulmone ſignū eſt maximū: ⁊ queādmodū inſpirādo frigidū ꝑſpicuā ſentiūt frigiditatē ac leſionem: ita calor illis amicus eſt. Excremēta ꝑterea expuūt pituitoſa ac cum tuſſi excreant. Atqui pulmonis ſiccitas excrementis vacat ac pituitam nequaq̄ h; vocem claram queadmodum humiditas obſcurā raucamq; vocem emittit atq; excrementa incurrunt: vbi clarius loqui libeat: non tamen vocis magnitudo calore efficitur queādmodū nec paruitas frigore cōſiſtit. S; hoc amplitudinem aſpere arterie efflationemq; vehementiorem: paruitas vero contraria comitatur. Quocirca vocis magnitudo paruitaſq; nec ſemper: nec primaria ratione: ſed ex accidenti ſolūq; natiuum temperamentum non aduēticium ſequitur. Opificia eñi temperamēto tali extiterunt. Idcirco talis vox comitatur ex voce: ꝑterea natiuū tēperamentū colligas licebit. Etenim vox leuis arterie ſequitur leuitatē: queādmodū aſpera aſperitatē. Arterie igitur leuitas tēperamēti ſequiť mediocritatem: aſperitas ſiccitatē. Aſperitas enim corporis inequalitate efficitur ſiccioris. Arteriam autem duram ſimiliarium ipſius partium ſiccitas. Inequalem vero diſperſi humoris inopia facit. Simili modo neq; acuta vox per naturam ſine anguſtia faucium: neq; grauis ſine amplitudine fieri poteſt. Anguſtia igitur natiue frigiditatis alumna eſt: amplitudo caliditatis. Ceterum diſcrimina vocum per affectiones efficiuntur: quod proportione reſpōdeant naturalibus. Nam ⁊ illa efficientium cauſaꝝ indicia ſunt de q̄bus in libro de voce abūde perpenſum iam eſt. At alie corporis partes animalis interiores obſcura temperamenti indicia habent. Sed enitendum tamē eas cognoſcere ex his que

iuuāt ac nocēt: atq; etiā naturaliū viriū actiōib⁹. Dctm̄ eſt tertio libro de cauſis accn̄tiū: vt ꝑgreſſuꝫ tēꝑamentū vt⁹ ac vitiū vniuſcuiuſq; facultatis exiſtat. At de tēperamētoꝝ ſignis dictū iā eſt.

¶ De ꝑtibus cognitu faciliorib⁹ ac difficiliorib⁹ ⁊ de eis que nullo pacto cognoſci poſſint. Cap. 56.

Partes que magnitudine: aut figmēto: aut nūero: aut poſitione ſunt impedite: q̄cunq; ſubiacent ſenſibus cognoſci facile poſſunt: quecūq; vero nō ſubiacēt ſenſibus: aut difficulter cognoſci aut nullo pacto pn̄t. Capitis igitur magnitudo ac figura ſimul cū cerebro perſpicua eſt vt antea docuimus: atq; etiā figura: magnitudoq; thoracis. Siſi mō ſcapule: humeri brachia: cubit⁹: ſumme manus: coxe: femora: tibie: pedes vtrū ſint figmento: nūero: magnitudine an poſitiōe ſimpliciū impedita: cognitu nequaq̄ difficile eſt Itē leſiones opationū: in vnoquoq; perſpicue ſunt. At ꝑtes corꝑis interioris cognoſci non oēs pn̄t. Uidi eī̄ ventriculū cuiuſdaꝫ ita paruū rotūdū ac ꝓpēſum in ilia: vt ꝓpria circūſcriptio ꝑſpicue appareret ſpectāti ⁊ attrectāti. Nec ſecus vidi veſicā ita poſitā: vt ſi qn̄ vrīe ſecretio cūctaret̄: moles circūſcripta ꝑſpicue apperet Nulla alia ps, interior ꝑſpicuā aliqn̄ mihi ꝓbuit cognitionē: ſed eniti virtutē cognoſcere ꝓut fieri pōt ac vitiū earū: q̄q; nō firma ſciētia ſꝫ artifici cōiectura ꝯueniet. Agam⁹ de iecore gr̄a exēpli. Uidi n̄ paucos iā habere venas anguſtiores ac totū corp⁹ decolor. Qui ſi paulo plus accepiſſent cibi potiſſimū inflātis craſſi ⁊ glutinoſi: q̄ſi pōdus poſitū ac pendēs circa dextrū iliū in⁹ ꝓfundo ſentiebāt: aut triſtē extēſionē. in his igit̄ par eſt: vt iecur paruū anguſtūq; meatib⁹ habeat̄. Uidi ꝑter ea aliū pituitoſum q̄dem tota habitudine vomere ſingulis dieb⁹ croceā bilē. Noui igit̄ oportere ſcrutari excremēta ipſi⁹ ac paꝝ bilis hēbāt: exiſtimaui igit̄ meatū emittētē hūorē felleū nō parū ſui partē ad oſtiolū vētriculi piloꝝ: noiant tranſmittere: queadmodū in q̄buſdā accidit aīalib⁹. Ex q̄bus ꝑſpicuū eſt vt in his que ſenſu cognoſci nō queūt: cognitio diſiectiōis opationū et vſus partiū admodū cōducat. Sicui ergo libet vt eſt dictuꝫ cognoſcere impedita corꝑa diſſecādi: exerceat artē ⁊ opatiōes: vſuſq; partiū cognoſcat. Sed de vtriſq; ſeorſum dicato volumie docuim⁹ de q̄bus in fine libri dicet̄: vt artis ſtudioſi ſcire valeāt ex quonam libro talia ꝓcepta colligere cōueniat. Sed de his ſatis.

¶ Quibus ſignis cognoſcat̄ corpus egrotū. Cap. 57.

At quecūq; corꝑa nunc egrotabilia ſunt. i. q̄cunq; egrotant cognoſci opꝫ ſi ſenſibus ſubiacent mutatione naturaliū affectionū veluti coloris: figure: numeri: poſitionis: molliciei: duriciei: caliditatis: frigiditatis: ⁊ vt in totum dicat̄ leſiōe opationū aut excretione humorum: aut dolore: aut tumore ꝑter naturā: aut oibus his: aut q̄buſdā. Particulatim vo cerebri affectiōes morboſe cognoſcunt̄ delirio ſenſuū: aut cogitationis: aut motuū leſione: aut

excretione humoꝝ ex palato naſo oculis auribus: aut dolore qui in ipſo fatiget. Cordis vero egritudines cognoſcunt difficultate ſpirandi: ſubſultione cordis pulſu arterie: iracūdia placiditate: febribus: frigore: coloꝝ diuerſitate ac dolore qui in ipſo fatiget. Jecoris diſpōnes cognoſcunt humoꝝ inopia aut copia ac mutatiōe ad habitū pter naturā: pallore: itē diſtributione: cōcoctiōe: aut excrementoꝝ mutatione; atq etiā pondere: loci tumore dolore nō ſolū q̄ ibi affligat ſed q̄ rōne cōſenſus ſpiratiōis afferat difficultatē aut tuſſim. Pari mō vētriculi egritudines innoteſcūt cōcoctione appetitu humidi ſicciq: ꝛ excrementoꝝ ſecretione euariantiū. Jtidē ſingultu ructu: nauſea: vomitu: ac ſpē materie reiecte per vomitū: dolore: tūore: ꝛ ſpirādi difficultate. Quietiā thoracis diſpōnes cognoſcuntur ſpirationis difficultate: tuſſi dolore loci: ſcreatione. Morbi vero aſpe arterie cognoſcunt: ſpirationis difficultate: tuſſi ac dolore loci: ſcreatiōe: vocis leſiōe atq in reliq̄s cibus qđ pportiōe rñdeat: ex tumore: dolore: leſiōe opationū: atq etiā excretiōe hūoꝝ indicia ducunt. Tū aūt pter naturā inflāmatiōe: duricie: tumore deſcribit. Dolor quouis loco fatiget: aut ſol'onem cōtinuitatis: aut alterationē ſignificat ſubitā. Cōtinuitas vero ſoluit vbi mēbrū eroſum ſit aut inciſum aut colliſuз aut extēſum. Subſtātia alterat caliditate: frigiditate: hūiditate: ſiccitate. Virt⁹ pterea aut debilē facit opationē: aut mēdoſam: aut nullā. At q̄cūq excernunt: ſiue ptes affectaꝝ ptiū ſiue excremēta ſiue materie in mēbris cōdite ppriam exhibebūt ſignificationē. Sed de his libro de affectis ptib⁹ latius definitū iā eſt: quē null⁹ ex maiorib⁹ in viā docēdi ꝛ rōnē redegit: aut ad integrū tradidit: nec aliquā aliā cōmentationē quaз antiq̄ores inchoarunt quidē: ſed nequaq abſoluerunt.

¶ Quib⁹ ſignis cognoſcat corp⁹ egrotaturū ꝛ ꝯualiturū. Cap. 58.

Egrotantium igit' indicia ex illo volumine pducunt. Egrotaturi vero cōualiturīq ſigna hac via ꝛ rōne diſcunt. Egrotaturi igit ſigna media quodāmodo ſunt īter ea q̄ ſanis egriſq accidūt. Jn ſanis eñi cūcta p naturā exiſtūt: in egris pter naturā inquātū egri ſunt: in cōfinio hoꝝ ſunt ea q̄ ſignificāt egritudinem. Quedā qꝛ p naturā q̄dē exiſtunt ſed q̄litate aut quātitate: aut tpe euariāt: q̄dā pter naturā ſunt quidē lз minora q̄ꝫ in morbis hñtur: ꝛ ob eā rē corpoꝝ diſpōnes q̄cūq egrotatura ſunt neutre cenſentur: ac ſigna earū primaria rōne indicant ſanitatē: ſcđaria egritudinem. Jta fit vt hec ipſa p diuerſitate hītudinis tū neutra: tuз etiā egra dicant. Neutra quatenus preſentē indicāt affectionem. Egra quatenus pnunciāt futurā. Simili mō ſe hñt q̄cunq ſigna ſana in egrotis appent: vt ſana ſint: qꝛ futurā ſignificant ſanitateз. Egra vero inquantū pñtē diſpōneз oñdunt: ita efficit vt quecūq ſigna ambas ſignificāt diſpōnes: neutra exiſtant ex vna neutre vocis ſignificatiōe. Porro nequaq videri mirabile dз vt ea ipa ſigna

per habitudinem diuerſaꝝ tres obtineāt rōnes tū ſana ⁊ egra tū etiā neutra: ac vt ex vtraqꝫ ſignificatiōe q̄cunqꝫ ſigna in cōualeſcentib⁹ exiſtūt neutra vocent: quēadmodū ſigna q̄ in ſenectute hn̄tur Hec ꝗ cūcta plurib⁹ notiōib⁹ rōnibuſqꝫ ſubiacēt. Quecūqꝫ vo i ſanis ad itegrū ſūt: ſoli ſanoꝝ ſubiacēt notiōi. Itē q̄cūqꝫ i egris hn̄tur neqꝫ ꝓmōſtrātia ſanitatē futurā. Sȝ de his deiceps dicemus.

## ¶ De ſignis pronoſticis. Cap. 59.

De ſignis ꝓnoſticis in primis agēdū eſt. Cūqꝫ duplex eoꝝ differentia ſit in primis aggrediemur ea q̄ q̄titate aut qualitate aut tp̄e nō ipſa forma euariāt ab indicijs naturalib⁹ vbi gr̄a appetitū cibi intenſum aut exolutū aut tp̄e nō cōſueto aut nō ſoliti cibi aut excretionē materie humidioris aut durioris. Itidē excrementoꝝ humentiū inopia aut exuperantia p̄ter naturā aut coloris cōditiōis ve mutatio aut tp̄is euātionis ⁊ iſomnia ac ſomn⁹ plurimus aut in tp̄e minime cōſueto. Pari mō circa potū multuȝ aut paruū aut calīm aut frigidū cupiditas minime ꝯſueta quēadmodū circa rei veneree vſuȝ imoderata aut importuna cupiditas ſudor amplior iuſto aut mior. Pigrities circa motū: au tētāti moueri grauitas: aut exolutio fortl: mēſtruoꝝ ſupp̄ſſio: maior ve aut minor euātio: nec ſec⁹ vacuatio ex mariſcis. Quinetiā circa edulia aut potionē nō ſiſis ſuꝑiori voluptas futuri morbi indiciū eſt. Eodē mō mētis hebetudo non naturalis aut inſolita obliuio: aut in ſomno viſa nō cōſueta: atqꝫ ēt audit⁹ olfact⁹ ac viſ⁹ hebetiores marcidioreſqꝫ: ⁊ in vniuerſuȝ q̄cūqꝫ ꝑ naturā extiterūt ꝑtim creſcentia ac decreſcētia ꝑtim: ꝑtim t̄pe aut q̄titate variantia. Itidē corꝑis moles maior aut mior. Et vbi maior ſit: rubidiorqꝫ: ⁊ albidior: aut velut liuidior: nigriorqꝫ. Nec ſec⁹ ructus: ſternutamentū: ac flatus amplior aut incertior: q̄ q̄ ꝑ naturam eſt. Pari rōne q̄cūqꝫ ex naribus: aut aurib⁹: aut palato excernunt q̄b⁹ cerebrū expurgat̄ q̄titate q̄litate aut tp̄e variātia. Itaqꝫ hec oīa ſub naturali gn̄e ꝯtinent̄ Mordicatio vo vētris aut ſtōachi aut inteſtinoꝝ aut deijciendo aut vomēdo aut migēdo aut aliq̄s ali⁹ dolor moderat⁹: ſub gn̄e p̄ter naturā ꝯtinent̄. Nondū tn̄ egrotare ita ſe hn̄tes dicunt̄ quēadmodū neqꝫ grauati caput: aut dolētes: quotiēs nōdū ab illa ſolita oꝑatiōes ipediant̄: atqꝫ egrotādi termin⁹ talib⁹ diſpōib⁹ talis eſt. Quocirca ex habitudine eadē diſpōnē morboſaȝ neutrāqꝫ dicem⁹ inſtar cōꝑatiōe roboris ferētis aut euicte facultatis: vnaquecqꝫ diſpoſitio p̄dicta: aut morb⁹ aut neutra diſpō eſt. Nec ſec⁹ vbi ſenſus non maiori: minoriqꝫ rōne a ſe inuicē diſſidēt: ſed p̄ter naturā exiſtūt: indicia morboꝝ ſunt: quoad exigua fuerint: nec dū ſolitas adducere queāt oꝑatiōes vbi gr̄a. in guſtu q̄tiēs ſalſam aut amarā aut aliquā aliā qualitatē ſentiat: ſemꝑ comedēdo: aut bibēdo: aut etiā nulla re tali ingeſta ſaliua ipſa talis appareat. In odoratu vo quotiēs aliquā vnā ſentiam⁹ q̄litatē nullo odorabili p̄n̄te: aut etiā

preſentibus plura ac diuerſa cuncta perinde quaſi ſimilia ſentia-mus. Sepe vero nullus ſenſus aut rei male olẽtis efficit nulla re p̃-ſente male olente. In auditu vͦo ſonitus ac ſtrepit⁹ p̃ter naturã quẽ admodũ in viſu q̃cũq; obuerſari videt̃ nigra turbida cerulea: ruffa flaua: rotũda: oblõga: extenuata: craſſa cũcta ob oculos volitãtia. In ſenſu vero tãgẽdi quotiẽs inequalitas quedã: aut denſitas: aut grauitas: aut extẽſio: aut ſtupor: aut vlceroſa affectio vniuerſa cor-poris habitudine appeat: quẽadmodũ in q̃uis pte extẽſio: aut col-liſio: aut mordicatio: aut grauitas quotiẽs exigua fuerint: nec diu tius immorentur: diſpoſitionem quidem neutram eſſe oſtendunt: prenunciant vero morbum.

De ſignis corporum iam egrotantium: quo pacto mortẽ aut ſanitatem oſtendant. Caput. 60.

Quecunq; vero ſigna in egrotis appent indicãtia ſanitatem ac mortẽ. Prima quidẽ ſana: alia vero generatim q̇dẽ egra ſunt: ſpeciatim exitioſa dicuntur. Ducunt̃ vt in vniuerſum dicatur ex opationum vͦtute vitioq;: pticulatim ex opatiõib⁹ pticularibus quarũ genera antea docuimus. Prio genere ꝯtinent̃ partes p̃nci-pales. Scdo vͦo ptes illi ãnexe. Tertio gñe collocant̃ ptes q̃ ſeip̃as gubernãt: ſ3 a mẽbris principalib⁹ appendices quaſdã ſuſcipiunt. Porro quartũ gen⁹ eorũ q̃ dicta ſunt ad p̃ſentiendũ inutile eſt. S3 ex accedẽti interdũ p̃ſenſio fieri põt quẽadmodũ ex oibus excremẽ tis: ex his q̇dem rõne cõſenſus excremẽtis: q2 cõcoctionẽ crudita-tẽq; indicãt. Quocirca nequaq̃ fieri põt: vt non ſemper aut natu-ram dñari materie: aut materiã nature: aut neutrũ alteri⁹ indicẽt Si igit̃ dñetur natura: ſana ſigna dicunt̃. Si natura vincat̃ egra: neutra vͦo quotiẽs equaliter pugnent. Perſpicue igit̃ cõcoctionis ſigna ſana ſunt: quẽadmodũ cruditatis indicia egra. Ubi vͦo neq; cõcoctionẽ pſpicue indicẽt: neq; cruditatẽ neutra dicant̃. Neutra p̃terea ſunt: q̃cũq; mõ hoc modo cõtrariũ indicãt: quẽadmodũ di-giti nigreſcẽtes ſigna decretoria. Alia ſunt de q̇bus lib. de indicijs ꝑpenſum iam eſt: quẽadmodũ de ſingulis opationib⁹ lib. de cauſis accidẽtiũ. Ex his igit̃ locis pticularẽ materiã oẽm colligere ꝯuenit ipſe breuitati ſtudens hic ſiſto ſermonẽ de ſignis: deinceps de cau ſis agemus.

Artis parue Galeni liber terti⁹ interp̃te Laurẽtiano medico.

De cauſis ſanis cuſtodiẽtibus ⁊ efficiẽtib⁹ ſanitatẽ. Caput. I.

Cum cauſe ſane: egre: neutreq; ſint: in primis de cauſis ſanis agem⁹. Cũq; earũ ip̃arũ he cuſtodiãt ſanitatem: ille efficiant ſintq; cuſtodiẽtes priores efficiẽtib⁹ tpe ac dignitate: a cuſtodienti bus exordiemur. Cum ergo ſanum corpus nõ ſimplex ſit: ſed multi plex vt antea definitum iam eſt: in vnoquoq; eorum cauſa cuſto-diens propria erit: quandoquidem cauſa ad aliquid eſt. Rurſus igitur hoc loco ab optima corpis p̃paratõe petito initio cãs cõpa

ratiōe illi⁹ ſanas cōſiderem⁹. Ea℞ inuentione rei ipſius natura ſub miniſtrabit. Si eīn corpus nō poſſet pati: nec alterari ſemp optima preparatio ꝑmaneret nec indigeret arte gubernāte. Sed cū alteret̄ corrūpat̄: ac ꝑmutet̄ minime cuſtodiēs quā amiſſio obtinuit conditionē: idcirco auxilio eget. Ergo q̄t modis alterat̄: tot gn̄a auxilioꝝ habebit. i. cārū cuſtodiētiū ſanitatē: q̄ vt cōſtat ex dictis corrigētes cāe gn̄e ſunt. Sʒ q: paulatim corrigūt ꝑuſq̄ leſio vniuerſiʒ incidat: medici nequaq̄ dicūt futurū p̄cauerī malū: ſʒ p̄ntem cuſtodiri ꝑparationē. Corp⁹ igr̄ alterat̄ a q̄buſdā neceſſario: a q̄buſdā nō neceſſario. Intelligo neceſſario alterari ab illis q̄b⁹ abſtineri nō pōt. Nō neceſſario v̄o q̄b⁹ p̄t abſtinere. Ergo i aere circūeūte neceſſario diuerſat̄: comedit: bibit vigilat: dormit neceſſario. Gladio n̄ vtit̄ neceſſario nec beſtijs. Quocirca i p̄mo cārū gn̄e ars circa corp⁹ ꝯſiſtit. i ſcdo mīme ꝯſiſtit. Si igr̄ q̄cūq̄ corp⁹ alterāt neceſſario diuiſerim⁹ i vnoq̄ʒ eoꝝ ꝓpriū gn̄s cārū iueniem⁹. Primū itaq̄ ē aer circūueniēs. alteꝝ mot⁹ ac q̄es toti⁹ corpis ac ꝑtiū. Tertiū ſomn⁹ ac vigilia. quartū ea que ingerunt̄. Quintū ea que excernuntur ac ſubſiſtunt. Sextū animales affectiones. Corpus igitur ab aere circumeunte: aut calefit: aut frigeſcit: aut exiccatur: aut humectatur: aut cōiūctim afficit̄: aut ex tota ſubſtantia alterat̄. Porro ab ip̄o motu quieteq̄: ſi vtrūq̄ fuerit immoderatū calefit: aut frigefit: aut ſiccat̄ aut humectatur: aut cōiunctim afficitur. Itidem ex ſomno ac vigilia neceſſario afficitur. Simili mō ex his que ingerunt̄ aut excernunt̄: aut ſubſiſtūt: ⁊ ex aīalibus affectionibus. Etēn cuncta hec partim ꝑſpicue partim per medias cauſas alterāt corpus corrumpuntq̄ ſanitatē. At de his ſeorſum perpenſum iam eſt libro qui eſt de tuenda valitudine. Cuncta ergo dicta gn̄a ſanarum cauſaꝝ materie quepiā ſunt cōgrue q̄ adhibite conſeruant ſanitatem: incōgrue vero morbos cōmittūt. Quocirca perſpicuū ex his eſt: vt nō alia ſubſtātia cā ſana ſit: alia egra: ſed eadē ſubſtātia ex habitudine interdū ſana: interdū egra reddatur. Ubi eīn corp⁹ indiget motu: exercitatio ſana quies egra habetur. Ubi quiete idiget q̄es ſana eſt: exercitatio egra. Nec ſecus de cibo potu ⁊ alijs oībus dicēdum eſt. Unūq̄dq̄ eīn vbi egēti corpori adhibeatur cum propria quātitate ⁊ qualitate ſanum efficitur. Ubi v̄o aut nullo pacto egenti corpori precipiat̄: aut nequaq̄ congrua menſura morboſum conſiſtit: ac duplex intentio circa ſanum egrumq̄ eſt rei adhibite qualitas ac quātitas. Inferre aūt tēpus ceu tertiū ab his diuerſum: alienum eſt a rōne quādoquidē in his ipſis cōtineatur. Si eīn re talia ac tanta opus eſt ſcʒ ⁊ congruo tempore adhibeatur neceſſe eſt: atq̄ idcirco tempus inducitur. quia corpus morti obnoxium eſt ac facile mutatur: ⁊ fluit: ac pro diuerſitate mutationum alias alijs ſubſidijs indiget. Quapropter tempus in his que ſunt dicta genere tertium nequaq̄ eſt; ſed ad faciliorem doctrinam ſepenumero: tanq̄ tertio vtimur ob cauſam

predictam. Sed cum in his intentionibus: tum alie cauſe ſane: tū etiā propoſitum gen⁹ eſt: rurſus eas ipſas cauſas recenſebimus. Optime igit̃ ꝑparatiōis corpoꝝ: vbi circūueniēs aer fuerit moderatus: cōgruēt ēt alie cauſe moderate: q̄s maxime docui: puta q̄es: motus: ſomnus: vigilia moderata: ⁊ que ingerunt̃ atq̧ egerunt̃ moderata. Sꝫ vbi fuerit immoderat⁹ tm̄ a mediocritate recedendum quātū a mediocritate variat. Intētiōes med iocritatis ſunt in aere q̄dē circūeūte: vt minime rigeas ꝓpter frig⁹: neq̧ ſudes ꝓpter eſtū. In exercitatiōe aūt vbi ꝑmū ceperit ſudare corp⁹ ſtatiꝫ q̄eſcat neceſſe eſt. In edulijs cōcoctiōis diligētia excremētiq̧ mediocritas i quātitate ⁊ q̄litate. Ceterū in his appetit⁹ equat̃ quodā mō cōcoctioni. Quo fit vt nō op⁹ ſit ꝑceptis ac regulis quātitatē adhibēdo ꝓ dimetientib⁹. Naꝫ optima natura quātū appetit tātū bene cōcoq̄t. Simili mō natura ip̄a ſomni metit̃ quātitatē in habētib⁹ optimā ꝑparationē: ac excitant̃ a ſomno q̄n corp⁹ nō inſup indiget. Quinetiaꝫ ip̄is ita viuētib⁹ ꝑ excremēta: aut excretiōes alui: vrine: ac toti⁹ corporis nihil cōmittit̃. Illa nāq̧ mediocritas adhibēdoꝝ ſana reddit Totius aūt corpis ſpirationē exercitatio moderata efficit ſalutarē. Hi ꝑterea fugiāt. ſ. opꝫ exceſſum oīm aīaliū affectionū. ire: triſticie. furoris: timoris: ⁊ inuidie. Hec eīn remouēt naturalem cōditionem: corpuſq̧ alterāt. Atq̧ rei veneree vſus apō Epicurū null⁹ ſalutaris habet̃. Sꝫ reuera ſanus eſt ex tanto temporis interuallo: vt corpus in vſu neq̧ ſentiat exolutionem: ac lenius ſpiratiuſq̧ redditur. Porro concumbendi tempus eſt quando corpus diligenter medium fuerit omnium exteriorum intemperierum: neq̧ nimium repletum: neq̧ ieiunum: neq̧ nimium refrigeratum: neq̧ nimium calefactum aut exiccatum: aut humefactum immoderate. Quod ſi interdum peccet exiguum eſt peccatum: ſed preſtat vt repletum calefactum ac humefactum: potius q̄ ieiunum aut refrigeratum exiccatum corpus vtatur concubitu. Ceterum qualitatem vniuſcuiuſq̧ eorū que dicta ſunt in optima natura eligere oportet. Exercitationis quidē in qua omnes corporis partes ex proportione moueantur: neq̧ hec nimium laboret: illa parcius laboret. Cibus autem ac potus maxime moderatus adhibeatur neceſſe eſt. Ille enim proprius moderate nature exiſtit. Itidem in alijs dicendum eſt. Ubi vero corpus ab optima preparatione recedat: non multum tamen cauſe quoq̧ cuſtodientes ſanitatem permutande ſunt quod proportione reſpondeat. Sed cum hec corpora multa ſint: de vnoquoq̧ eorum ſeorſuꝫ agendum eſt.

¶ De cauſis quibus intemperies inſite cuſtodiuntur quibuſq̧ corriguntur et ad habitum optimum perducuntur. Ca. 2.

Corpus igit̃ tēperamēto variās: mediocritate aūt partiū officialium nō variās duplicem habet formam ſanaꝝ cauſarum

Alterā cuſtodientiū ipſius temperamētū. Alterā pducētiū ad optimā preparationē. Cauſe igitur cuſtodientes temperamētū tñ variabunt a cauſis nature optime cōgruētib⁹: q̄tū toti⁹ corpis temperamentū ab illa variet. Corpus eñ calidi⁹ victu indiget calidiori: frigidi⁹ frigidiori: ſicci⁹ ſicciori: ꝛ humidi⁹ humidiori. Sil'i mō copulatim calidius ac ſiccius: calidiori ac ſicciori: ꝛ in reliquis trib⁹ copulis: qđ ꝑportione reſpōdeat. Utet̃ eñ materia cauſarū recte: qui vires earum inſitas agnoſcit. verbi gratia. vt mot⁹ media inſomnia excretio ꝛ oēs affectiones aīales exiccēt corp⁹. Contraria vero iȷ̇s humectēt. Eodē mō de calefacientib⁹ ac refrigerātib⁹: ſtudiȷ̇s: poculētis: eſculentis: ꝛ vt ſimpliciter dicetur: q̄ oīm circa corp⁹ cauſarū agnoſcit materiā ac vires cauſis ſuis vtetur. Similes ſimilib⁹ adbibēdo quotiēs priſtinū corpis libuerit cuſtodire tēpamētū. Quotiens vero libuerit pmutare: ꝛ ad habitū ducere meliorē: aliđ eſt cauſaꝝ genus ſanum predictis contrariū equaliter in diuerſuꝫ recedēs a cauſis temperatis ac mediȷ̇s: quas optime nature ꝯgruere docuimus. Calidus eñ ꝛ ſiccus vict⁹ nequaq̄ꝫ efficiet bene temperatā diligēter calidius ac ſiccius tpamētū. Sed vict⁹ tāto frigidior ꝛ humidior moderato quāto natura fuerit calidior. ſiccior q̄ꝫ Tale eñ cauſarū gen⁹ natiuas corrigit intēperies. Alterū vero qđ eſt predictum cuſtodit: ac medici vtroq̄ꝫ cauſarū genere inuicē vtūtur. Uerū corrigere inſitam intemperiē ex multo ocio opus eſt paulatim deducendo corpus ad habitū meliorē. Natura eñ non tolerat ſubitā alterationē. Per negocia vero neceſſaria in eadē diſpoſitione cuſtodire opꝫ. Sed quodāmō tale cauſarū genus cuſtodiēs appellauim⁹. Forte eñ rectius dixeris alterās curaꝫ ꝛ impedimētū inſitum corrigēs appellari qꝛ ad vniuerſum gen⁹ ſanitatis reſpicientes nō ad ſpeciales eius differētias: quecūq̄ꝫ cuſtodiūt ſanitatē cuſtodiētes cunctas cās noīauim⁹: ſiue adeo cuſtodiant ſanitatē: vt etiā deducāt ad habitū meliorē: ſiue priſtinā corporis preparationē tñmō cuſtodiāt ꝛ cōſeruāt. Quecūq̄ꝫ vero diſpoſitionē efficiāt deteriorem morboſas. Ubi igitur omnes corporis partes male temperate ſimiliter ſint: ſimilia adhibeātur ſubſidia: vbi diſſimiliter diſſimilia neceſſe eſt. Fieri eñ poteſt vt ventriculus frigidior iuſto exiſtat: caput autem calidius: ꝛ vtrumq̄ꝫ propriȷ̇s remediȷ̇s egeat. Itidem ꝛ aliarum vnaqueq̄ꝫ partium aut humidior: aut ſiccior: aut calidior: aut frigidior moderatoq̄ꝫ victu indiget ꝑprio intemperiei. Non igitur equaliter exercebimus omnes tales corporis partes: neq̄ꝫ ſimiliter humectabimus et exicabim⁹: aut aliquid aliud tale efficiem⁹. At de his libro de tuenda valitudine latius difinitum iam eſt.

¶ De cauſis quibus impedimenta figmenti corriguntur ꝛ vt quattuor corporum diſcrimina habeantur. Caput. 3.

Cauſe partium officialium ſane partim impedimentorum figmenti partim magnitudinis numeri poſitionis exiſtunt. In figmento igitur multa impedimenta habentur. Nam figura partis: et ſicubi in ea cauum eſt per naturā aut oſtiolum: aut meatus: aut aſperitas quedam: aut leuitas: quotiens exceſſerint propria mediocritate paruum quidem affecta ſana corpora nominantur. Multum vero perpeſſa dicuntur egrotabilia. Quotiens autem tātum affecta ſint vt offendant operationem: iam egrota vocantur. In quantitate ergo exceſſus ac defectus ad eas ipſas deducūt differentias. In numero vero excedens aut deficiens quelibet ſimilarium partium aut plures: hoc genere continetur. Item quecunque ſubſtantie in nobis preter naturam cōſiſtunt. Reſtat aliud genus poſitionis cuiuſlibet ſimplicis partis: in quo quattuor differentie exiſtunt. Prima inquam optima eſt. Scda paululum quiddam variat: et ob eam rem ſanum adhuc efficit corp⁹. Tertia egrotabilis eſt vbi multum exceſſit. At quarta iam egroti corporis vbi plurimum remouetur. Quecunque ergo partes peccant figura quemadmodum bleſi: vari: diſtorti: ſi recens affecte ſint fingendo ac ligando ad habitum naturalez reuocantur. Si duriores effecte ſint corrigi minime poſſunt. Eodez modo quecunque pecant cauo ſimiliter increſcentes corriguntur: vbi perfecte ſint emendari non poſſunt. Itaque deligatio ac quies parum efficit cauum: functio partium ac ſpirationis cobibitio magnum. Simili modo oſtiolum aut meat⁹ quotiēs fuerint equo maiora: quies ac deligatio minora efficere ſolent. Maiores efficiunt partes motu naturali ſimul cum moderata frictione et alijs quecūque plus ſanguinis trahere aſſolent. At partium deficientiū quecunque ex ſanguine gignūtur nequaquam impos emendatio eſt. Quecūque vero ex ſemine creantur prope impoſſibilis eſt. Ueruntamen interdum loco earum alia efficias ſimilem habētia vſum licebit. At omnium earum natura opifex: medicus miniſter eſt. Quecunque vero exuperant numero: ſublatio cauſa ſana eſt. Sed conſiderandum eſt in quibus id fieri: aut nequaquam fieri poſſit: quod ſi non: commutare tentandum eſt ſimili modo poſitionis vitia emendantur. Ceterum conſtat: vt duo aut tria ſepenumero impedimenta circa vnam partem conſiſtant: quemadmodum in eo qui habebat ventriculum paruum ſimul ac rotundum ac ſuper ſepto tranſuerſo poſitum: peccabat enim in eo magnitudo figmentuz ac poſitio: qui ſi frigidior temperamento extiterit ad habitum naturalem reuocari minime poteſt. Quippe qui ab ipſo temperamento ledatur. Cum enim difficulter ſpiraret repleto ventriculo: parum cibi: et qui non grauet ac multum nutriat bis aut ter in die afferatur neceſſe eſt. In alio vbi infartio in iecore ſubinde exiſteret ob anguſtiā vaſorū victus extenuans curauit infartionem.

¶ De cauſis ſanantibus ſolutionē continuitatis. Caput. 4.

Sequens eſt vt agam vs de ſolutione cõtinuitatis que ineſt ſimilaribus partibus ac officialibus communis eſt. ac forte quis non concedet interdum eam ineſſe integre ſanis: quippe que ſemper affectio ſit nequaꝙ videns ſimilem dubitationem ſuper vnoquoꝙ genere futuram. Niſi enim ſenſibilis operationis leſſio morbum interſtingat a ſanitate: ſed ex qualitate diſpoſitionis tantummodo conſideretur aſſidue affectionis decretum admittas neceſſe erit cum nemo ſit: qui operationes cunctas optimas habeat. Sed hec queſtio vt pote contemplationem requirens diligentiorem per ſe ſeorſum dicato opere tractabitur. De cauſis corporũ cõfecte egrotantium deinceps agendum eſt ab intemperie petẽtes initium.

¶ De cauſis corporum confecte egrotantium. Ca. 5.

Diffiniendum antea eſt id quod oẽs fere medici pretermittunt: vt alie cauſe ſint intemperiei iam confecte: alie eius q̃ preterea conficiatur quemadmodum alie future. Supreme ergo intemperiei: que futura eſt: cauſe partim ſub ipſa precautionis diligẽtia: partim ſub ipſa ſanitatis conſeruatione continentur. Prima ſub ipſa tantũ curatiua collocatur. Intemperiei autem inter vtrãꝙ medie cauſe ſub ipſa precautionis vigilantia: ac curandi rõne collocatum. Morbus eñi ſi iam exiſtat confectuſꝙ ſit curetur oportet. prohibeatur autem ſi nondum exiſtat ſed futurus ſit ex diſpoſitione in corpore. Ubi vero conficiatur: quod confectum eſt curetur. Quod vero futurum eſt phibeatur neceſſe eſt. Porro phibebitur diſpoſitione: qua fieri ſolet ſublata: ac talis diſpoſitio nominatur cauſa pregreſſa. Morbus vero qui iam confectus eſt curabitur diſpoſitione qua primum naturalis operatio ledit̃ ſoluta: quã egritudinis cauſam nominamus. Sanatio vero vnam habet ac primã et maxime propriam intentionẽ diſpoſitioni que eſt ſoluendam cõtrariam. Hoc eñi genere omnes cauſe efficientes ſanitatem continentur: particulatim pro natura diſpoſitionum contrarie eligantur cõueniet. Itaꝙ calide diſpoſitiõi frigida cã contraria eſt: frigide calida: et in alijs eodem mõ dicendũ. Si eñi quicqd eſt preter naturam: immoderatũ eſt: quicqd vero per naturã moderatũ: quodlibet immoderatum ab immoderato contrario ad habitũ naturalẽ reuocet̃ neceſſe eſt ac cõſtet vt calidũ ac frigidũ potentia non ipſa imaginatione ſumendũ ſit. Intelligo potentia tale quod pprie vereꝙ tale eſt. Ipſa aũt imaginatione quod primore ſenſu tale eẽ videatur: ſꝫ vere tale minime ſit. Sed quonãmodo talia cognoſci cõueniat libro de ſimplicibus medicamentis perpenſum iã eſt. Ad inueniendas igitur cauſas ſanas in morbo qui iam confect⁹ eſt: docẽdi via vtendum eſt qua talia potentia interſtinguantur ab his que imaginatione talia videntur. In morbo vero qui preterea cõficitur: ea ipſa docendi via vtendum eſt atꝙ etiam ea qua morborum cauſe parue ſtinguentur. Fingamus putridis humorib⁹ accẽdi fe-

brem indicatio in his eſt alteratio euacuatioq̄. Alteratio quidē ſe
dans putredinē manente cauſa. Euacuatio omnē de corpe educēs
ſubſtantiā. Sed ꝑdicta ſpecies alterationis cōcoctio eſt: quā a nō
nullis cauſis fieri cōuenit inuenientes in illis an habeamus ita ſa
norū cognitionē. Euacuatio efficitur ſanguinis miſſiōe, cliſteri vri
na reſpiratiōe ꝑ cutē atq̄ ēt auocādo deriuādo ad aliū locū. hoc gē
nere cōtinentur mouere mēſtrua: aperire mariſcas: purgare ex na
ſo palato inueniētes materias q̄bus qualitate ⁊ q̄titate ⁊ mō vſus
adhibitis euacuatio efficiat̄: in hac artis parte cauſas ſanas inue
niemus: ac de modo inueniēdi tales cauſas libro de curādi via ⁊ ra
tione dictū iā eſt. Simili mō ⁊ ꝑ alias tres intēperies. Etem̄ vnū cō
muneq̄ habēdo ꝑceptū vnāquāq̄ cauſam efficientem excidere. tū
aūt ire ad egritudinē: q̄ cōfecta eſt: cauſarū ſanarū inuētionē adi
piſcemur. Itidē per intēperies cōpoſitas ſimpliciū cōpoſitio ꝑce
pta ſanitatis indicabit: ſi ſtuduerimus vt magnitudini intēperiei
qđ ꝓportione reſpōdeat: cā ſana perueſtigetur: verbi gratia: ſi q̄s
decē numeris receſſit a naturali in diſpoſitionē calidiorē ſeptē in
ſicciorē: cā ſana per talē diſpoſitionē decē numeris recedat in habi
tum frigidiorē. ſeptē in humidiorē opꝫ. Si igitur tale medicamen
tū affecte parti adhibeat̄ tāto frigidiꝰ ac humidiꝰ erit quātū indi
catio ꝑcipit. at vbi ps affecta poſita fuerit in ꝓfundo molliri opꝫ:
tale efficere medicamentū quo minus in itinere priꝰ exoluatur. Si
igit̄ opꝰ ſit medicamēto calidiore moderato nō ſolū tāto ſit calidiꝰ
quāto indiget paſſio: ſꝫ ex ſuperabūdāti abijciatur id qđ ꝓpter po
ſitionē fuerit neceſſariū. Si frigidiore nō ſimpliciter tāto frigidiꝰ
efficere opꝫ: ſꝫ etiā materiā cōſiderare neceſſe ē. Si em̄ craſſior fue
rit nequaq̄ ꝓfunde admodū penetrabit ſꝫ ecōtrario efficiet cōdē
ſando cutē. Si vero tenuior fuerit fieri poterit vt ꝓfunde admodū
ſe inſinuet. Itidē in humefaciētibus ⁊ exiccātibꝰ craſſior ac tenuior
ſubſtantia ſumēda eſt: ac ab affecte partis poſitione indicatio ſa
nā veſtigat cauſam: quemadmodum hoc loco definitum iam eſt.
A figmento vero ac poſitiōe quotiēs emiſſacula ſenſibilia habeat
peruia tendentia aliorſum: aut quotiens nihil eiuſmodi habeat.
Emiſſacula igitur deferētia in membra ꝑcipua aduocabimus ac
in non ꝑcipua mēbra irritabimus. Cōſtatq̄ vt ſanatio efficientiū
intemperiem cauſarum: per euacuationem exiſtat. Ipſarum enim
intemperierum tantummodo alteratio ſanatio eſt. Ceterum vbi
ſoluatur continuitas ſanationis intentio vnio eſt: que inq̄ in par
tibus officialibus impoſſibilis eſt. In ſimilaribus vero non ſemꝑ
poſſibilis eſt. Sed in quibuſdā vt in carnoſis agglutinatio ſana
tio eſt: nec intereſt vbi libeat appellare cohalitum. At qui ipſam
antecedit: quotiens vulnus grande extiterit: adductio diſſidentiū
partium: que ſub ipſo figmenti genere cōtinuetur. Ut vero deliga
tio adducens diſſidentes partes ſtabilis maneat: ⁊ habende ac fu

ture vtiles ſunt. Natura autem agglutinat diſſidentes partes: ac priſtinam reddit vnitatem. Medici vero officium eſt in primis vt eſt proditum adducere in vnum diſſidentes partes: deinde cuſtodire quemadmodum adducte ſunt. Poſtea prouidere quominus inter labia aliquid incidat: ac demum ipſam partis ſubſtantiam ſanam cuſtodire. Primum ac ſecunduꝫ quonāmodo facere liceat dictum iam eſt. Tertium adducendo partes diſſidentes fiet ſi nihil extrinſecus incidere ſinamus: quemadmodum ſepenumero pilus: aut oleū aut alius humor cadens inter partes agglutinādas earū prohibuit vnionem. Poſtea vero tempore ſequēti tertia intētio pficitur: ſi materia effluat. Effluet aūt materia incidendo ac cōgrue figurādo. Porro ſubſtātia mēbri ſana cuſtodiet p ea q̄ mediocriter exiccent: atq; hec curatio eſt ſolutiōis cōtinuitatis in mēbro carnoſo quotiēs ipſa p ſe ſola exiſtat. Qō ſicui alteri pmiſcet morbo plures indicationū intētiones hñtur: quas deinceps docebimus: vbi de cōpoſitis aut incōplexis pceptis agemꝰ. Hoc loco ad reliquas cōtinuitatis ſolutiones eundum eſt.

¶ De fractura. Ca. 6.

Dico q deus cuiq animali et cuiq mẽbro donauit ex cõplexione qd magis meretur et qd ei⁹ actiõibus ac diſpoſitionibus ſm poſſibilitatẽ melius exiſtit. hoc aũt certificare philoſophi eſt et nõ medici. Donauit aũt homini cõplexionẽ temperatiorem q̃ in hoc mundo eſſe ẽ poſſe cũ ſuarum virtutũ conuenientia quib⁹ agit et patitur. Et vnicuiq mẽbro donauit de cõplexione qd meret. Poſuit ergo quedam ex mẽbris calidiora: et alia frigidiora et alia ſicciora: et alia humidiora. Quod aũt in corpore eſt calidi⁹ eſt ſpiritus et cor a quo procedit. Deinde ſanguis: licet in epate generetur: qr enim cũ corde continuus exiſtit ab eo plus acquirit caloris q̃ epar habeat. Poſtea epar qr eſt ſicut ſanguis congelatus. Poſt quod eſt caro que minoris eſt caloris q̃ epar: ppterea q nervorum villi in ea mixti ſunt qui ſunt frigidi. Deinde ſunt muſculi q minoris ſunt caliditatis q̃ caro ſimplex propter illud quod de neruis et ligamentis eius admiſcetur. Poſtea eſt ſplen ppter illud qd eſt in eo d fece ſanguinis. Poſtea renes eo q nõ mult⁹ in eis exiſtit ſanguis. Deinde arteriarum tunice: non propter ipſarum neruoſa corpora: ſed propter illud qd recipiũt de calefactiõe ſanguinis et ſpirit⁹ qui ſunt in eis. Poſtea ſunt venarum non pulſatilium tunice propter ſanguinem ſolum. Poſtea cutis vole temperate. Frigidius vero qd in corpe eſt flegma. Poſtea pili. Deinde os. Poſtea cartilago. Poſt ligamentum. Deide chorda. Poſt panniculus. Deinde neruus. Poſt nucha. Poſt cerebrum. Deinde adeps. Poſtea pinguedo. Poſtea cutis. Humidius vero qd eſt in corpore eſt flegma. Poſt ſãguis. Poſtea piguedo. Poſtea adeps. Poſtea cerebrũ. Poſtea nucha. Poſtea caro mãmillarũ et teſticulorũ. Poſt pulmo. Poſt epar. Deide renes. Poſtea muſculi. Poſt cutis. Et hic quidem eſt ordo quo Galenus diſponit ea. Scire tamẽ debes qd pulmo in ſubſtãtia et nõ natura eſt humidus vehementi humiditate: Omnis enim complexio membri naturalis ſimilis ẽ ei quo nutritur. Et ſm ſua accidentalem complexionẽ ſimilatur ei quod ab ipſo ſuperfluit. Pulmo autẽ nutritur calidiſſimo ſanguine et multo admixto colore: et hoc quidem ipſemet Galenus nos docet. In ipſo vero multa humiditatis ſuperfluitas colligitur propter illud qd ad ipſum aſcendit de vapore corporis et propter illud quod ad ipſũ deſcẽdit ex catarris. Poſtq̃ igit ſic eſt res: epari multomagis hũidum eſt pulmone humiditate naturali: et pulmo magis eſt madefactus: lz humiditatis mora ipm in ſui etiã ſubſtãtia molliorẽ fecerit. Et diſpoſitiones flegmatis et ſanguinis ita intelligende ſunt flegmatis nãq hũectatio ẽ ſm modũ madefaciẽdi. Et ſanguinis hũectatio eſt ſm modũ augmẽtũ faciẽdi in ſubſtãtia: licet flegma

naturale aqueum plerunqꝫ ſit maioris humiditatis ꝙ̄ ſanguis. Ex ſanguine eñi cũ quãtũ digeri debet digeritur: multum humiditatis ex eo reſoluit que erat flegmatis naturalis, aquei quod ad ipſum conuerſum fuit. In ſequentibus aũt ſcies qđ flegma naturale eſt ſanguis qui aliqua conuerſus eſt cõuerſione. ¶ Res autẽ ſiccioꝛ que eſt in coꝛpe ſunt pili. ſunt. n. ex vapoꝛe fumoſo qui eleuat. Reſolutum nãqꝫ fuit qđ in eo de vapoꝛe miſtum erat ⁊ pura fumoſitas congelata. Poſtea eſt os: ipm̃ nãqꝫ oĩb⁹ mẽbꝛis durius exiſtit: humidi⁹ tamẽ pilis eſt. Oſſis nãqꝫ generatio ex ſanguine cuius fumus eſt ſiccus qui humoꝛes naturales exiccat locatus in eis. Quapropter os multa nutrit aĩalia. Pili ṽo eoꝝ nullũ nutriũt. aut foꝛtaſſe: ſi nutriũt ex eis aliqđ valde eſt rarũ ⁊ extraneũ: ſicut exiſtimãt quidã ꝙ veſpertiliões eos digerãt: ⁊ in eis delectẽtur. Nos aũt cũ duas quãtitates oſſis ⁊ piloꝝ in pondere equali aſſumpſerimus ⁊ eas ĩ cucurbita alẽbico ſuppoſito diſtilauerim⁹ egrediet ex oſſe pl⁹ aque ⁊ plus olei: ⁊ remanebit min⁹ fecis. Os ergo pilo humidius eſt. Poſt os aũt in ſiccitate eſt cartilago. Poſtea ligamentũ. Poſt choꝛda Poſt pãniculus. Poſt arterie. Poſt nerui motiui. Poſt coꝛ Poſt nerui ſenſus. Motiones. n. nerui frigidioꝛes ſimul exiſtũt tẽꝑato. Nerui aũt ſenſ⁹ frigidioꝛes ꝗdem: ſꝫ nõ multũ ſunt tꝑato ſicioꝛes: ⁊ foꝛtaſſe ſunt ei pꝛopinꝗ: ⁊ neqꝫ etiã in frigiditate ſunt ab eo valde remoti. Poſtea eſt cutis.

¶ De ꝯplexionibus etatũ ⁊ generum. Capitulũ. 3.

Etates oẽs ſunt quattuoꝛ. ¶ Etas adolẽdi ꝗ vocat etas adoleſcẽtie: ⁊ ẽ fere vſqꝫ ad. 25. ãnos. ¶ Poſtea ẽ etas ꝯſiſtẽdi ꝗ vocat etas pulchꝛitudinis ⁊ eſt fere vſqꝫ ad. 35. aut. 40. ãnos. ¶ Etates minuẽdi cũ virt⁹ nõ admittit: ⁊ hec eſt etas ſenectutis ꝗ fere eſt vſqꝫ ad annos. 60. Et eſt etas minuendi cũ manifeſta virtutis debilitate ⁊ hec ꝗdem eſt etas ſeniũ ⁊ finis vite. ¶ Adoleſcẽtie vero etas diuidit' in etatẽ infantie. Et hec ꝗdem eſt cũ mẽbꝛa pueri nondũ ad motiones ⁊ ambulãdũ ſunt apta. ¶ Et in etatẽ dentiũ plantatiuã ꝗ eſt poſt ambulationẽ: ⁊ anteqꝫ ſit foꝛtis: ⁊ illud eſt cũ nondũ gingiue ſunt omnibus dentibus replete. ¶ Poſtea eſt etas cõcuſſiõis qđ' ꝗdẽ eſt poſt vehemẽtiã ⁊ natiuitatem dẽtium ⁊ anteqꝫ polluant. ¶ Deinde eſt etas algulemati vel alguadiz rehac. i. cum ab eo egreditur ſperma que eſt quouſqꝫ barbeſcat. ¶ Poſtea eſt etas foꝛtitudinis que eſt donec ſinat creſcere. ¶ Infantiũ vero ſolũ ab infantia vſqꝫ ad iuuentutem complexio in caloꝛe fere tempatoꝛ in humiditate fere ſuperflua exiſtit. ¶ Medici autem antiqui inter ſe diſceptauerunt de duabus caliditatibus pueritie ⁊ iuuentutis. ¶ Fuerunt enim eoꝛum quidam qui dixerunt quod caliditas pueri eſt maioꝛ: et ideo pꝛopter illam plus creſcit. Ideoqꝫ omnes eius operationes naturales deſiderij et digeſtiones ſunt maioꝛes et diutius durantes: quoniam caloꝛ innatus qui ineſt eis

ex ſpermate magis eſt aggregatus et eſt minoris temporis. ¶ Et ex eis fuerũt qui dixerũt quod calor inatus in iuuenibus ē valde fortior quoniam eorum ſanguis eſt maioris quãtitatis et magis ſpiſſus. Ideoq̧ accidit eis fluxus ſanguinis ex narib⁹ plus ⁊ forti⁹. Et qḋ eoꝝ cõplexio plus ad colerã declinat: ⁊ pueroꝝ̃ cõplexio plus declinat ad flegma. Et qḋ iuuenes vehemẽtiorũ motionum exiſtunt motus vero nõ eſt niſi propter calorem. Et ipſi etiam vehementioris iſtibꝛe exiſtunt: et ſunt melioris digeſtionis: et hoc ex calore. De ſideriũ nãq̧ nõ eſt ex calore ſ3 ex frigiditate. Ideoq̧ canin⁹ appetitus ex frigiditate ſepius contingit. Signũ aũt quod vehementioris iſtimbꝛe iſti exiſtant eſt: ꝙ neq̧ nauſea accidit eis: neq̧ vomit⁹ neq̧ faſtidium: quemadmodũ contingit pueris propter digeſtiue eorum maliciam. Et ſignum ꝙ eorũ cõplexio magis colere ꝑtinet eſt ꝙ omnes eorum egritudines ſunt calide: ſicut febris tertiana: ⁊ eoꝝ vomitus totus eſt colericus. Egritudines autem plurime que pueris eueniunt ſunt frigide et humide: ⁊ eorum febꝛes flegmatice et plurimum qḋ vomũt eſt flegma. Et augmentum qḋ eſt ĩ pueris nõ eſt ꝓpter fortitudinẽ caliditatis eorũ: neq̧ eſt niſi propter multã ipſoꝝ humiditatẽ: maximũ etiã eorũ deſiderium ſignificat caloris eoꝝ diminutionẽ. ¶ He quidẽ ſunt duarum ſectarũ ſniẽ ⁊ ipſarum rõnes. ¶ Galenus ambabus vero ſectis contradicit. Dicit enim ꝙ eoꝝ caliditates in radice ſunt equales. Sed pueroꝝ caliditas ē maioris quantitatis et minoris qualitatis. ſ. acuitatis ⁊ iuuenum caliditas eſt minoris quãtitatis ⁊ maioris qualitatis. ſ. acuitatis ¶ Et huius quidẽ declaratio ſicut ipſe dicit eſt vt opinemur vna3 ſolam caliditatem in menſura aut corpus ſubtile calidum vnu3 in quantitate et qualitate in ſubſtantiam humidam multam ſemel penetraſſe: ſicut aqua: ⁊ alia vice penetraſſe in ſubſtãtiam ſiccam ⁊ paucam, ſicut lapis. Et cum ſic fuerit inueniem⁹ caliditatẽ aquea3 maioris quantitatis et minoris caliditatem: lapideam minoris quantitatis et acutioris qualitatis. Et ita debes agnoſcere caliditatem que eſt in pueris ⁊ iuuenibus. ¶ Pueri enim non fuerunt generati niſi ex ſpermate quod eſt multum calidũ. ⁊ huic calori nondum accidit res que ipſum extinguat. Puer namq̧ augeri non ceſſat ſed creſcẽdo graditur. Neq̧ adhuc ſtetit: nedum ꝙ iam retrocedat. Iuuenibus vero nihil accidit quod eorum calorem augmẽtet innatum neq̧ etiam aliquid quod ipſum extinguat: ſed ille calor in eis conſeruatur humiditate minoris quãtitatis ⁊ qualitatis ſimul donec ad declinationem perueniat. Neq̧ tamẽ huius humiditatis diminutio eſt adhuc diminutio q̃ caliditatẽ retinere nõ poſſit: neq̧ eſt niſi quia agmentum facere nõ valet. Quaſi humiditas tanta erat prius ꝙ duas res facere poterat cuſtodire videl3 calorẽ ⁊ ſupereſſe etiam ad augmentum faciẽdũ. Ad vltimũ vero ad hoc deueniet ꝙ neutrã duarũ rerũ efficere valebit: op3 ergo vt ĩ medio

talis exiſtat φ poſſit vnã rẽ efficere et nõ alterã. Falſum aũt eſt vt dicamus ipm poſſe agmentare:et nõ poſſe retinere calorem innatũ Quõ enim in re augmentum preſtare poteſt qḋ radicẽ nõ valet cu ſtodire? Reſtat ergo vt dicamus φ calorem cuſtodire po teſt:et in corpore augmentum preſtare non poteſt. Et ſcitum eſt φ hec eſt etas iuuentutis. ¶ Quod autẽ dixit ſecunda ſecta φ augmentum qḋ eſt in pueris nõ eſt niſi ꝑpter humiditatẽ ⁊ nõ propter calorem eſt dictio falſa. Humiditas namq; augmenti eſt materia. Et mate ria nõ patit̃ ꝑ ſe:neq; ꝑ ſe creatur:immo apud operationẽ virtutis in eã agentis. Uirtus aũt hoc agens eſt aĩa aut natura ꝑcepto dei. Neq; agit niſi cũ inſtrumẽto:⁊ illud ẽ calor innat⁹. ¶ Qḋ aũt dixe rũt ẽt φ vehemẽs deſideriũ qḋ eſt in pueris non eſt niſi propter fri giditatẽ ꝯplexionis eoꝝ eſt dictio falſa. Ex malo nãq; deſiderio: qḋ eſt ꝑpter frigiditatem cõplexionis nõ ꝑuenit iſtimbre:neq; nutri mentũ. Puerorũ enĩ iſtimbre melior eſt φ̃ eſſe poteſt in pluribus ho ris. Neq; in eoꝝ corporibus niſi foret ꝑpter hoc de permutatione eius qḋ comedit̃ plus prouenit φ̃ fit illud quod diſſoluit̃ : propter quod creſcunt. Aliqñ vero accidit eis malitiam iſtimbre ꝑpter eo rũ guloſitatem:⁊ qꝛ eorũ comeſtiones malis diſponũtur ordinib⁹: ⁊ comedũt res malas ⁊ hũidas:⁊ mlˈtas ⁊ deſuꝑ malis mouent̃ moti bus. Quapropter de ſuperfluitatibus plus ĩ eis adunat̃:vnde pur gatione indigent ⁊ precipue eorum pulmones. Ideoq; eorũ anheli tus eſt ſpiſſior et velocior. Magnitudinem tñ nõ habet eo φ eorũ virtus nondum ad cõplementum peruenit. ¶ Hec eſt dictio de cõ plexione pueritie ⁊ iuuẽtutis:quẽadmoduʒ Gal. declarauit cuius nos ſumus interpretes. ¶ Preterea faciendũ eſt φ caliditas poſt temp⁹ cõſiſtendi minui incipit:propterea φ aer circũdans materiã eius que eſt humiditas exiccat. Calor quoq; innatus qui eſt intus ad hoc adiuuat. Et labor proueniens ex motionibus corporeis et animalibus que neceſſarie ſunt in vita. Et defect⁹ nature ad reſiſtẽ dum illi toti ſemper. ¶ Omnes enim virtutes corporee ſunt finite Hoc autẽ iã ratiocinatũ fuit in ſcĩa naturali:ei⁹ ergo oꝑatio non ſemper exiſtit in materijs. ¶ Ampli⁹ ſi hic virtus ĩfinita foret ⁊ ſem per ꝑmutationẽ in corꝑe faceret ei⁹ qḋ diſſoluit̃ equaliter ⁊ vno mõ diſſolutio tñ vno mõ nõ eſſet:immo ſemꝑ quotidie augeretur:⁊ cor pus diſſolutionẽ tolerare nõ poſſet:⁊ diſſolutio humiditatũ finiret quãto magis cũ due res ſe iuuẽt ad minorationem faciendam ⁊ re trocedẽdũ. Et poſtφ̃ ſic eſt opꝫ neceſſario vt materia deſtruat̃:⁊ ca lor extiguat̃:⁊ ꝑcipue cũ ad ei⁹ extinctionẽ adiuuet̃ ꝑter vel ꝑpter ma teriei defectũ alia cã. Et illud eſt humor extrane⁹ q̃ accidit aſſidue ꝑpterea φ cib⁹ priuat̃ digeſtione. Et adiuuat ad extinguẽdũ ipm duob⁹ modis. Uno ſuffocãdo ⁊ tegẽdo. Alio q̃litati obuiãdo. Hic eñ humor eſt flegmatic⁹ frigid⁹. Et hec ẽ mors naturalis cuiq; indi uiduo deſtinata ſm ſuã primã cõplexionẽ vſq; ad terminũ quẽ i ſua

potētia h3 ad ſuā hūiditatē ꝯſeruādā. Unūquodq3 em̄ eoꝝ terminū ꝓpꝛiū h3 q̄ i idiuiduis diuerſificat̄ ꝓpter cōplexionū diuerſitatē. Et hi quidē ſunt termini naturales. Sūt ꝟo ꝛ alij termini abbꝛeuiati Totū tn̄ diuino ꝑuenit ꝑcepto. ¶ Qđ ergo ex hoc acq̄ſiuim⁹ eſt ꝙ pueroꝝ ꝛ iuuenū coꝛpa quātū ad qualitatē ſunt calida. Et coꝛpa ſe nūꝝ decrepitoꝝ ſunt frigida. S3 pueroꝝ coꝛpa eq̄li ſunt hūidioꝛa ꝓpter augmētū. Et hoc q̄dē nobis inſinuat experimētū qđ de mollicie oſſiū eſt ꝛ neruoꝝ vel mēbꝛoꝝ ipoꝝ. Et cōſideratio q̄m parū eſt ei quo fuerūt ſpermaꝝ ſpūs vapoꝛalis. ¶ Senes aūt ꝛ decrepiti ꝓpꝛie ꝑter hoc ꝙ ſunt frigidioꝛes adhuc ſunt ſiccioꝛes. Et hoc q̄dē ſcit̄ experimēto qđ habet̄ de duritia oſſiū eoꝝ ꝛ aſperitate cutis eoꝝ. Et ꝯſideratiōe. Eo ꝙ ꝓlixū eſt tp̄s ex q̄ fuerūt ſpermaꝝ ſanguis ꝛ ſpūs vapoꝛalis. Et in pueris q̄dē ꝛ iuuenib⁹ eſt igneitas equalis. S3 in pueris pl⁹ abūdat acritas ꝛ aq̄itas. Et i ſenib⁹ ꝛ decrepitis pl⁹ abūdat terreſtreitas q̄ in illis duob⁹: ꝛ eſt in decrepitꝫ pl⁹. ¶ Juuēt⁹ aūt h3 cōplexionē magis eq̄lē cōplexiōe pueri. Cōparatiōe tn̄ pueri eſt ei⁹ cōplexio ſicca. Et ſenis ꝛ decrepiti ꝯꝑatiōe eſt hūida. Decrepit⁹ ꝟo eſt ſiccioꝛ iuuene ꝛ ſene in mēbꝛis ſimplicib⁹: ꝛ hūidioꝛ vtriſq3 hūiditate extranea madefaciēte. ¶ Scđm ꝟo diuerſitatē cōplexionū geneꝝ femine frigidioꝛis exiſtūt cōplexiōis. Jdeoq3 ſunt in creatura minoꝛes maſculis. Et ſunt hūidioꝛes. Ergo ꝓpter ꝯplexionē eaꝝ ꝛ frigiditatē multiplicant̄ eaꝝ ſupfluitates: ꝛ ꝓpter paucū ipaꝝ exercitiū. Et ſubſtātia carniū eſt rarioꝛ: licet viri caro ex parte cōplexiōis ei⁹ qđ ei admiſcetur ſit rarioꝛ. Sua nāq3 ſpiſſitudine pl⁹ ꝓhibet̄ in ipam penetrare qđ a venis ꝛ neruoꝝ vtilis ad eā ꝑfluit. ¶ Qui ꝟo terras inhabitāt ſeptētrionales hūidioꝛes ſunt. Et q̄ artes exercēt aq̄as: hūidioꝛes exiſtūt. Et q̄ ab iſtis diuerſificāt̄ diuerſi exiſtūt. ¶ Signa aūt ꝯplexionū narrabim⁹ vbi vniuerſalia ſignaꝛ particularia referemus.

## ¶ Doctrina quarta.

¶ Doctrine quarte ad ſciēdū quid ſit humoꝛ ꝛ eius diuiſiōes. Ca. j.

Humoꝛ eſt coꝛp⁹ humidū liq̄dū in qđ in ꝑmis nutriēs cōuertit̄ ¶ Eius ꝟo eſt hūoꝛ bon⁹. Et ē illđ de cui⁹ ꝓpꝛietate eſt vt fiat pars ſubſtātie nutriti ſol⁹: vel cū alio ꝛ aſſimilari ei ſolus vel cū alio ꝛ in ſumma materia reſtaurationis ei⁹ qđ ex ea diſſoluitur. Et eius ſuperfluitas eſt humoꝛ malus. Et eſt quod iſtud agere nō conſueuit aut raro in bonū cōuertit̄ hūoꝛē: vn̄ antea a coꝛpe expellit̄ ꝓijci d3. ¶ Dicim⁹ ergo ꝙ hūiditatū coꝛpoꝛis: q̄dam ſunt ꝑme: q̄dam ſecūde. ¶ Pꝛime ſunt quattuoꝛ humoꝛes quos paulopoſt nominabim⁹ Scđaꝝ ꝟo due ſunt diuiſiōes. Aut em̄ ſunt ſupfluitates: aut nō ſupfluitates. ¶ Supfluitates ꝟo in ſequentibus nominabimus. ¶ Et que ſunt non ſuperfluitates ſunt humoꝛes q̄ a ꝑncipali diſpoſitiōe conuerſi mēbꝛis delegati fuerūt: ſ3 nōdū alicui⁹ mēbꝛoꝝ ſimpliciū opatiōe ꝑfecta pars effecti ſunt. Quoꝝ ſunt q̄ttuoꝛ ſpēs. ¶ Una eſt

humor in foraminib⁹ extremitatū paruarꝫ venarꝫ cōtēt⁹ mēbris ſimplicib⁹ ꝓpinquarū imbibētiū ea vel eā. ¶ Alia eſt humor ꝑ oia ſimplicia trāſēs mēbra ſicut ros q̄ in nutrimētū cōuerti eſt apt⁹ cū corpus nutrimento caret: ꝛ vt mēbra humectet: cū aliqua cauſa fortis mot⁹ aut alia exiccauerit. ¶ Tertia eſt humor q̄ parū añ ea ꝯgelat⁹ fuit. Et eſt nutrimētū qḋ in ſubſtātiā mēbrorꝫ ex ꝑte cōplexiōis conuerſuꝫ eſt. Sed ex parte eſſentie complente ꝛ ſimilitudinis conuerſuꝫ fuit. ¶ Quarta eſt humor q̄ eſt int⁹in mēbris ſimplicib⁹ a ꝓncipio natiuitatis: ꝑ quem partiū eorꝫ cōtinuitas exiſtit: cui⁹ ꝓncipiū eſt in ſpermate. Spermatis vo principiū eſt ex humoribus. ¶ Et dicem⁹ etiā ꝙ humores humoroſi boni ꝛ ſuꝑflui vel nō ſuꝑflui q̄ttuor cōtinent generib⁹: genere ſanguinis qui omnib⁹ illis melior exiſtit. ꝛ genere flegmatis: ꝛ genere colere rubee: ꝛ genere colere nigre. ¶ Sanguis vo natura calid⁹ exiſtit ꝛ humid⁹. Cuius ſunt due ſpecies: naturalis: ꝛ nō naturalis. ¶ Naturalis aūt eſt cui⁹ color eſt rube⁹ malo carēs odore ꝛ eſt valde dulcis. ¶ Non naturalis vero ſunt due diuiſiones. Ali⁹ eñ eſt q̄ a cōplexiōe bona fuit mutat⁹: nō ꝓpterea ꝙ aliq̄d ei admiſtū fuerit: ſed q2 ei⁹ cōplexio in ſeuitiata fuit. verbigratia: q2 aut fuit infrigidatus aut calefactus. Et eſt alius qui nō fuit mutat⁹ niſi propter humorē malū q̄ ei admiſtus fuit. Quod eſt ſm duas diuiſiōes. Aut eñ ad eum humor deforis venit ꝛ penetrauit in ipſum ꝛ corrupit. Aut in ipſomet fuit generatus humor. verbi gratia. aliqua eius pars putruit ꝛ eius ſubtile in cholerā rubeam ꝛ ſpiſſum in coleram nigraꝫ conuerſum eſt. Et remanſerūt ambe aut vna earū in eo. Et hui⁹ q̄dē diuiſionis partes ſm illud quod ei admiſcet ꝛ ipſius ſpecies de ſpeciebus flegmatis: ſpeciebus colere nigre: ꝛ ſpeciebus colere rubee diuerſificantur ꝛ aquoſitas ei⁹. Plerūqꝫ ergo fit turbidus. Et aliquando fit ſubtilis. Et aliquando niger multa infectus nigredine. Et aliquādo albus. Similiter quoqꝫ in odore ſui ꝛ ſapore mutaṫ. Fit namqꝫ amar⁹ aut ſalſus aut acetoſus. ¶ Flegmatis autem aliud eſt naturale: ꝛ aliud non naturale. ¶ Naturale eſt quod eſt aptum vt in aliquo tempore fiat ſanguis: quoniam eſt ſanguis non bene coctus. Et eſt quidam modus dulcis flegmatis quod non valde exiſtit frigidum: immo corporis comparatione eſt frigiditatis pauce: ſanguinis vero comparatione ꝛ colere rubee eſt frigidum. ¶ Et eſt etiam flegma dulce quod non eſt naturale quod non eſt flegma ſaporem non habens quod nominauimus: quod fit cum accidit vt cum eo ſanguis miſceatur naturalis: ꝛ quod multotiens in rheumatiſmis ꝛ in ſaliua ſentitur. Dulcis vero naturalis receptaculum. Dixit Galenus naturam non feciſſe membrum proprium quēadmodum duabus fecit coleris. Hoc namqꝫ flegma ſanguini propinquam habet ſimilitudinem: ꝛ egent eo membra omnia: ideoqꝫ fecit natura vt cum ſanguine vadat. ¶ Dicim⁹ auteꝫ ꝙ hec indigentia eſt propter duas res. Una eſt neceſſaria: ꝛ alia inna

tiua. ¶Neceſſaria vero eſt propter duas res. Una eſt vt ſit iuxta membra ad hoc vt cum membra nutrimētum quod ad ipſa conſueuit venire amiſerint qđ eſt ſanguis bonꝰ ꝑꝑ retētionē materiei eiꝰ que a ſtomacho fit ⁊ epate: propter aliquas cauſas que acciderunt operent in eo virtutes naturales eorum ⁊ coquant: ⁊ digerant: ⁊ nutriantur ex eo. Et ſicut calor innatus digerit ipſum ⁊ certificādo facit ipſum ſanguinem: ſimiliter calor extraneus ipſum plerumqꝫ putrefacit ⁊ corrumpit. Hanc ṽo neceſſitatis partem non habent due colere. Due namqꝫ colere flegmati in hoc nō communicāt qđ calor naturalis ipm̄ rectificat: ⁊ facit ex eo ſanguinē licet in hoc communicent ei qđ calor accidētalis ipm̄ mutat: ⁊ facit ex eo rē putridā ⁊ corruptam. Altera eſt vt ſanguini admiſceatur vt ipſum aptum reddat ad membra flegmaticarum complexionum nutrienda in ſanguine: quorū qui eaſē nutriturus oportet flegma actualiter eſſe ſm̄ menſuram notam: ſicut eſt cerebrum: ⁊ hoc quidem in duabus eſt repertum choleris. ¶Juuatiua ṽo eſt vt humectet iūcturas ⁊ mēbra q̄ multe exiſtūt motiōis: ne ſiccitas eis accidat propter calorem qui ex motu prouenit ⁊ fricatione. Et hoc quidem eſt iuuamentum ſtās in terminis neceſſitatis. ¶Nō naturalis aūt flegmatis aliđ eſt ſuperfluitas diuerſe eſſentie vſqꝫ ad ſenſum ⁊ iſtud eſt mucilaginoſum Et aliud eſt in ſubſtantia equale in ſenſu: ⁊ in veritate diuerſum: et eſt flegma crudū. Aliud eſt valde ſubtile ⁊ ipſum eſt aquoſum. Aliud eſt valde groſſum album videlicet. ⁊ illud quod vocatur gipſeū: ⁊ ipſꝫ eſt cuiꝰ ſubtile fuit reſolutum ideo ꝙ in foraminibus ⁊ iūcturis diu fuit retentum quod oībus exiſtit groſſius. Et ex flegmate eſt quoddam quod eſt ſalſum: quod omnibus flegmatis ſpeciebus acutius eſt ⁊ ſiccius ⁊ leuius. Omnis ṽo ſalſuginis cauſa eſt: vt aquoſe humiditati pauci ſaporis: aut priuate eo terree partes aduſte complexionum ſiccarum ⁊ ſaporis amari equali temperamento miſceantur. Si enim multe fuerint: amarus ſapor prouenit. Et ex hoc quidem ſimiliter fiunt ſales ⁊ aque ſalſe. Et eſt etiam cum ſal fit ex cinere alchali ⁊ calce: ⁊ ex aliis cum in aqua coquuntur: ⁊ colatur. ⁊ coquitur illa aqua donec in ſalem coaguletur: aut ita dimittitur donec coaguletur. ¶Similiter quoqꝫ flegmati tenui quod ſaporem non habet: aut cuius ſapor adeo eſt paruus quod non ſuperat: cum colera ſicca natura ſe miſcuerit aduſta equalitatis admixtiōe ipſuꝫ faciet ſalſum ⁊ calefaciet: hoc igitur flegma eſt colericū. ¶Galenꝰ ṽo dicit flegma hoc ſalſum fieri propter ipſius putredinem aut aquoſitatē que ei admiſta fuit. ¶Et nos quidem dicimus putredinem ipſum ſalſum efficere: ideo ꝙ in ipſo aduſtionem facit ⁊ cinereitatem: que cum eis humiditate commiſcetur. Sola autem aquoſitas cuꝫ ei admiſcetur ſalſedinem in ipſo efficere non valet: cum ibi vlla alia non fuerit cauſa. Et mihi quidem videtur ꝙ illa aut permutationis eſt: ſed continuitatis. tunc enim locutio completa erit. Et ex fleg-

mate eſt qđ eſt acetoſum. Et quemadmodum dulce eſt ſm̄ duos modos: dulce per ſuam eſſentiam: ⁊ aliud ꝓpter rē extraneam que admixta fuit. Similiter acredo flegmatis acetoſi ſ₃ duos ꝯtingit modos. Uno id qꝛ res extranea admixta fuit: q̄ eſt colera nigra acris quā in ſubſequēti nominabim⁹. Altero ꝓpter cauſam q̄ in ipſomet cōtingit: ⁊ illud quidē eſt vt flegmati dulci qđ diximus ipo dulci exiſtēte accidat ſicut accidit alijs ſuccis dulcib⁹ q̄ ꝑus bulliūt ⁊ poſtea aceſcunt. Et aliud ponticum cuius diſpoſitio eſt quemadmodū hec diſpoſitio. ⁊ fortaſſe erit eis pōticitas propterea ꝙ colera nigra pōtica ei admixta fuit ⁊ fortaſſe erit eius ponticitas propter cām qua in ſe vehementi infrigidatiōe infrigidatu₃ eſt: adeo ꝙ ei⁹ ſapor ad ponticitatē ſit cōuerſus. Ideoq₃ ei⁹ aquoſitas cōgelata eſt ad ſiccitatē parūꝫ terreſtreitatē altera eſt. Et neq₃ fuit calor debilis q̄ ipm̄ bullire faceret ⁊ cōuerteret in acredinē: neq₃ calor fortis q̄ ipm̄ cōcoqueret. Et eſt flegmatis ſpēs vitrei ſpiſſi groſſi vitro liquefacto ſimilis in ſui viſcoſitate ⁊ ponderoſitate. Qđ plerūq₃ eſt acre: ⁊ plerūq₃ ſaporē non habebit. Et videtur ꝙ illud ex eo qđ eſt groſſum ſapore₃ non habens ſit crudum: aut conuertitur in crudum. Et hec quide₃ eſt illa flegmatis ſpecies que in ꝑncipio rei erat aquoſa frigida: que neq₃ putruit: neq₃ res alia ei admixta fuit: ſed ſic ꝑmanſit recondita donec fuit ingroſſata ⁊ frigiditas fuit ei addita. ¶ Ia₃ igiť declaratū eſt ꝙ corrupti flegmatis modi ex parte ſaporum ipſi⁹ ſunt quattuor: ſalſum: acre: ponticum: ⁊ inſipidum. Et ex parte ſue eſſentie ſunt quattuor aquoſum: vitreum: mucilaginoſum: ⁊ gipſeum. Crudum vero in collectione mucilaginoſi continetur. ¶ Colera autem rubea: alia eſt naturalis: alia eſt que eſt ſuperfluitas non naturalis ¶ Naturalis eſt ſpuma ſanguinis: cuius color eſt rubeus clarus: ⁊ leuis: acuta: ⁊ q̄to magis fuerit calida erit ei⁹ rubedo maior. Que cum in corpore generatur: in duas diuiditur partes: quarum vna cum ſanguine vadit: ⁊ altera ad chiſtim tranſmittitur fellis. Illud vero quod de ea vadit cum ſanguine: cum eo penetrat cauſa neceſſitatis ⁊ iuuamenti. Neceſſitas vero eſt vt ſanguini admiſceatur ad nutrienda membra: in quorum complexionibus magnam colere rubee partē eſſe op₃ ſm̄ modū quē mereť de diuiſione ſicut pulmo. S₃ iuuamentum eſt vt ſanguinē ſubtiliet ⁊ in itineribus ipm̄ penetrare faciat. Qđ vͦo de ea colatū ad chiſtim trāſmittiť fellis cā neceſſitatis trāſmittiť: ⁊ vtilitatis. Neceſſitatis aūt aut eſt ſecūdū totū corpus qđ eſt ipſum a ſuperfluitate mundare: aut ſm̄ vnū ipſius mēbrū qđ eſt fel nutrire. Utilitatis vͦo duo ſunt iuuamēta. Unū eſt inteſtina a ſtercore ⁊ flegmate viſcoſo abluere. Et aliud inteſtina ⁊ ani muſculos pungere: vt quid ſit ei neceſſariū ſentiat: ⁊ egeſtiones emittat Ideoq₃ ſepe accidit colica cauſa opilationis q̄ ſit in foramine qđ a felle deſcendit ad inteſtina. ¶ Nō naturalis vͦo colera: alia eſt que a natura egreditur propter cauſam extraneam que ei admiſcetur.

Alia est q̃ a natura egreſſa eſt ꝓpter cām in ſe:q2 eius ſubſtātia ēnō naturalis. Partis p̄me eſt alia q̃ eſt ſcita ꝛ famoſa:ꝛ ē illa cui extra neū illō qō eſt admixtū ē flegma cuiꝰ generatio magis ē i epate. Et alia eſt que eſt minoris fame ꝛ ē illa cui extra n eum quod eſt admixtuȝ eſt melancolia. ¶ Nota autem ꝛ famoſa: aut eſt colera citrina: aut eſt colera vitellina. Flegma namq̧ cui admiſcetur colera:qñq̧ eſt tenue:ꝛ generat̃ ide p̄ma.qñq̧ ē groſſuȝ ꝛ generat̃ ide ſcđa.ſ. colera q̃ ouoꝝ vitellis ſimilis exiſtit. ¶ Que aūt minoris ē fame ē illa q̃ colera vocat̃ aduſta q̃ aliquo duoꝝ generat̃ modoꝝ. Unus ē vt coſa in ſe adurat̃ ꝛ accidat in ea cinereitas ſȝ eiꝰ ſubtile nō ſepet̃ ab ipſius cinereitate imo cinereitas in ea ꝯtinuat̃:ꝛ hec q̃dē eſt peioꝛ. Et alius eſt vt colera nigra extrinſecus ad eam veniat ꝛ cum ea miſceatur:ꝛ hec quidem ē melioꝛ. Huiꝰ aūt ſpēi colere coloꝛ ē rubeꝰ: ſȝ nō eſt clarꝰ: neq̧ floꝛidꝰ:imo magis eſt ſimilis ſanguini: ſȝ nō eſt tenuis:et plerūq̧ a ſuo coloꝛe ꝑ aliquas mutat̃ cās. ¶ Que vo i ſui ſubſtātia extra naturā eſt:alia ē cuiꝰ generatio ſep iꝰ eſt i epate. Alia ē cuiꝰ generatio magis ē in ſtomacho. Et illa q̃dē cuius generatio magis eſt ab epate eſt vna ſpecies q̃ cū qđ i ſanguine eſt ſubtile adurit̃ cuiꝰ ſpiſſitudo colera ē nigra. ꝛ q̃ in ſtomacho magis generat̃ duas hȝ ꝑtes:praſſinā.ſ.ꝛ viridē: vt erugo eris ꝛ mihi q̃dē vt̃ q͛ praſſina ex vitellina gñat̃ cū adurit̃. Cū eñi adurit̃ aduſtio i ea efficit nigredinē ex q̃ cū citrinitate mixta generat̃ viriditas. ʒinaria vero videt̃ mihi q͛ generet̃ ex praſſina cū tātū adurit̃ donec eiꝰ hūoꝛoſitas ſiccatur ꝛ ad albedinē redire incipit ꝓpter ſui ſiccitatē. Caloꝛ nāq̧ i hūido coꝛꝑe i primis nigredinē efficit:deīde denudat ipȝ nigredine qñ eiꝰ oino finit hūiditatē. Et qñ ſupfluit i eo ipſum albificat. Et hoc q̃dē i lignis attēde que prius i carbonē vertunt̃:deinde in cinerē. Caloꝛ.n.in humido efficit nigredinē:ꝛ i eiꝰ cōtrario albedinē. Et frigiditas i hūido albedinē operat̃ ꝛ nigredinē i eiꝰ cōtrario. Hec tamē duo iudicia que in praſſina ꝛ ʒinaria iudicaui eſtimatiua ſunt iudicia. Hec aūt ſpēs q̃ đr ʒinaria oībꝰ colere rubee ſpēbꝰ calidioꝛ exiſtit:ꝛ peioꝛ ꝛ magis ꝑnicioſa:ꝛ đr q͛ eſt de ſubſtantia venenoꝝ. ¶ Colere aūt nigre: alia eſt naturalis: alia nō naturalis ſuꝑfluitas. Naturalis ē boni ſanguis fex ꝛ turbulētia ꝛ ſuꝑfluitas i ꝯparatione ad ſanguinē:q2 oēs hūoꝛes dicunt̃ ſuꝑfluitas i ꝯpatione ſanguinis:cuiꝰ ſapoꝛ iter dulcedinē ꝛ pōticitatē exiſtit. Que cū in eꝑe generat̃ in duas ſeꝑat̃ partes:q̃ꝝ vna i ſanguinē penetrat ꝛ alia ad ſplenē trāſmittit̃. ¶ Pars autē que cū ſanguine penetrat vadit cū eo cā neceſſitatis ꝛ vtilitatis. Neceſſitas vero ē vt ſāguini admiſceatur eo mō quo debet in nutrimēto cuiuſq̧ mēbroꝝ i quoꝝ cōplexionibꝰ magnam melancolie parteȝ eſſe opoꝛtet ſicut ſunt oſſa. Utilitas vo ē vt ſanguinē reſtringat et confoꝛtet et inſpiſſet ipſum. ¶ Et pars eius que ad ſplenē tranſmittitur eſt illud quo ſan-

guis non indiguit que ad ipſum vadit cauſa neceſſitatis ⁊ vtilitatis. Neceſſitas vero aut eſt ſm corpus totū. ſ. vt a ſuperfluitate mūdetur: aut ſm vnū mēbrū qđ eſt vt ſplenē nutriat. Utilitas vero iō accidit q2 in os ſtomachi quaſi mulgendo pfluit. Et hec quidē vtilitas duobus eſt modis. Uno quia os ſtomachi ſtrigit ⁊ cōfortat: et inſpiſſat. Alio vt in ore ſtomachi commotionem faciat ppter acredinē: ⁊ excitet ad famē ⁊ facit dſideriū. ¶ Debes aūt ſcire q colera rubea q̄ ad chiſtiȝ trāſmittit fellis eſt illđ quo ſanguis nō idiget: ⁊ illđ qđ a felle egredit eſt illud q̄ fel nō idiget. Et ſilr colera nigra q̄ ad ſplenē tranſmittit eſt illud quo ſanguis nō idiget: ⁊ illud qđ a ſplene egredit ē illud quo non indiget ſplen. Et quēadmodū illa colera rubea poſtrema euigilat vtutē expulſiuā inferius ſic colera iſta nigra poſtrema virtutē appetitiuā euigilat ſuperius. Unde ſit deo oib9 meliori factorib9 la9. Melācholia vero nō naturalis nō eſt ad modū hypoſtaſis et fecis: imo eſt ad modū aduſtiōis ⁊ cinereitatis. Res nāq3 hūide cū reb9 terreſtrib9 admiſcētur: ſeparat terreſtreitas ab eis aliquo duorū modorū: aut ad modū hypoſtaſis: ⁊ tale quale illđ de ſanguine eſt melancolia naturalis: ⁊ ad modum aduſtionis: qđ ē cū reſoluitur ſubtile ⁊ ſpiſſum remanet: ⁊ tale quale illđ eſt de humorib9 eſt melancolia ſuperfluens: ⁊ iſta quidē vocatur colera nigra: ⁊ neq3 habuit hypoſtaſiȝ niſi ſanguis. Ex flegmate eni ppter ſui viſcoſitatē nihil deſcēdit. Sic ⁊ ex oleo ex colera rubea propter ſui ſubtilitatē ⁊ terreſtreitatis paucitatem: et ſui motus aſſiduitateȝ: ⁊ propterea illud quod de ea a ſanguine ſeparatur in corpore eſt parū: nō deſcēdit res de qua ſit curādū: nec cū ſeparat moratur niſi parū: ſed putreſit: aut a corpore expellitur: ⁊ cū putreſcit ei9 ſubtile reſoluitur ⁊ ſpiſſū remanet ⁊ fit colera nigra aduſta et non hypoſtaſiua. ¶ Melācholia autem que eſt ſuperfluens: alia eſt que eſt cinis colere: ⁊ qđ de ea adurit q̄ eſt amara: inter quā tñ et colerā rubeā quā aduſtam vocam9 exiſtit differentia: q illa eſt colera rubea cui cinis hic fuit admixtus: hec vero non eſt niſi cinis p ſe cognitus cuius ſubtile fuit reſolutum. Alia eſt que ē cinis flegmatis ⁊ qđ de eo aduſtum fuit: ⁊ ſi flegma valde ſubtile et aquoſum fuerit cinis eius erit ſalſus: ⁊ ſi non trahit ad acredinē et pōticitatē. Alia eſt que eſt cinis ſanguinis ⁊ qđ de eo eſt aduſtuȝ: ⁊ hec q̄dē eſt ſalſa ad paucā trahēs dulcedinē. Alia ē q̄ eſt cinis melācolie naturalis: q̄ ſi ſubtilis fuerit: erit ei9 cinis: ⁊ qđ de ea aduſtū ē valde acre: ſicut acetum quod cum ſuper terre faciem cadit ebullit: et eius odor eſt acris a quo muſce fugiunt ⁊ alia: ⁊ ſi groſſa fuerit minoris erit acredinis cum ponticitate pauca. ¶ Male igitur colere nigre ſpecies ſunt tres: colera rubea cum aduritur et ei9 ſubtile reſoluitur: ⁊ due alie diuiſiones quas poſt eā diximus. Melancolia vero flegmatica ē tardioris impedimenti ⁊ malitie. Et melancolia colerica eſt que ē fortioris malicie ⁊ velocioris corruptiōis: verūtñ ē ſuſceptibilior cu

rationis ꝙ ille. De aliis vero duabus diuiſionibꝰ que magis acris eſt deterior exiſtit. Si tamen in eiꝰ principio auxiliū pſto fuerit: citiꝰ medicationē recipiet. Tertia vero q̄ minꝰ ſuper terrā ebulit ⁊ minus in mēbra penetrat: tardiꝰ perimit: ſed ad reſoluēdū ⁊ ad maturandū ⁊ medicationē recipiēdum magis eſt effrenis. He ergo ſunt ſpecies humorū nō naturaliū ⁊ ſuperfluentiū. ¶ Inquit Gal. qui dixit ꝙ humor naturalis ſolūmodo eſt ſanguis: ⁊ alij humores ſunt ſuperfluitates quibꝰ nō egetur: nō dixit verū. Si eñ ſolus ſanguis eſſet humor qui membra nutrit: oīa in ſuis ꝯplexionibꝰ et eſſentiis ſimilia forēt. Os autē carne duriꝰ nō exiſtit: niſi qꝛ ſanguis cui ſubſtantia dura melancolica fuit admiſta ipſum nutriuit. Neq̧ cerebrū mollius eſt carne: niſi quia ſanguini qui ipm nutriuit ſubſtātia mollis flegmatica fuit admixta. Ipſum quoq̧ ſanguinē aliis inuenimus admiſtū humoribꝰ q̄ ab eo ſeparātur. Cū eñ extrahitur et ordinatim ponitur inchoatim viſu diſcernit̄ qd̄ ſeparatur in partē q̄ eſt ſicut ſpuma: ⁊ eſt colera rubea: ⁊ partē q̄ eſt ſicut fex turbida etiaʒ eſt melancolia: ⁊ partē q̄ eſt ſicut albumē ouoꝝ ⁊ eſt flegma. ⁊ partē aquoſam q̄ eſt aquoſitas cuius ſuperfluitas in vrina euacuatur. Aquoſitas naq̧ non eſt ex humoribus ſecūdis: neq̧ eſt niſi ex eo quod bibitur ⁊ non nutrit: neq̧ eſt neceſſaria niſi in nutrimenti attenuatione ⁊ penetratione: humor namq̧ eſt quod ex eo quod bibitur ⁊ comeditur eſt nutriens. Quod autem dico nutriens volo itelligi qd̄ eſt i potētia ſilē corpi Qd̄ aūt i potētia corporis. ſ. humani ſimilitudinē habet eſt corpus ꝯmiſtū nō ſimplex. Et aqua quidē eſt ſimplex. ¶ Sunt autem quidā hominū q̄ opinātur corporis virtutē ſanguinis ſequi multitudinē: ⁊ ipſius debilitatē ſequi eius paucitatē. Sed non eſt ita. Quod vero attendit̄ eſt diſpoſitio eiꝰ quātitatis q̄ de eo corpꝰ ingreditur. ¶ Et ſunt quidam q̄ opinant̄ ꝙ cū humores aucti fuerint: aut diminuti poſtq̧ corpora hūana ſm̄ comparationeʒ fuerint qua debēt in quātitate vnius ad alterū ſanitas erit ꝯſeruata. Sed nō eſt ita. Humores naq̧ preter iſtud menſurā i q̄titatē ꝯſeruatā habere debēt nō in ꝯpatiōe alteriꝰ humoris: imo i ſe cū cuſtodia mēſuratiōis quā habēt i ꝯparatione vniꝰ ad alteꝝ. ¶ Adhuc q̄dem remanſerūt de rebꝰ humoꝝ q̄ſtiones: q̄ nō medicis ſʒ tm̄ pertinēt: phis: ideoq̧ eas pretermiſi.

¶ De equalitate generationis humorum. Cap. 2.

Nutriens maſticatiōe aliquā habet digeſtionē. Superficies eñ oris ſuperficiei ſtomachi ꝯtigua exiſtit: imo eſt ac ſi vna eſſet ſuperficies: neq̧ in eo virtus digeſtiua ex ipſo: cūq̧ maſticatū tetigerit: aliqua ipm ꝯuerſione pmutabit. Et in hoc quidem auxiliatur ſaliua acquiſita p digeſtionē in quā cadit calor innatus. Ideoq̧ triticū maſticatū in maturatione furunculoꝝ ⁊ exituraꝝ operat̄ qd̄ nō operat̄ triticū cum aqua tritū: neq̧ illud qd̄ cū aqua coq̄tur Et dixerunt quidā ꝙ ſignū oſtendens nobis maſticatū iam paꝝ in

cipit digeri eſt ꝙ neqꝫ primus odor: neqꝫ ſapor ineo inuenit. ¶ Dei de poſtqꝫ ſtomachū ingredit integra digeritur digeſtiōe: nō ꝓpter ſtomachi calorē tm̄: ſed ꝓpter calorē membroꝝ que ipſum circundant: ⁊ a dextra quidem epar: ⁊ a ſiniſtra ſplen. ſplen nāqꝫ calefacit nō ꝓpter ſui ſubſtātiā: ſed ꝓpter arterias ⁊ venas multas q̄ in eo ſunt: ⁊ ab interiori quidem eſt ʒirbū adipinū quod cito ſuſcipit calorem cauſa adipis ⁊ ad ſtomachuꝫ reducit: ⁊ ſuperius quidem cor mediāte diafragmate ab eo calefacto. ¶ Cunqꝫ nutriēs in primis digeritur fit ſua eſſentia in multis animaliū auxilio eius qđ ei admiſcetur de eo quod bibitur: plerūqꝫ chilus: ⁊ eſt ſubſtātia liquida pti ſane in ſpiſſitudine ſimilis. Deinde eius ſubtile a ſtomacho ⁊ inteſtinis attrahit: ⁊ per vias venaꝝ que meſaraice vocant impellitur q̄ ſunt vene ſubtiles dure: omnibus inteſtinis continue. Cūqꝫ per eas impellitur ad venā peruenit epatis que porta vocat: ⁊ penetrat in epar in diuiſionibus ⁊ ramis porte intrantibus ⁊ ſe minorantibus ⁊ ſubtiliantibꝰ ad modū capilloꝝ: occurrentibus orificijs diuiſionū radicū vene que a gibbo epatis aſcēdit. Et nō facit ipſam penetrare in illas coanguſtatiōes niſi melior cōmixtio aque bibite ſupra id quo indiget corpus. Cum ergo in iſtarū venaꝝ villis diuidit ſic quaſi epar totaliter tāgat huius chili totalitatē: ⁊ ꝓpter illud tunc eius operatio eſt vehemētior ⁊ fortior: ⁊ velocior: et tunc coquit. ¶ In omni aūt decoctione que eſt hmōi eſt res que eſt ſicut ſpuma: ⁊ res que eſt ſicut hypoſtaſis: ⁊ res fortaſſe erit cū eis aut que ad aduſtionē pertinet: ſi decoctio ſuperflua fuerit: aut res que nō eſt bene cocta: ⁊ decoctio fuerit minor q̄ꝫ decet. Spuma aūt eſt colera rubea. Et hypoſtaſis eſt melācolia que ambo ſunt naturales. Aduſti vero ſubtile eſt mala colera rubea. Et eius ſpiſſuꝫ eſt melancolia mala non naturalis. Et qđ nō bene coctū eſt flegma eſt. Quod auteꝫ de hoc toto res colata ē que eſt bene cocta eſt ſanguis Qui tñ q̄ꝫdiu eſt in epate ſubtilior exiſtit q̄ꝫ debet ꝓpter aquoſam ſuperfluitatē q̄ propter rem quā diximꝰ eſt neceſſaria. ¶ Iſtud ꝟo qđ eſt ſanguis cuꝫ ab epate ſeparat ab aquoſitate ſuperflua illico mundatur que neceſſaria nō eſt niſi propter cauſam quādam q̄ iā ſublata eſt. ¶ Extrahit ergo aquoſitas a ſanguine in vena q̄ ad renes deſcēdit ⁊ fert ſecum ſanguinē q̄ ad renes nutriēdos ſua q̄ꝫtitate ⁊ qualitate bonus exiſtit: nutritqꝫ renes vnctuoſitas huiꝰ aquoſitatis ⁊ ſanguineitatis: deīde aliud qđ remanet ad veſiccam tēdit: ⁊ poſt ad virgam. Sāguis aūt eſſentie bone per venam magnā ad gibboſitatē epatis aſcēdentē vadit: ⁊ tendit per venas que ab ea vt rami ſeparant: deinde gedeguil venarū: poſtea ſedenechi gedeguil poſt in ſuggentibꝰ ſegnechi: deinde in venis q̄ ſunt ſicut villi capillaribus ſiles: poſtea ſanguis ab eaꝝ orificijs reſudādo labit ī mēbra ex ꝑte diuina. ¶ Sāguis ergo cauſa efficiēs calor eſt tꝑatus. ¶ Et cauſa materialis eſt qđ de nutriētibꝰ eſt temperatum ⁊ de po-

tibus bonis. ¶ Et formalis cā ipſius eſt decoctio noua. ¶ Et eius cauſa finalis eſt vt nutriat corpus. ¶ Efficiēs vero colere rubee cā eſt igneus calor ſuperfluus: ꝛ proprie in epate. ¶ Et eius cauſa materialis eſt quod de nutriētibus eſt ſubtile calidū dulce ꝛ vnctuoſuꝫ ꝛ acutum. ¶ Et eius cauſa eſt formalis decoctionē ad ſuperfluitatē procedere. ¶ Et eius finalis cauſa eſt neceſſitas ꝛ vtilitas quas nominauimus. ¶ Efficiēs aūt flegmatis cauſa eſt caliditas attenuata. ¶ Et eius materialis cā eſt qđ de nutriētibꝰ eſt groſſuꝫ humidū viſcoluꝫ frigidū. ¶ Et eius cā formalis eſt decoctionis attenuatio ¶ Et eius finalis cā ē neceſſitas eius. ¶ Et vtilitas ipſius q̄s noiauimus. ¶ Melancolie aūt hypoſtaſiue q̇dē cā efficiēs ē calor temperatus. Sꝫ cā efficiēs aduſte eſt caliditas q̄ ab eq̄litate eſt egreſſa. ¶ Et eiꝰ cā materialis ē qđ de nutriētibꝰ eſt vehemēter groſſum pauce hūiditatis: ꝛ eoꝝ calidū ē fortiꝰ illo. ¶ Et cā eiꝰ formalis eſt fex hypoſtaſiua ꝑ mvnū duoꝝ modoꝝ: vñ neq̧ labit̄: neq̧ reſoluit̄ ¶ Et eius cā finalis eſt neceſſitas eiꝰ ꝛ iuuamentū ipſius qđ noiauimus. ¶ Melācholia autem fit multa: aut propter caliditateꝫ epatis aut ſplenis debilitatem: aut propter frigoris vehementiam cōgelantis: āt ꝑpter ꝯſtrictiōis ꝑſeuerātiā: āt ꝑꝑ egritudīes q̄ multe ꝛ plixe fuerūt q̄re ꝑpter illō hūores facti ſunt cineres. ¶ Cūq̧ melācholica multiplicat̄ ꝛ inter ſtomachū ꝛ epar ſtat: ſanguis ꝛ bonoꝝ hūoꝝ gn̄atio cū ea minorat̄. ergo ſanguis minuet̄. Debes aūt ſcire ꝙ gn̄atiōis hūoꝝ cāe caliditas ꝛ frigiditas cū alijs exiſtūt cāis. Sꝫ caliditas eq̄lis ſanguinē generat. Et ſuꝑfluēs colerā gignit rubeā. Multūq̧ ſuꝑflua melācholiā gn̄at ꝑpt̄ ſuꝑfluitatē aduſtiōis. Et frigiditas quidē flegma generat. Et multū ſuperflua gn̄at melācoliā ꝑpter ſuperfluitatē ꝯgelatiōis. ¶ Debes aūt attendere v̄tutes paſſiuas cū v̄tutū actiuaꝝ equi diſtātia. ¶ Neq̧ opꝫ vt ſit credulitas q̧ ois ꝯplō ſibi gn̄at ſilē ꝛ nō ſui cōtrariū ꝑ accn̄s: lꝫ nō ſit per eēntiā. ¶ Cō pl̄oni em̄ multotiēs accidit vt cōtrariū generet. Frigida nāq̧ ꝯpl̄o ꝛ ſicca plerūq̧ gn̄at hūiditatē extraneā nō ꝑꝑ ꝯueniētiā: ſꝫ ꝑpter digeſtiue debilitatē. Et hm̄oi q̇dē ꝯpl̄onē hn̄s ē hō macer cuiꝰ iūcture ſunt laxe: ꝛ ē leuis: ꝛ ipſe ē timoroſus: ꝛ frigidꝰ tactu: ꝛ ſuauis. ꝛ vene āguſte ꝛ ſimilat̄ huic qđ gn̄at̄. ſeniū de flegmate: lꝫ certa ſenij ꝯpl̄o frigida ſit ꝛ ſicca. ¶ Debes aūt ſcire ꝙ ſanguis ꝛ qđ cū eo labit̄ tertiā hꝫ in venis digōneꝫ. Et cū ꝑ mēbra diuidit̄ vt vnūqđq̧ ſuū recipiat nutrimētū hꝫ digōnē quartā. ¶ Suꝑfluitas igit̄ digōnis prime q̄ eſt in ſtomacho per inteſtinoꝝ egredit̄ viam. Et ſcđe digeſtionis q̄ fit in epate ſuꝑfluitas plurimū cū vrina egreditur. Quod autē de ea remanet: ad ſpleneꝫ ꝛ fel tendit. Duarū vero digeſtionū remanentiū ſuperfluitates per reſolutionē q̄ nō ſentitur: ꝛ per ſudorem ꝛ per ſordicieꝫ extrinſecam egrediuntur. Cuius pars eſt quod per foramina egreditur ſenſibilia ſicut ꝑ nares: ꝛ inſtr̄m auditus: aut nō ſenſibilia ſicut ꝑ poros: aut extra naturā

ſicut p̄ ap̄a cū aperiunt̄: aut quod naſcitur ex additionibus in cor
poribus ſicut pili ⁊ vngues. ¶ Debes aūt ſcire ꝙ ſi alicuius humo
res ſubtiles exiſtūt: eoꝝ euacuatio eū debilitat: cui multū nocet in
ſui fortitudīe ſuoꝝ poroꝝ amplitudo: ꝓpter qđ reſolutionē ſequit̄
debilitas ⁊ ꝙ humores ſubtiles ad euacuandū ⁊ reſoluendū ſunt
faciles. Qđ aūt ad reſoluendū et euacuādū eſt facile ſpiritui facile
aſſociari pōt in ſua reſolutione: cū eo igitur reſoluit̄. ¶ Et debes
ſcire ꝙ queadmodū humores iſti in ſuis generationibus cās hn̄t
ſic ⁊ in ſuis motibus habēt cauſas. ¶ Motus nāqꝫ ⁊ res calide ſan
guinē mouēt: ⁊ colerā rubeā: ⁊ fortaſſe mouebūt melācholiā: ⁊ forte
faciēt eā. ¶ Quies ṽo flegma forte reddit ⁊ aliquas melīe ſpēs. Et
ēt ipſemet eſtimationes mouēt hūores verbi grā: ſanguinē eīm mo
uet res intueri rubeas quapropter ꝓhibem⁹ illū ex cui⁹ narib⁹ ſan
guis fluit: res ſplēdorē hn̄tes rubeū aſpicere. ¶ Et hec quidem dici
mus de hūoribus ⁊ eoꝝ generationibus. ¶ Loqui vero cōtra ꝓter
uos ⁊ deuiantes debent ſapientiarū opifices ⁊ non medici.

## ¶ Doctrina quinta.

¶ Doctrine quinte ad ſciendū q̄d ſit membrū ⁊ ſue partes. Ca. I.

Membra autē ſunt corpora q̄ ex prima humorū generant̄ cō-
mixtione: queadmodū humores ſunt corpora q̄ ex prima ci-
borum generantur cōmixtiōe: ſicut cibi ſunt ex prima ꝯmixtiōe ge
nerati elemētoꝝ. ¶ Membroꝝ aūt alia ſunt q̄ ſunt ſimplicia: alia
ſunt q̄ ſunt cōpoſita. ¶ Et ſimplicia quidē ſunt quoꝝ quācūqꝫ ſenſi
bilē aſſumpſeris partē in noīe ⁊ diffinitiōe erit toti cōicās: ſicut ca
ro in ſuis partib⁹: ⁊ os in ſuis partibus: ⁊ neru⁹ in ſuis partibus et
his ſīlia. Ideoqꝫ ſimiliū vocantur partiū. ¶ Cōpoſita ṽo ſunt illa
quoꝝ quācūqꝫ acceperis partē in noīe ⁊ diffinitiōe toti cōicans nō
erit ſicut manus ⁊ facies: pars eīm faciei nō eſt facies: neqꝫ pars ma
nus eſt manus. Et vocātur mēbra inſtrumētalia: eo ꝙ ſunt anime
inſtrumēta ad cōplendū motus ⁊ operationes. ¶ Primū mēbrorū
ſimiliū ē os: qđ durū eſt creatū: q̄m ipſuꝫ eſt corporis fundamentuꝫ
⁊ ſubſtētaculū motuū. ¶ Poſt ipm̄ ṽo eſt cartilago q̄ ex oſſe exiſtit
mollior ideoqꝫ flecti pōt: ſꝫ eſt oībus aliis mēbris durior. Cuius iu
uamētū in creatione fuit: vt oſſiuꝫ cū corporibus mollibus per ipaꝫ
melior fieret cōtinuatio: ⁊ vt durū cū molli nō abſqꝫ medio cōpone
retur: duro eīm molle lederet̄: ⁊ p̄cipue in hora ꝑcuſſionis ⁊ ꝯſtrictio
nis ſi nō eſſet ꝯpoſitio ordinata: ſicut eſt in oſſe ſpatule ⁊ hyppocun
driorū ⁊ in oſſibus coſtarū: ⁊ ſicut eſt epiglotalis cartilago: ⁊ illđ qđ
eſt ſub thorace ⁊ vt per ipſam etiā foret melior iuncturarum ſe ad-
inuicē fricantiū vicinitas: ne ſua duritie rūperentur: ⁊ etiā vt aliq̄s
muſculus ſe extēdendo ad aliqđ peruenerit membroꝝ in quo os nō
exiſtat cui initatur ⁊ a quo cōfortetur: ſicut palpebrarū muſculi vt
ſit ibi ſubſtētaculū cordis ⁊ eoꝝ defenſio: ⁊ plerūqꝫ etiā in multis lo-
cis eſt neceſſe rem aliquaꝫ rei alicui inniti q̄ non ſit dura in vltimo

ſicut epigloti. ¶ Poſtea ſunt nerui qui ſunt corpora a cerebro orta aut a nucha: alba: ad flectendũ mollia: ⁊ ad ſeparãdũ dura: ad hoc creati vt p eos mẽbra ſenſuȝ habeãt ⁊ motum. ¶ Poſt neruos ſunt chorde q̃ quidẽ ſunt corpora que ab extremitatibus muſculoꝝ oriũtur ⁊ neruis ſimilantur: ⁊ ad mẽbra tendẽtes mobilia plerũqꝫ ſua re tractione retrahũt mẽbra ꝓpter muſculi cõtractionẽ ⁊ ꝯgregatio- nẽ ⁊ ꝓpter retrorſũ reductionẽ: ⁊ q̃nqꝫ relaxãt relaxamẽto ſui ꝓpter ea ꝙ muſculus dilatatur cũ ad ſuũ redit ſitũ: aut ſupra menſuram quã eius hꝫ longitudo: ⁊ ſupra diſpoſitionẽ quã hꝫ cũ in ſuo natu- rali exiſtit ſitu addit: ſicut in quibuſdã videmus muſculis: qui qui- dẽ ſm plm ſunt ꝯpoſiti ex neruis qui ad muſculũ tendũt: ⁊ ab alte- ra parte egrediunt: ⁊ ex corporib⁹ de quib⁹ poſt chordarũ relationẽ tractabim⁹. Et hec quidẽ ſunt que ligamẽta vocãtur q̃ etiã ſm vi ſuȝ ⁊ tactũ neruoſa exiſtũt: ⁊ ab oſſibus veniẽtia ad muſculũ vadũt: et fiunt fila ipſa ⁊ nerui in eo. Quod ergo eſt ſupra partẽ muſculi vo catur caro. Et qđ ab eo ſeparat ⁊ ad iuncturã vadit ⁊ mẽbrũ motũ colligit i ſeipſo ⁊ ꝑmutat chorda. ¶ Poſt eas aũt ſunt ligamẽta q̃ ꝑdixim⁹: q̃ etiã ſunt corpora neruo ſimilia: quoꝝ quedã ſunt q̃ ab- ſolute ligamẽta vocantur: ⁊ quedã ſunt q̃ nomine alahachab: vel alchaab appropriant. Illud vero qđ ad muſculũ extẽdit nõ vocat niſi ligamentũ. Et illud qđ ad muſculũ nõ extendit: ſꝫ tm̃ qđ eſt in- ter duo extrema oſſiũ iũcture cõtinuat aut inter alia mẽbra: ⁊ vnã rẽ alij firmiter annectit ꝓpter qđ ligamẽtũ vocat: ⁊ q̃nqꝫ nomine alahachab vel alchaab appropriatur. Ligamẽtũ ꝟo nullũ ſenſuȝ habuit: ne ꝓpter motũ ⁊ fricationẽ doleret. Iuuamentũ aũt liga- mẽti ex eo qđ premiſſum eſt perpenditur. ¶ Et poſt ligamẽta ſunt arterie: q̃ ſunt corpora q̃ a corde naſcunt cõcaua: in longitudinẽ ex tenſa: neruoſa ⁊ in ſui ſubſtantia ligamentalia habentia: motiões dilatãdo ſe ⁊ cõſtringendo: q̃ ex q̄etibus diſcernũtur q̄dem ad hoc fuerũt create vt cor euentet: ⁊ fumoſus vapor ab eo expellat: ⁊ ſpi- ritus mẽbris corporis diſtribuatur. ¶ Poſt ſunt vene q̃ arterijs ſimiles exiſtũt: ſꝫ ſunt ab epate: ⁊ ſunt quiete: que quidẽ fuerũt crea te ad hoc vt ſanguis mẽbris q̃ ſunt in corpore partiat. ¶ Deinde ſunt panniculi q̃ ſunt corpora de filis neruoſis nõ ſenſu ꝑceptis tex ta: quoꝝ ſpiſſitudo tenuis exiſtit dilatata: alioꝝ corpoꝝ ſ͞ꝑficies co operientia ⁊ cõtinẽtia ea ꝓpter iuuamenta: ex quibus eſt vt ſnmmã eoruȝ in ſua figura ⁊ factura cuſtodiant: ⁊ ex eis eſt vt ea ab alijs cor poribus ſuſpẽdãt: ⁊ eis annectãt mediãtibus neruo ⁊ ligamento: q̃ fila facta fuerũt: ex q̄bus texti fuerũt ſicut rhenes dorſo: ⁊ ex eis eſt vt mẽbra ſm ſui ſubſtãtiã ſenſum nõ habentia per ipſos habeant ſuperficiẽ ſui eſſentia ſentientẽ: q̃ illud qđ ei occurrit ſentit: ⁊ acci- dẽtaliter ſentit qđ in corpore accidit qđ eis inuolutũ ẽ: ⁊ hec quidẽ mẽbra ſunt ſicut pulmo: epar: ſplẽ: ⁊ rhenes: hec eñi ſua ſubſtantia nullo modo ſentiunt: ſed neqꝫ ſenti t illud qđ in eis ꝑcuſſionẽ facit

niſi qđ de pãniculis ſuper ea exiſtit cunqꝫ in eis accidit ventus aut apa ſentit: ſꝫ ventũ ſentit pãnicul⁹ accidẽtaliter ꝓpter extẽſionẽ que cõtingit in ipſo: apã ꝟo ſentit principiũ pãniculi ꝛ eius appẽſionẽꝫ accidẽtaliter: ideoqꝫ mẽbꝛũ apoſtematis grauitate laxat. ¶ Poſt ea eſt caro q̃ eſt locoꝝ vacuoꝝ ĩpletio: q̃ in boꝛuꝫ mẽbꝛoꝝ ſitu in coꝛpoꝛe exiſtunt: ꝛ ipſoꝛuꝫ foꝛtitudo qua ſuſtentat. ¶ In vnoquoqꝫ ꝟo mẽbꝛo eſt ꝟtus naturalis qua ei res nutrimẽti ꝯplet. Et hoc quidẽ eſt nutrimentum attrahere ꝛ retinere: ꝛ aſſimilare ꝛ vnire ꝛ ſuperfluitatẽ expellere. ¶ Et poſt hec quidẽ mẽbꝛa diuerſificantur. Sũt eñi eoꝝ q̃dam q̃ pꝛeter hanc virtutẽ inſuꝑ aliã virtutẽ hñt q̃ ab eis ad aliud ꝓcedit. Et quedã ſunt eoꝝ q̃ hoc nõ habẽt. Et aliter. Quedã eoꝝ ſunt q̃ pꝛeter hãc virtutẽ inſuper virtutẽ hñt q̃ eis ab alio influit ꝛ ſunt eoꝝ q̃dã q̃ non. ¶ Cum ergo cõpoſitio fiet: ſequet ꝙ eſt membꝛũ ſuſcipiẽs ꝛ tribuens. ꝛ mẽbꝛũ tribuẽs ꝛ nõ ſuſcipiẽs: ꝛ membꝛum ſuſcipiẽs ꝛ nõ tribuẽs: ꝛ mẽbꝛũ neqꝫ ſuſcipiẽs neqꝫ tribuẽs. ¶ De mẽbꝛi aũt autẽ tribuẽtis ꝛ ſuſcipiẽtis inuẽtiõe nõ dubitam⁹ in cerebꝛo nãqꝫ ꝛ epate oẽs cõuenerunt medici ꝙ vnũqđqꝫ eoꝝ virtutem vite ſuſcipit ꝛ caloꝛẽ naturalẽ ꝛ ſpiritũ a coꝛde: ꝛ vnumquodqꝫ eoꝛum pꝛincipiũ habet virtutis quã alijs tribuit: ſed cerebꝛũ quidem pꝛebet ſenſum ſm quoſdam abſolute: ꝛ ſm quoſdam nõ abſolute: ꝛ epar eſt pꝛincipiũ nutrimẽti ſm quoſdã abſolute: ꝛ ſm quoſdam non abſolute. ¶ De mẽbꝛi aũt ſuſcipiẽtis ꝛ nõ tribuẽtis iuuẽtione nõ dubitamus: ſicut caro eſt q̃ ſentiẽdi vritutẽ ꝛ vite ſuſcipit ꝛ nõ eſt alicuius virtutis pꝛincipiũ quam alij vllo mõ tribuat. ¶ De alijs vero duab⁹ diuiſionis partib⁹ in vna earum medici a magno phoꝝ diuerſificati ſunt. Phoꝝ nãqꝫ magn⁹ dixit ꝙ mẽbꝛũ tribuẽs ꝛ nõ recipiẽs eſt coꝛ: ipſum eſt omniũ virtutũ pꝛima radix: ꝛ oĩbus alijs mẽbꝛis ſuas tribuit virtutes quibus nutriunt ꝛ viuũt ꝛ quib⁹ cõpꝛehendunt ꝛ quib⁹ mouẽt. Medici ꝛ quidã pꝛimoꝝ phoꝛuꝫ has virtutes in mẽbꝛis partiti ſunt: ꝛ nõ dixerũt qđ ſit mẽbꝛum tribuẽs ꝛ nõ ſuſcipiens. Et phi quidẽ ſermo cũ ſubtiliter certificatur eſt veracioꝛ. Sed medicoꝛum ſermo in pꝛimis cum attenditur eſt magis manifeſtus. Poſtea in alia diuiſiõis parte diuerſificati ſunt medici inter ſe: ꝛ phi inter ſe. Una enim ſecta dixit ꝙ oſſa ꝛ caro nõ ſentiẽtia ꝛ eoꝛuꝫ ſimilia non perdurãt niſi per virtutes pꝛopꝛias que ſunt in eis: que non ab alijs pꝛincipijs ei is influxerunt: ſed per illas virtutes cum nutrimentum eis tranſmittitur ſibi ſufficiunt: ꝛ neqꝫ ipſa alij rei virtutẽ tribuunt: neqꝫ etiam aliud membꝛum eis aliam tribuit virtutem. Alia vero ſecta dixit ꝙ virtutes iſte non ſunt eis pꝛopꝛie ſed ab epate et coꝛde in generationis pꝛincipio eis influxerunt et in eis quiete permanſerunt. Medico tamen non attinet vt in ſequendo demonſtratiua pꝛocedat argumentatione. Unde de his duabus diuerſitatibus ad veritatem exitus pꝛoueniat: neqꝫ patet ei ſemita ad hoc inquantum eſt medicus: neqꝫ hoc ipſum in ali-

qua ſuarum perſcrutationum ꝛ ſuarum actionuꝫ impedi'. ¶ De bet aũt ſcire ꝛ credere in diuerſitate prima ꝙ non eſt ei curandum vtrum coꝛ ſit principium ſentiendi ꝛ motiõis cerebꝛo ꝛ virtutis nu trientis. epati: aut non ſit. Cerebꝛũ nãq; ſiue poſt coꝛ habeat princi piũ animaliũ actionũ exiſtit cõparatione alioꝛũ membꝛoꝛũ. ¶ Et epar ſimiliter actionũ naturaliũ nutrimentũ principiũ exiſtit alio- rum membꝛoꝝ comparatione. Et de alia quidem diuerſitate debet ſcire ꝛ credere ꝙ non eſt ei curandũ vtrum virtus naturalis in tali quale eſt os in principio gñationis ab epate venerit: aut ꝓ ſuamet complexione meretur: aut nihil ſit eoꝝ. ¶ Sed debet credere ꝙ hec virtus ad ipſum non pꝛofluit niſi ab epate. Nam ſi inter ea via clauderetur ꝛ os nutrimẽtũ aptum haberet: eius actio deſtrueret: queadmodum fit in ſenſu ꝛ motu cũ neruus qui pꝛouenit a cerebꝛo ſtringitur. Uirtus vero illa oſſis naturalis facta eſt dum eius per manſerit complexio. ¶ Et tunc quidem explanabitur ei diuiſionis habitudo: ꝛ videbit membꝛa principalia q̃ ſunt: ꝛ membꝛa princi- palibus deſeruientia: ꝛ mẽbꝛa nõ pꝛĩcipalia abſq; ſeruitio. ¶ Mẽ bꝛa vero pꝛĩcipalia ſunt membꝛa que pꝛimarũ virtutũ que in coꝛpo re exiſtunt que ad hec ſunt neceſſarie: vt ſingulare: aut ſpecies per- durent principia habent. Secundum vero ſingularis durabilita- tẽ ſunt tria pꝛĩcipia. Coꝛ quidem eſt pꝛincipiũ ꝟtutis vite. Et cere bꝛũ quidem eſt pꝛĩcipiũ virtutis ſentiendi ꝛ mouẽdi. Et epar q̃dem eſt pꝛĩcipium nutriẽdi. Sed ſ'm ſpeciei durabilitatem ſunt pꝛĩnci- paliã hec tria: ꝛ etiaꝫ aliud quartũ qḋ ſpeciei exiſtit ꝓpꝛiũ. Et ſunt teſticuli q̃ vni rei ſunt neceſſarij ꝛ ad rem aliã iuuatiui. Neceſſitas ergo eſt ad ſperma generãdũ qḋ genealogiã cõſeruat. Juuamen- tum vero eſt ad hoc vt cõplementũ foꝛme detur: ꝛ cõplexio maſcu- lina ꝛ feminea cõſeruetur: q̃ ſpeciebus aĩalis accidẽtia ſunt inſepa rabilia: ꝛ nec ſunt ex rebus in aĩalitatis eſſentiã ingredientibus.

¶ Membꝛoꝝ vero deſeruientium: alia ſunt q̃ ſeruitute deſeruiunt pꝛeparatoꝛia: alia q̃ ſeruiũt ſeruitute latoꝛia. Et pꝛeparatoꝛia q̃- dem ſeruitus vocatur vtilitas. Latoꝛia vero ſeruit⁹ abſolute vocat̃ Seruit⁹ aũt pꝛeparatoꝛia eſt anteq̃ pꝛĩcipale operet̃. Et latoꝛia ſer uitus poſtq̃ pꝛĩcipale opatur. Coꝛdis ꝟo ſeruiens p̃paratoꝛ eſt: ſi- cut pulmo ꝛ ei⁹ ſeruiẽs latoꝛ eſt ſicut arterie. Cerebꝛi ꝟo ſeruiẽs p̃- paratoꝛẽ ſicut epar ꝛ alia nutrimenti mẽbꝛa ꝛ cuſtodie ſpũs: ꝛ latoꝛ eſt ſicut nerui. Epatis ꝟo p̃patoꝛ ſeruiẽs eſt ſicut ſtomachus ꝛ latoꝛ ẽ ſicut vene. Et teſticuloꝝ q̃dẽ ſeruiẽs p̃paratoꝛ ſunt ſicut mẽbꝛa q̃ anq̃ ipſi generãt ſperma. Sed eoꝝ ſeruiẽs latoꝛ eſt virga in viris et vene q̃ ſunt inter eos ꝛ ipſaꝫ. Et in mulierib⁹ ſimiliter ſunt vene q̃ ſperma ad locũ ꝯceptiõis impellũt: et mulieres inſup hñt matricẽ: per quã ſpermatis ꝯpletur vtilitas. ¶ Gal'. aũt dixit ꝙ mẽbꝛoꝝ alia ſunt q̃ opatiõnẽ tm̃ efficere hñt: alia que iuuamentũ tm̃: ꝛ alia ſunt que operationem ꝛ iuuamẽtũ hñt. pꝛimũ eſt ſicut coꝛ. ſcḋm eſt ſicut

pulmo tertiũ ſicut epar. Dico aũt ꝙ ꝑ operationez opꝫ intelligi illud qđ cum re ſolũmodo operationũ in vita ſingularis ingrediẽtiũ cõple tur: aut in ſpeciei permanẽtia: ſicut cor in generatione ſpũs. ¶ Et per iuuamẽtũ opꝫ intelligi illud qđ preparatur ad alterius mẽbri operationẽ ſuſcipiẽdã: ⁊ tunc erit operatio cõpleta ad dandã ſin gularẽ vitã: aut ſpeciei pmanẽtiã: queadmodũ pulmo aerẽ ꝑparatũ preſtat. Ergo inquãtũ digeſtionẽ ſcđam adeo perfectã efficit quo ad ſanguis ad ipſummet nutriẽdũ ſit bonus actionez operatus eſt. Et inquantum operationẽ efficit que in alia expectata operatiõe au xiliatur: iuuamẽtũ efficit. Etiã denuo dicemꝰ ꝙ membrorũ alia ſunt que generãtur ex ſpermate que ſunt ſimiliũ partium mẽbra preter carnẽ ⁊ adipẽ. Et alia ſunt que ex ſanguine generãtur ſicut adeps ⁊ caro. Quod tamẽ preter hec duo ex duobus generaẽ ſpermatibꝰ maſculorum ſpermate ⁊ ſpermate mulierũ. ¶ Sed ſecundũ ſermo nẽ eius qui de ſapientibꝰ verificauit: de ſpermate maſculi generaẽ ſicut generaẽ caſeus de coagulo: ⁊ de ſpermate mulieris generaẽ ſi cut caſeus gñaẽ de lacte. Et ſicut ꝑncipiũ coagulatiõis eſt in coa gulo: ita principiũ coagulationis forme eſt in ſpermate viri. Et ſi cut principiũ coagulationis eſt in lacte: ita principiũ coagulatio nis forme. ſ. virtutis patientis eſt in ſpermate mulieris. Et queãd modũ vnũquodqꝫ duorꝫ coaguli vcꝫ ⁊ lactis eſt pars ſubſtãtie caſei q̃ fit ex eis: ita vnũqđqꝫ duorꝫ ſpermatũ eſt pars ſubſtãtie embrionis ¶ Hoc aũt verbũ nõ paruꝫ imo multũ verbis Gal. eſt ꝯtrariũ. Si bi nãqꝫ videẽ ꝙ cuiqꝫ duorꝫ ſpermatũ ineſt virtꝰ coagulatiua ⁊ vir tus coagulationẽ ſuſcipiens. Et propter hoc nõ ſe prohibet quin dicat quod virtus coagulatiua in maſculis eſt fortior. ⁊ virtus coagulationem ſuſcipiens ẽ fortior in feminis. ¶ Qualiter autem ſermo in hoc certificeẽ: iuenitur in noſtris libris q̃ ſunt de ſapiẽtijs radicalibus. ¶ Poſtea vero ſanguis q̃ in tẽpore menſtruorꝫ a mu liere ſeparabaẽ fit nutrimẽtũ. ¶ Sed alia pars eiꝰ eſt q̃ in ſimilitu dinẽ ꝯuertiẽ ſubſtantie ſpermatis ⁊ mẽbrorꝫ q̃ ex eo generãtur ⁊ erit nutrimentũ augmentãs ipm. Alia pars eiꝰ eſt q̃ non nutrimẽtũ fit adhuc ſed eſt couenies vt coaguleẽ ad iplenda loca mẽbrorꝫ primo rum vacua ⁊ fit caro ⁊ adeps. Et alia pars eius eſt ſuperfluitas q̃ nulli harũ duarũ rerũ eſt bona: ⁊ remanet vſqꝫ ad horã partꝰ quaꝫ vt pote natura ſuperfluam expellit. Cumqꝫ infans parturitur: ſan guis quẽ ipſius epar generat huius ſanguinis vices ſupplet: ⁊ ge neratur ex eo quod ab illo ſanguine generabatur. Et caro quidez ex ſanguine generatur ſpiſſo quem caliditas ⁊ ſiccitas coagulant. Adeps vero ex eiꝰ aquoſitate ⁊ vnctuoſitate generatur quã frigidi tas cogulat: ideoqꝫ ipſaꝫ caliditas reſoluit. ¶ Mẽbra autẽ q̃ ex ſper mate ſunt creata: cum ſolutionẽ continuitatis patiuntur certa cõ tinuitate non reſtaurantur: niſi pauca ex eis: ⁊ in paucis habitudi nibꝰ: ⁊ i etate pueritie: ſicut oſſa ⁊ rami venarꝫ parui: non eñ magni

neqꝫ arteriarū. ¶ Cū eñ aliq̃ eoꝝ ps ſeiūgit̃ nihil loco ei⁹ naſcit̃: et hec quidē ſunt ſicut oſſa ⁊ nerui. ¶ Illa xͦo q̃ ex ſanguine ſunt creata renaſcuntur poſt pditionē ſuā: ⁊ cōtinuant̃ tali ſubſtantia q̄lis ſunt ipſa: ſicut caro. ¶ Et illud quidem qͦ eſt creatum ex ſanguine i quo adhuc virtus exiſtit ſpermatis dum nondum inter ipm ⁊ ſperma tēpus intercessit niſi paruū: illud mēbꝛū qñ tollit̃ iterū naſci pōt: ſicut dētes in etate pueritie. Cū aūt ſanguis ad aliā cōuerſus fuerit cōplexionē nō iterū renaſcetur. ¶ Et dicemus etiā ꝙ mēbꝛorū ſentientiū mobiliū plerūqꝫ motus ⁊ ſenſus ſimul pꝛincipiū ē vn⁹ neruus: ⁊ plerūqꝫ ſeparantur: ⁊ erit pꝛīcipiū cuiuſqꝫ virtutis neru⁹. ¶ Et etiā dicem⁹ ꝙ oīm iteriorū que panniculis ſunt īuoluta: pāniculus ex vno pāniculorū pectus aut ventrē cooperiētiū naſcit̃. Sed eorū q̃ in pectore ſunt pāniculorū origo ſicut dyaphꝛagmatis ⁊ venarū ⁊ arteriarū ⁊ pulmonis eſt ex panniculo iteriore qui coſtas tegit: ⁊ mēbꝛorū q̃dē ⁊ venarū que ſunt in vētre panniculi oriūtur ex ſiphac q̃ interius ventris cooperit muſculos. ¶ Omnia quoqꝫ mēbꝛa carnoſa ſunt: aut villoſa ſicut caro que ē in muſculis: aut villis carentia ſicut epar. Et null⁹ quidē motus fit niſi per villos. Voluntarius vero motus fit cauſa villorū q̃ ſunt in muſculis. Et naturalis: ſicut motus matricis ⁊ venarū. Et cōpoſitus ſicut mot⁹ trāſglutiēdi fit villis ꝓpꝛijs ꝑ formam ſitu longitudinis: ⁊ latitudinis: et trāſuerſionis. Attractioni vero ſunt villi qui in longitudinē pꝛotēduntur. Et expulſioni villi q̃ in latitudinē tendūt cōſtrigentes. Et retentorij villi q̃ ex trāſuerſo vadūt. ¶ Mēbꝛorū aūt que vnā habēt tunicā ſicut venarū ⁊ veſice tres villorū ſpecies adinuicē ſunt texte. Et mēbꝛorū q̃ ſunt duas habentia tunicas villi qui ī latitudinem tēdūt ſp ī extrinſeca exiſtūt eoꝝ tunica: ⁊ alij duo ī tunica eoꝝ extrinſeca. Illi tñ qui in lōgitudine pꝛotenduntur ad ſuperficiē magis declinant extrinſecā. Qui taliter nō creati fuerūt niſi ne attrahendi et expellendi villi ſimul exiſtāt: immo melius eſt vt villi attrahendi et retinēdi ſint ſimul: niſi in inteſtinis: nō enim multa indigēt retētione: ſed attractione et expulſione. ¶ Et dicemus etiā membꝛorū neruoſoꝝ coꝛpa a ſui ſubſtātia aliena cōtinētiū: alia ſunt que vnā habent tunicam: et alia que duas. ¶ Que autem duabus conſiſtūt tunicis non taliter creata fuerunt niſi pꝛopter iuuamenta multa. Quorum vnum eſt multa neceſſitas multe cuſtodie foꝛtitudinis ſue coꝛpeitatis: ne ſcindant̃ cā foꝛtitudinis mot⁹ ei⁹ q̄ ꝯtinet̃ ī eis: ſicut arterie. Secunduꝫ eſt multa neceſſitas multe cuſtodie in re coꝛpoꝛis quod in eis eſt reconditum ne reſoluatur et egrediatur. Reſolutionis vero timoꝛ pꝛouenit cauſa ſue raritatis ſi vnam haberet tunicam. Et exitus timoꝛ eſt ideo ꝙ pꝛopter hoc etiam ad ſcindendum eſſent apte. Et hoc quidem coꝛpus quod in eis eſt recōditum eſt ſicut ſpiritus et ſanguis qui in arterijs ſunt recōditi in quorum cuſtodia valde eſt ſtudēdū ⁊ de quibus timetur ne pꝛo nihilo

recedant. Spirit⁹ quidē ꝓpter reſolutionē. ¶ Et ſanguis quidem ꝓpter fiſſurā. ex hoc nāq; ꝙ maximū timet malū. Tertius ē qm̄ cū alicui mēbro fuerit neceſſariū: vt ſit ipſius attractio et expulſio motu vehemēti: factū ē vnicuiq; earū ſingulariter iſtrumentū ſine ꝑmixtione: ⁊ hoc eſt ſicut ſtomachus ⁊ inteſtina. Quartū eſt qm̄ cū volūtas fuerit vt vnaqueq; mēbri tunica opationi: q̄ eſt ei ꝓpria ſit ꝑparata: ⁊ vnaqueq; duarū opationū acciderit ꝓpter cōplexionē ab alterius operationis complexione diuerſam: fuit melius iter eas diuidere: ſicut ſtomachus in quo fuit volūtas ſentiendi virtutē eſſe: qđ quidē nō fit niſi in mēbro neruoſo ⁊ digerēdi. qđ ſimiliter nō fit niſi ꝑ mēbrū carnoſuʒ. ¶ Unicuiq; igitur harū duarū reꝝ tunicā poſuerunt ꝑ ſe tunicā neruoſam virtuti ſentiendi: ⁊ tunicā carnoſam digeſtioni. Et natura q̄dē itrīſecā tunicā fecit neruoſam. Et extrinſecā carnoſam. Pōt nāq; digerentis opatio ad id qđ digeſtū eſt in potentiā ſine occurſu peruenire. Sentiens vero id qđ ſentitur non poteſt ſentire niſi obuiādo ei ſenſu veʒ tact⁹. ¶ Et dicemus etiā ꝙ ſunt quedā mēbra: quoꝝ cōplexio ſanguini eſt propinqua. nō ergo indiget ſanguis in eoꝝ nutrimēto multotiēs cōuerti: ſicut carnis. Quapropter i ea neq; foramina facta fuerūt: neq; vētriculi: i q̄b⁹ aliquāto tp̄e nutrimētū qđ ei digerit̄ imoreť: ⁊ deīde caro ex eo nutriatur: imo illico cū ei nutrimentū occurrit i ipāʒ conuertit̄. Et ſunt ex mēbris quedā quoꝝ cōplexio a ſanguinis cōplexione valde ē remota. Ideoq; cum neceſſe fuerit ſanguinē ea nutrire: oportebit vt in ſimilitudinē ſubſtantie eorum multis cōuerſionib⁹ ordinati cōuertatur ſicut os. Quapropter in creatione ante vnum poſitū fuit foramē qđ eoꝝ nutrimento tanto cōtineat tp̄e quāto illud in ei⁹ ſimilitudinē conuertatur. ſicut in oſſe cruris et adiutoriꝫ: aut foramina multa in ipſis diuiſa: ſicut in oſſe mādibule iferioris. Et mēbris q̄dē q̄ ſic ſunt neceſſe eſt vt nutrimēto āpliori ꝙ eis tūc ſit neceſſe repleantur vt paulatī ⁊ paulatī procedāt illud in ſui ſimilitudinē cōuertendo. ¶ Mēbra aūt fortia ſupfluitates ſuas ad mēbra debilia ſibi vicina expellūt: ſicut cor ad aſcellas; ⁊ cerebruʒ ad loca que ſunt poſt auriculas: ⁊ epar ad inguina.

¶ Doctrina. vj. cuius eſt ſumma vna: ⁊ vnū capitulū.
¶ Summa eſt de ꝟtutibus cuius ſex ſunt capitula.

¶ Summe que eſt doctrine ſexte que eſt dictionis prime quod eſt de generibus virtutum ſm̄ ſermonē vniuerſalem.

¶ Capitulū. I.

Virtutū et operationū adinuicē alie ex aliꝫs cognoſcūtur. Oīs enim virtus operationis exiſtit initiū. Neq; aliq̄ opatio puenit niſi ex virtute. Ideoq; vtraſq; in vno poſuimus capitulo.
¶ Uirtutū aūt genera ⁊ opationū ex eis prouenientiuʒ apud medi-

cos ſunt tria q̃ ſunt gen⁹ virtutũ vitaliũ: ⁊ gen⁹ virtutũ naturalium ⁊ gen⁹ virtutũ animaliũ. ¶ Et multis quidem philoſophoꝝ ⁊ medicis omnib⁹: ⁊ p̃cipue Gal. vr̃ ꝙ vnaqueq; v̾tutũ membꝛũ p̃ncipale h₃ qđ ei⁹ exiſtit minera: ⁊ a quo eius ꝓcedũt opationes. Et vr̃ eis ꝙ virtutis animalis ſedes ſit cerebꝛũ: ⁊ ipius ab eo ꝓueniãt opatiões. ¶ Et ꝙ virt⁹ naturalis duas h₃ ſpẽs. Et vna ſpẽs eſt cui⁹ finis eſt cuſtodi rei indiuiduũ ⁊ ꝯſeruare ipm q̃ miniſtrat in re nutrimẽti quouſq; ad finem creſcẽtie ei⁹ nutriat coꝛp⁹. Et hui⁹ q̃dẽ ſpẽi ſedes ⁊ opationũ ipſi⁹ ꝓceſſus eſt epar. Altera v̾o ſpẽs eſt cui⁹ finis eſt ſpeciẽ cõſeruare q̃ eſt miniſtrãs in re generatiõis: ⁊ ſeparat ex humoꝛibus coꝛpoꝛis ſpermatis ſubſtantiam: deinde ipſum infoꝛmat ſui creatoꝛis p̃ cepto. Et hui⁹ q̃dẽ ſpeciei habitatio ⁊ operationũ ipſi⁹ ꝓuent⁹ ſunt teſticuli. ¶ Vitalis v̾o virt⁹ eſt illa q̃ ſpũs in eſſe cõſeruat: q̃ ſenſus ⁊ mot⁹ vehiculũ exiſtit: ⁊ ip̃₃ reddit aptũ ad eoꝝ ĩpꝛeſſiões recipiẽdas cũ ad cerebꝛũ ꝓuenit: ⁊ facit ip̃₃ potẽtẽ dãdi vitã vbicũq; expãdit. Et hui⁹ q̃dẽ virtutis ſedes ⁊ opatiõis ipſi⁹ ꝓceſſus eſt coꝛ. ¶ Omnibus aũt philoſophis maioꝛi. i. Ariſtoteli vr̃ ꝙ oĩum iſtaꝝ operationũ p̃ncipiũ exiſtit coꝛ. S₃ p̃maꝝ operationũ eaꝝ manifeſtatio in his p̃dictis exiſtit p̃ncipijs. Queadmodũ apud medicos cerebꝛũ eſt ſentiendi p̃ncipiũ. ⁊ poſt hoc q̃ſq; ſenſus habet mẽbꝛũ in q̃ ei⁹ apparet opatio. P̃terea cũ cõſiderãt ſicut dicũt ⁊ certificãt inueniũt rẽ ſicut videt Ariſtoteli: ⁊ nõ queadmodũ ipis vr̃: ⁊ inueniũt tractat⁹ ſuos extractos ex ꝓpoſitiõib⁹ ſufficiẽtib⁹ ⁊ nõ neceſſarijs in q̃b⁹ nõ aſſequũtur niſi qđ ex reb⁹ apparet. ¶ Medico aũt inquãtũ medic⁹ nõ attinet vt ꝯſideret q̃ ſit haꝝ duaꝝ ſentẽtiaꝝ veritas: ſ₃ illđ ꝯſiderare philoſoph⁹ aut phyſic⁹ debet. ¶ Medic⁹ aũt cũ cõcedit ei mẽbꝛa hec p̃nominata iſtaꝝ virtutũ p̃ncipia exiſtere nõ curat in eo qđ de eſſe medicatiõis cõſiderat an ex alijs habeant p̃ncipijs q̃ ſunt ip̃is p̃oꝛa vel nõ: neq; illđ ex eis exiſtit q̃ philoſoph⁹ nõ ei leuia facit.

¶ De virtutib⁹ naturalibus quibus miniſtratur. ¶ Ca. 2.

Virtutũ v̾o naturaliũ: alie ſunt q̃ ſunt miniſtrãtes: alie ſunt q̃ miniſtrate. ¶ Et miniſtrataꝝ q̃dẽ duo ſunt gña. Vnũ gen⁹ miniſtrat in re nutriẽtis ad hoc vt indiuiduũ remaneat: qđ in duas ptitur ſpẽs: nutritiuã: ⁊ creſcitiuã. Et alternũ genus miniſtrat in nutriente ad hoc vt remaneat ſpẽs: quod etiã in duas diuidit ſpecies: in generatiuam ⁊ foꝛmatiuam. ¶ Virt⁹ v̾o nutritiua eſt illa q̃ nutriẽs in nutriti ꝯuertit ſilitudinẽ: idõ vt ꝑ ip̃m reſtaurationẽ ei⁹ recuperet qđ diſſolutũ fuit. ¶ Virt⁹ aũt creſcitiua eſt illa q̃ in totius coꝛpoꝛis diametris addit ſm̃ ꝓpoꝛtionalitatem naturale₃: quatenus ipſum ad finem augmenti perducat per illud quod ipſum ex nutriente ingreditur. ¶ Nutritiua vero virtus creſcitiue ſeruit: eo ꝙ nutritiua quandoq; affert nutriẽs ei qđ diſſoluitur equale: q̃nq; minus: quandoq; plus. Sed creſcitiua non erit niſi cu₃ quod ingredit plus fuerit eo quod diſſoluitur. Non tamen totum quod taliter

exiſtit eſt creſcitiua. Inpinguari enim poſt macredinē in etate cōſiſtē tie eſt hui⁹ ſecte: nō tn̄ eſt creſcitiua. Nō eſt enim augmētū niſi illō qō ſm naturalē pportionalitatē i oīb⁹ exiſtit diametris: q̄ten⁹ ipm ad creſcētie pducit cōplementū. Deinceps vō poſt hoc nullo mō eſt ibi creſcētia: 7 ſi ſit ibi impinguatio. Queadmodū añ cōſiſtētiā nō exiſtit etiā ariditas: 7 ſi ſit tibi macredo: lȝ illō longi⁹ exiſtat 7 a neceſſario exiens magis. ¶ Et nutritiue q̄dē operatio trib⁹ pticularib⁹ cōplet opatiōib⁹. Una eſt pmutatiōis ſubſtātie comprehēſio q̄ eſt ſanguis aut humor q̄ eſt in potētia ppinq̄ in effectu ſimilis mēbro. Qō qn̄qȝ fallit queadmodū in egritudine cōtingit q̄ atrophia vocat̄ q̄ eſt nutrimēti defect⁹. ¶ Et alia eſt adherētia que eſt vt hoc receptuȝ nutrimētū cōpleto effectu efficiat. ſ. vt membri pars fiat. Quod plerūqȝ fallit quemadmodum in hydropiſi cōtingit carnoſa. ¶ Et tertia eſt multitudo q̄ eſt vt hoc receptū qō iā factū eſt pars membri ponat ei ab oibus partib⁹ ſimile vſqȝ in eſſentia 7 colore. Qō qn̄qȝ fallit: queadmodū cōtingit in albaras 7 morphea. Cambiū enim 7 adherētia iam ibi ſunt reperta: ſȝ ſimilitudo non ibi inuenit̄. Et hāc q̄dē opationē efficit virt⁹ immutatiua q̄ eſt vna de virtutib⁹ nutritiue 7 ē in homine vna in genere 7 pncipio prio: ſȝ in mēbris ſimiliū partiuȝ diuerſificatur. ¶ In vnoquoqȝ enim mēbro exiſtit virt⁹ ſm ei⁹ ꝯplexionē q̄ nutrimētū i ei⁹ ꝯuertit ſimilitudinē diuerſa virtute q̄ nutrimētū alterius pmutat. ¶ Immutata vero que eſt in epate operationeȝ efficit toti corpori cōmunem. ¶ Generatiue vero virtutis due ſunt ſpecies. Una eſt que in maſculis 7 feminis ſperma generat. Altera q̄ diuidit virtutes que ſunt in ſpermate: 7 pmiſcet eas tēperādo ſm qȝ vnicuiqȝ cōuenit mēbro: dās neruo cōplexionē ppriā: 7 oſſi cōplexionē ppriā. Hoc tn̄ totū puenit de ſpermate ſimiliū partiū 7 ſimilis p mixtiōis. Et hāc q̄dē vtutē vocāt medici vtutem imutatiuam pmi. ¶ Uirt⁹ vō informatiua imprimēs eſt illa ex q̄ precepto ſui creatoris procedit membrorum lineatio: 7 ipſorum figuratio: 7 cōcauitas 7 foramina: 7 leuitas: 7 aſperitas: 7 eorum ſitus: 7 ipſorum continuitas: 7 ad vltimum operationes que ex finibus dimenſionum eorum pendent. ¶ Et huic quidem virtuti miniſtrantes ſunt que reȝ nutrimenti miniſtrant ad ſpeciem cuſtodiendam 7 ſunt virtus nutritiua 7 creſcitiua.

¶ De virtutibus naturalibus miniſtrantibus. Ca. 5.

Virtutes vero naturales que miniſtrant tantum virtute nutritiue ſunt miniſtrantes que ſunt quattuor virtutes: attractiua: retētiua: digeſtiua: 7 expulſiua. ¶ Attractiua vero fuit creata ad attrahendū nutrimentum: qua quidem operatur hoc villis membri in quo eſt ſecundum longitudinem protenſi. ¶ Et retentiua fuit creata vt iuuatiuum retineat dum virtutes ipſum iuuantes in eo operantur que ab ipſo alimentum ſuſcipiunt: quod equidem efficitur villis que ex tranſuerſo protenduntur. Et eſt etiam cum villi

q̄ ſm latitudinē incedūt auxiliū p̄bēt. ¶ Digeſtiua ꝟo eſt illa q̄ qđ attractiua attraxit ⁊ retinuit: retētiua i eſſentia ꝯuertit aptā ꝟtutū in ea ꝑmutationē faciētiū oꝑatiōi: ⁊ cōplexionē q̄ cōuerſiōi nutrientis in effectu eſt cōpetēs. ¶ Hec eſt eñ eiꝰ oꝑatio in iuuatiuo q̄ vocatur digeſtio. ¶ Eiꝰ ꝟo oꝑatio eſt in ſuꝑfluitatibꝰ: vt ſi poſſibile fuerit eas in hāc mutēt diſpoſitionē q̄ ēt vocat̄ digeſtio. Aut vt eaꝝ egreſſionē a mēbro in quo ſunt retēte facilē efficiat cū expulſiōe eaꝝ attenuādo eſſentiā ſi qđ ꝓhibet fuerit groſſities: aut ingroſſando ſi qđ vetat fuerit tenuitas. aut icidēdo ſi qđ ꝓhibet fuerit viſcoſitas. Et hec q̄dē oꝑatio vocat̄ maturatio. Eſt tñ cum digeſtio ⁊ maturatio ſynonima dicunt̄. ¶ Expulſiua aūt eſt illa q̄ ſuꝑfluitatē expellit ex nutrimēto reſiduā q̄ ad nutriēdū nō eſt ꝯueniēs: aut q̄ excedit mēſurā q̄ ſufficit ad nutriēdū ⁊ q̄ nō eſt neceſſaria: aut euacuat in receptac̄lo ſibi apto ſicut vrinā in veſica. Et hec q̄dē virtꝰ has expellit ſuꝑfluitates: aut ꝑ ꝑtes ⁊ foramina q̄ ſunt eis p̄parata: vel ſi nō fuerint ibi foramina p̄parata a nobili expellit ad ignobile ⁊ a duro ad laxū. Cūq; in parte expulſiōis fuerit declinatio meri ſuꝑfluitatis nō conuertit eam virtꝰ expulſiua ab illa ſemita inquantū poſſibile fuerit. ¶ His autē quatuor virtutibꝰ naturalibꝰ quatuor p̄ime ſeruiūt q̄litates ſcȝ caliditas: frigiditas: ſiccitas: ⁊ hūiditas. ¶ Sȝ caliditas ſeruitiū oībꝰ q̄tuor ꝑ certo eſt cōe. ¶ Frigiditas ꝟo cū alicui eaꝝ ſeruit accñtal̄r ⁊ nō eſſential̄r. Qđ eñ frigiditati ieſt eſſential̄r eſt vt in oībꝰ ꝟtutibꝰ ſit cōtraria qm̄ oiȝ ꝟtutū oꝑatiōēs ꝑ motū exiſtūt. Et hoc q̄dē in attractiōe ⁊ expulſiōe manifeſtū exiſtit. Sȝ in digeſtiōe ēt qm̄ digeſtio ꝯplet̄ ꝑ ꝑtes eiꝰ qđ fuit ingroſſatū ⁊ inſpiſſatū ꝑtiēdo ⁊ adiūgēdo ei qđ attenuatū fuit ⁊ ſubtiliatū. Et he q̄dē motiōes ſunt ſeparātes ⁊ tēperātes. Retētiua ꝟo oꝑat̄ villos mouēdo trāſuerſos ſm figurā cōp̄hēſiōis bñ factā. Et frigiditas q̄dē eſt paraliticū faciēs: ⁊ mortificās: ⁊ ab oībꝰ ꝓhibēs oꝑatiōibꝰ. Ad retētionē tñ faciēdā accñtal̄r cōfert qm̄ villos ſȝ bone cōp̄rehēſiōis figurā tȝ. Nō ergo in oꝑatiōibꝰ ꝟtutū eſſential̄r ingredit̄: ſȝ tali p̄parat inſtrumētū diſpoſitiōe q̄ ipȝ ſuā cuſtodit oꝑationē. Et expulſiua q̄dem a frigiditate iuuat̄ ꝑ ꝑ ea q̄ ꝟētoſitatis ꝓhibet fieri diſſolutionē q̄ ad expellēdū iuuat: ⁊ q̄ in eiꝰ auxiliat̄ groſſitie: ⁊ ꝓpterea q̄ villū q̄ ſm latitudinē ꝓtēdit̄ ex p̄mētē ꝯtrabit ⁊ ſpiſſat ipm̄: ⁊ hoc eſt ēt inſtrumētū p̄parare: ⁊ nō eſt in ipamet oꝑatiōe auxiliū ferre. Et frigꝰ nō intrat in ſeruitiū harū virtutū niſi ꝑ accidēs. Si nō in ipamet ingrederet̄: oꝑatiōibꝰ noceret ⁊ motiōes debilitaret. Siccitas ꝟo in triū ꝟtutū oꝑatiōibꝰ neceſſaria exiſtit: q̄ ſunt due mutatiua loca l̄r ⁊ retētiua. Duabꝰ ꝟo localiter mutatiuis: q̄ ſunt attractiua ⁊ expulſiua: p̄bet ſiccitas auxiliuȝ eo q̄ multā eis efficit ſuſtētationē q̄ in motu eſt neceſſaria: motu ⁊ ſpūs q̄ has virtutes ad ſuas defert operationes impulſione vehemēti quam ⁊ talem qualis eſt ipſa humoralis ꝓhibet fluxus cuȝ in ſubſtantia fuerit ſpiritus; aut inſtrumenti. Sed retētiue propter con

ſtrictionem. Digeſtiua autē plus indiget humiditate. ¶ Poſt hec autem cum inter qualitates actiuas ⁊ paſſiuas comparaueris inquantum iſte virtutes eis indigent reperies virtutem retentiuam plus indigere ſiccitate quam caliditate eo quod tempus in quo quieſcere debet villus retentiue maius eſt tempore in quo moueri debet villus qui ſecundum amplitudinem tendit ad conſtringendum. Nam tempus quod eſt ad mouendū eſt illud quod caliditate indiget ⁊ eſt breue. Et totum reliquum tempus eius operationis eſt ad tenendum ⁊ ad quieſcendum. Et quia puerorum complexio plus declinat ad humiditatem: ideo virtus hec in eis plus eſt debilis. Attractiua vero plus indiget caliditate quam ſiccitate: quoniam caliditas adiuuat in attractione in eo quod maior pars ſue operationis eſt mouere: ⁊ plus neceſſe eſt ei mouere partes ſui inſtrumenti quam quietas facere ⁊ cum ſiccitate ſtringere. Hec enim virtus non tantum indiget multo motu ſed plerūque etiam motu indiget vehemēti. Et attractio quidem fit aut virtute attractiua quemadmodum magnes attrahit ferrum: aut implendo vacuum: ſicut aqua trahitur in azaracha: aut calore ſicut in lampade attrahitur oleum licet hec pars tertia reducatur neceſſario ad implendum vacuum apud certificantes: immo eſt ipſamet. Cum ergo virtus attractiua caliditatis habuerit auxilium fortior erit attractio. Expulſiua vero minus indiget ſiccitate quam attractiua: ⁊ retentiua. Non enim indiget conſtrictione retentiue: neque inſeparabilitate attractiue ⁊ conſtrictione eius ⁊ circundatione attracti tenendo partes inſtrumenti donec ad illas alterius partis attractio perueniat. Et ad vltimum nullo modo indiget expulſiua quiete ſed motu ⁊ inſpiſſatione pauca que ad exprimendum et ad expellendum tali adiuuet menſura quatenus per ipſam remaneat inſtrumentum: figuram expreſſionis ⁊ conſtrictionis conſeruans. Quemadmodum in retentiua tempus longum. Et in attractiua tempus breue eſt neceſſarium donec partium attractio vnam applicet alij ideoque ſiccitate parum indiget. Que autem plus eis omnibus indiget caliditate eſt digeſtiua: que ſiccitate non indiget ſed humiditate vt nutriens efficiat ad penetrandum in foramina ⁊ ad figuras recipiendas aptum reddat. ¶ Neque poteſt aliquis dicere quod ſi humiditas in digerendo eſſet iuuatiua: pueri poſſent res duras digerere. Nō eſt ẽ pueniẽs pueris non poſſe illud ⁊ iuuenibus poſſe propter hoc: ſed propter homogeneam ⁊ homogenee elongationem. Quod enim ex rebus durum exiſtit complexioni puerorum non eſt homogeneum. Uirtutes igitur digeſtiue coram eo non operantur neque ipſum recipiunt retentiue: ſed cito ipſum expellunt expulſiue. Iuuenum vero complexionibus eſt id conueniens: ⁊ ad eos nutriendos conueniens. Et ex hoc quidem collectum eſt quod retentiua indiget conſtrictione ⁊ figurarum conſtrictionis fixione longo tempore ⁊ pauco motionis adiutorio. Et attractiua conſtrictione indi

[ſ]et et fixione cõſtrictionis tempore breuiſſimo ꝛ in motu multo in[d]iget auxilio. Et expulſiue eſt neceſſarium ſtringere tantum ſine [fi]xione de qua nou eſt curandũ. Et indiget adiutorio ad motum fa[c]iendũ. Et digeſtiue eſt neceſſarium eliquare: ꝛ temperare: ideoꝙ virtutes iſte qualitates illas quattuor inequaliter operari faciũt ꝛ eis inequaliter indigent.

¶ De virtutibus animalibus. Capi. 4.

VIrtutes aũt animales intelligi volũt per illas: virtutẽ illam que cũ in membris recepta fuerit preparabit ad recipiendũ virtutem ſenſus et motus ꝛ operationis: vite: quibus etiam admiſcentur timoris et ire motiones: propterea ꝙ in eis reperiũt dilatationem ꝛ conſtrictionem que accidit ſpiritui q̇ huic comparat⁹ eſt virtuti. ¶ Nos aũt explanabimus ſummam hanc ꝛ dicem⁹ ꝙ quẽadmodum ex humorum ſpiſſitudine ſcd̃m aliquam complexionem ſubſtantia generatur ſpiſſa que eſt membrum aut pars membri: ita ex humorum vaporibus et eorũ ſubtilitate ſecũdum aliquam complexionem ſubſtantia generat̃ ꝛ ſubtilis eſt ſpũs. Et ſicut apud medicos epar prime generationis eſt principiũ: ita cor generationis ſecũde principiũ exiſtit. Et hic ſpũs cũ ſm̃ complexionem prouenit quam debet habere: ad hanc virtutem recipiendam preparat̃: deinde omnia illa preparat membra ad recipiendũ omnes alias virtutes animales ꝛ etiã reliquas. ¶ Uirtutes equidem animales in ſpiritu quidem ꝛ in membris non proueniunt niſi poſtq̃ hec vitalis prouenit virtus. Ideoꝙ licet virtutes animales alicuius membri deſtruant̃: viuũ tñ membrum adhuc exiſtit: niſi hec virtus in eo fuerit deſtructa. Nonne vides quod membrũ ſtupidũ aut paraliticũ vnũ quoꝙ ſm̃ humiditatem eſt non habens ſenſum neꝙ motũ: aut propter complexionem que prohibet ipſum eos recipere: aut propter opilationem q̃ accidit inter cerebrũ et ip̃m in neruis q̇ ad ipſũ proueniunt et tamen ipſũ eſt viuũ. Et membrũ cui accidit eſt non habens ſenſum neꝙ motũ et accidit ei vt putrefiat ꝛ corrumpatur. In membro ergo paralitico eſt virtus que eius cuſtodit vitam donec cum remotum fuerit quod prohibet profluat ad ipſum virtus ſenſus et motus. Ipſum namꝙ preparatum erat ad ſuſcipieudum eã propter virtutis vitalis ſanitatẽ in eo. Prohibens enim non prohibuit niſi vt non eam in effectu reciperet. Sed membrum non ſic eſt mortuum. Et preparans non eſt virtus nutriendi tantum: ita vt dicamus ꝙ q̃diu virtus nutriẽdi affuerit viuũ erit: ꝛ cũ deſtruetur erit mortuũ: qm̃ hoc ip̃m verbum virtuti afferemus nutritiue. Fortaſſe enim plerũꝙ in aliquo eius op͂atio deſtrueret̃ ꝛ mẽbrum viuũ remanebit. Et fortaſſe plerũꝙ remanebit eius operatio ꝛ mẽbrũ tẽdet ad mortẽ. Et ſi virt⁹ nutritiua ĩq̃tũ eſt nutritiua eſſet ipſa virt⁹ q̃ p̃parat ad ſentiendũ et mouẽdũ vegetabilia p̃parata fo

rent ad ſenſum ꝛ motū recipiēdo. Reſtat ergo vt ſit ꝑparans alia res que ꝓpriā ſequaꝛ cōplexionē q̄ vocaꝛ virtus vitalis. Et ipſa quidē eſt prima virt⁹ q̄ in ſpū ꝓuenit cū ſpūs ex ſubtilitate humoꝝ ꝓcedit. Deinde ſpūs ſm philoſophū Ariſtotelē per eā recipit pricipiū et aīam primā ex qua alie ꝓfluūt virtutes. Harū vero virtutū operationes ab hoc prouenīūt ſpiritu ī principio rei: ſicut etiā ſenſus apud medicos nō prouenit per ſpiritū animalē qui eſt in cerebro niſi ad cryſtalloydē penetrat aut ad linguam ꝛ alia. ¶ Cum ergo ꝑ ſpūs in ventriculum peruenerit cerebri cōplexioneꝫ recipiet et erit cōueniēs vt ex eo ꝓueniāt virtutum operationes q̄ in eo primo reꝑte ſunt: ꝛ ſimiliter in epate: ꝛ ſimiliter in teſticulis. ¶ Et apud medicos quidē niſi poſtq̄ ſpūs in cerebro ad aliā cōuertiꝛ ꝯplexionē nō preparaꝛ ad recipiendū animā q̄ eſt principiū motus ꝛ ſenſus. Et ſilr in epate lꝫ prima cōplexio iā iuuerit ad recipiēdū v͛tutē primā vitalē. Et ſilr in vnoquoq; membro. Apud eos eñ vnūquodq; opationū gen⁹ aliā hꝫ aīam. Et neq; eſt aīa vna ex qua v͛tutes iſte profluunt: quoniam huius ſumme aggregatio eſt aīa. Et ſi q̄deꝫ prima cōplexio iā adiuit virtutem primā recipiēdā: tūc iā ꝯcedit vitalem vbi prouenit ſpiritus ꝛ virtus que ſunt ei⁹ ꝑfectio. Hec aūt virtus apud eos nō ſola ſufficit vt ſpūs per ipſam oēs alias ſuſcipiat virtutes niſi ꝓpria prouenerit cōplexio. Preterea dixerunt q̄ virtus hec preter hoc q̄ ipſa eſt preparans vitam: eſt etiā motus ſubſtātie ſpiritualis ſubtilis principium ad membra et principiuꝫ conſtrictionis et dilationis aeris attracti et pulſus. Affert enim adiutorium in comparatione vite quod eſt paſſio: ꝛ in cōparatione operationū anime: et pulſus prebet auxilium quod eſt actio. Et hec quidem virtus virtutibus naturalibus ſimilatur: ideo q̄ non voluntate ꝓueniunt vnde profluunt. Et ſimilatur virtutibus animalibus ꝓpter operationū earū diuerſitatē ipſa eñ dilatat ꝛ cōſtringit ſimul: mouet ergo duobus motibus cōtrarijs. ¶ Philoſophi aūt cuꝫ animā terrenā dicere volunt perfectionem corporis naturalis inſtrumentalis: et volunt dicere principium omnis virtutis ex qua metipſi motus ꝓueniunt et operationes diuerſe. Erit igitur hec virtus ſecundum philoſophorum ſententiam virtus animalis ſicut virtutes naturales quas nominauimus apud eos virtutes vocantur animales. Quod ſi noluerint dicere animam ſm hanc intentioneꝫ ſed volunt dicere virtutem que eſt principium comprehendendi et mouendi quod ex aliqua prouenit comprehenſione voluntarie. Et naturalem volunt dicere pro omni virtute ex qua operatio ꝓuenit in ſuo corpore ſecundum huius forme diuerſitatem: nō erit virtus animalis: ſed erit naturalis et altioris ordinis q̄ ſit virtus quam medici vocant naturalē. Et ſi naturalem vocauerint illam q̄ rem nutrimēti miniſtrat ꝛ cōuertit: ſiue ad hoc vt remaneat indiuiduū: ſiue vt remaneat ſpecies: non erit hec naturalis ſed erit tertiū ge-

nus. Et q̄ ira timor ꝛ ſilia eoꝝ hui⁹ virtutis ſunt paſſiões: tūc licet eoꝝ principia ſint ſenſus ꝛ eſtimatio ꝛ virtutes apprehēdētes: huic tñ comparate ſunt virtuti. Huius aūt virtutis declarationē certificare: ꝛ an ſit vna an plures: in ſapientia continet̄ naturali q̄ philoſophie pars exiſtit.

¶ De virtutibus animalibus cōprehendentibus. Cap. 5.

In virtute autem animali due copulantur virtutes: quarū ipſa eſt ſicut genus vna eſt ſicut virtus cōprehenſiua: ꝛ altera virtus motiua. ¶ Et ꝯprehenſiua q̄dem eſt ſicut duaꝝ virtutū genus. Una virtus comprehēſiua eſt manifeſte. Et altera virtus cōprehēſiua occulte. ¶ Et virtus q̄dem manifeſte comprehenſiua eſt ſenſibilis que eſt gen⁹ ſm quoſdam q̄nqꝫ virtutū et octo ſm alios. Qđ ſi dixerimus ꝙ ſint quinqꝫ: erunt virtus videndi: ꝛ virtus audiendi ꝛ virt⁹ guſtādi: ꝛ v̄tus tāgēdi: ꝛ virt⁹ odorandi. Et ſi dixerim⁹ ꝙ ſint octo: erit huius cauſa: q̄ plurib⁹ certificatoꝝ videtur ꝙ tact⁹ ſint plures virtutes. ſ. quattuor: et ponūt proprie vnūquodqꝫ quattuor generū tactus virtutē per ſe: licet in membro ſenſibili ſint communia ſicut guſtus ꝛ tact⁹ in lingua: ꝛ viſus ꝛ tactus in oculo. hoc aūt certificare eſt phi. ¶ Et virtus quidem comprehenſiua occulte et non ſentiens eſt ſicut gen⁹ quinqꝫ virtutū. ¶ Una eſt virtus que vocat̄ ſenſus cōis ꝛ phantaſia. Et apud medicos q̄dem ſunt vna virtus. Sed apud certificantes que ſunt ex phis: due ſunt virtutes. ¶ Senſus em̄ cois eſt illa que om̄ia ſenſu percepta recipit: ꝛ ꝑpter eoꝝ formas patitur que in ip̄a copulant̄. ¶ Phātaſia vero eſt illa q̄ eas cuſtodit poſtq̄ ꝯiungūtur ꝛ retinet eas poſt ſenſus abſentiā. Et que haꝝ duaꝝ eſt recipiēs: alia eſt a cuſtodiēte. hoc aūt certificare ē philoſophi. Sed qualitercūqꝫ fuerit eius ſedes ꝛ operationis eius pricipiū eſt anterior cerebri vētricul⁹. ¶ Et ſcđa q̄dē eſt virt⁹ quam medici vocāt cogitatiuā. Sed certificatores vocāt q̄nqꝫ imaginatiuā: q̄nqꝫ cogitatiuā. Si em̄ imperauerit ei virtus eſtimatiua aialis quā poſtea nominabim⁹: ꝛ ipſamet ad ſuā peruenit operationē: vocāt eā imaginatiuā. Et ſi virt⁹ rationalis ei imperauerit: ꝛ reduxerit eam ad illud qđ ei ꝓdeſt: vocatur virtus cogitatiua. Qualitercūqꝫ tñ modo fuerit inter hanc virtutem ꝛ primā exiſtit differētia: ꝙ prīa eſt recipiēs ꝛ cuſtodiēs id quod ad eā ꝑuenit đ formis ſenſu ꝑceptis. ꝛ iſta ē illa q̄ ſe exercet i eis q̄ i imaginatiōe recōdita ſunt exercitio cōponendi ꝛ diuidēdi ꝛ ſingulas efficit formas queadmodū ad eam perueniunt a ſenſu: ꝛ alias formas ab eis diuerſas ſicut hominē qui in monte volat ſmaradino. Sed phātaſia nō ponit corā te niſi q̄ntū recipit a ſenſu. Et huius quidem virtutis ſedes eſt ventriculus cerebri medi⁹. Et hec q̄dē virtus eſt inſtrumētū virtutis que ꝓculdubio in aiali eſt occulta cōprehenſiua ꝛ eſtimatiua. Et ipſa quidem eſt virtus qua aial indicat ꝙ lupus eſt in

imicus ⁊ filius eſt dilect⁹: ⁊ qui annonam prebere conſueuit eſt ami-
cus a quo nō eſt fugiendum: ⁊ hoc iudiciū ſm modū exiſtit nō rōna
le. Amicitia eñ ⁊ inimicitia non ſenſu ſunt percepta: neq; ſenſus
eas cōprehendit: neq; eis indicat niſi virt⁹ alia. ⁊ licet nō ſit cōpre
henſio rationalis: eſt tñ proculdubio aliqua apprehenſio nō ratio
nalis. Homo etiā plerūq; vtit̃ hac virtute in multis ſuoꝝ iudicio-
rū ⁊ procedit queadmodū animal nō rationale. Et hec quidem virt⁹
diuiditur a phantaſtica: qm̄ phantaſtica ſenſu percepta retinet:
⁊ hec in pceptis ſenſu intentionis diſcernit nō ſenſu pceptas. Et ſe
parat̃ ab ea quam imaginatiuā vocamus ⁊ cogitatiuā: qm̄ illius
operationes nullū ſequit̃ iudiciū: ſed iſtius operationes non ſoluz
iudiciū: ſed etiam iudicia ſequit̃. Et illius operationes ſunt in ſen-
ſu perceptis compoſitionē facere. Et iſtius operatio in ſenſu perce
ptis iudicare intentiones extra ſenſum. Et queadmodū in anima-
li ſenſus eſt iudicans de formis ſenſu perceptis: ſimiliter exiſtima
tiua eſt iudicās de intentionib⁹ illaꝝ formarum q̄ ad exiſtimatiōez
perueniūt ⁊ non ad ſenſum. ¶ Quidam aūt hominū ſunt qui pre-
ſumunt ⁊ hāc virtutē imaginatiuā vocāt: ſed non tamē curamus:
q2 de noībus non diſputam⁹: ſed intentiones ⁊ differentias intelli
gere debemus. Et medico quidem non eſt curādū vt hanc virtutem
ſciat. Impedimenta nāq; operationū eius impedimenta operatio
nū aliarū virtutū q̄ ſunt anteq̄ ipſa ſequentia ſunt ſicut phantaſia
⁊ imaginatiua ⁊ memorialis quā poſtea nominabimus. Et medi-
cus quidem non curat niſi de virtutib⁹ ex quibus cū in ſuis impedi-
mentis accidit leſio ꝓuenit egritudo. ¶ Qđ ſi leſio accidit opatio
ni alicui⁹ virtutis cā impedimēti qđ accidit pri⁹ operationi alteri⁹
ꝟtutis q̄ ei: fueritq; impedimētū illud ſequutū maliciā cōplexiōis
alicuius membri aut corruptionē compoſitiōis: ſufficit medico vt
ſciat impedimentū illud ꝓpter malitiā ꝯplexionis membri aut ſue cō
poſitionis corruptionē accidiſſe: ad hoc vt cū medicina ei ſubueniat
aut ipm ab eo cuſtodiat: ⁊ non curat ſcire diſpoſitionē virtutis: cui
qđ accidit non accidit niſi nullo mediāte poſtq̄ ſciuerit diſpoſitio-
nē eius cui accidit illud qđ accidit ſine medio. ¶ Tertia vero illaꝝ
quas nomināt medici eſt quinta aut quarta cū certificauerim⁹ q̄ eſt
virtus ꝯſeruatiua ⁊ memorialis. Et eſt theſaurus eius quod per-
uenit ad eſtimatiuā de intētionib⁹ in perceptis ſenſu extra formas
eorū ſenſū perceptas. Sicut phātaſtica eſt theſaurus eius qđ per-
uenit ad ſenſum ex formis ſenſu perceptis. Et eius quidez loc⁹ eſt po
ſterior cerebri ventriculus. ¶ Hic vero eſt locus ꝯſideratiōis phice
vtrū virt⁹ cōſeruatiua ⁊ memorialis ⁊ virtus q̄ reducit illud quod
eſt abſens ad memoriā ex eis q̄ ab eſtimatiua ſunt repoſita ſit vir-
tus vna: aut virtutes due. Medico tñ non eſt inde curañ. qm̄ nocu
menta q̄ eis q̄liter cūq; ſint accidūt: ſunt hō genea. ſunt. n. nocumē
ta q̄ in ventriculo cerebri poſteriori accidūt: vel de genere ꝯplexionis

vel de genere compoſitionis. ¶ Virtus vero comprehenſiua que eſt vna de virtutibus anime comprehenſiuis eſt humana rationalis. Et quia medici virtutē eſtimatiuam non conſiderauerunt propter cauſam quam diximus ideo hanc virtutem non conſiderauerunt: non enim fuit eorum conſideratio niſi in operationibus trium virtutum tantum ꝛ non in alijs.

¶ De virtutibus animalibus motiuis. Ca. 6.

Motiua vero virtus eſt illa que chordas contrahit ꝛ laxat propter quod mouentur mēbra ꝛ iūcture dilatatione ꝛ ſua flexione. Et eius quidem penetratio eſt cum neruis qui ſunt lacertis cōtinui. Eſt eſt genus quod ſecundum ſpecificationem principij motuum ſignificatur. In vnoquoq; igitur muſculo eſt alia natura q̄ eſt ſequens iudicium eſtimatiue a qua prouenit communis conſenſus.

¶ Capl'm poſtremū huius doctrine de operationibus.

Dicemus ꝙ operationū ſingulariū alie ſunt que ab vna complentur virtute verbi gratia digeſtio. Alie que a duabus cōplentur virtutibus: ſicut cibi deſideriū: quod cōpletur a virtute naturali attractiua: ꝛ a virtute ſenſibili q̄ eſt in ore ſtomachi. Attractiua vero operatur ex hoc qđ mouet villum qui ſm longitudinem protenditur retinendo illud quod attrahitur ꝛ ſuggēdo ex humoribus quod eſt ſibi proprium. Senſibilis autem operatur in hoc ꝙ hanc ſentit paſſionem: ꝛ quia ſentit mordicationē colere nigre que eſt excitans deſiderium cuius eſſe nominauimus. Et hanc quidem operationem non dicimus duabus compleri virtutibus: niſi ideo ꝙ cum ſenſibili acciderit nocumētū deſtruet intentio que vocatur fames ꝛ deſiderium: neq; deſiderabitur cibus licet eo corpus indigeat. Et ſimiliter tranſglutiendi operatio duabus completur virtutibus: vna eſt attractiua naturalis: ꝛ altera eſt attractiue voluntarie. Et prima quidē ſuam complet operationem per villum qui ſm longitudinē protendit qui eſt in ore ſtomachi ꝛ iſofago. Et ſecūde completur operatio per villum lacerti tranglutiendi. Cūq; vna duarū virtutū deſtruet: tranſglutiendi operatio duriter ꝓuenit: ſed quando non fuerit deſtruetur. Sed cum illa nō operata fuerit erit tranſglutiendi operatio difficilis. Nonne vides ꝙ cum deſideriū non recte procedit duriter prouenit operatio tranſglutiendi illud quod non deſiderat. Immo cum abhorremus aliquam rem: nauſea nobis prouocabitur. Et cum eam poſtea tranſglutire voluerimus et tertia fuerit ab ea virtus noſtra attractiua deſideratiua dura erit operatio voluntarie tranglutiendi. ¶ Tranſitus quoq; nutrimenti perficitur virtute membri impellentis a quo procedit et attractiua membri ad quod accedit et ſimiliter ſuperfluitatum egreſſio que fit per duas vias. ¶ Et forſitā plerūq; exiſtūt operatiōis principium due virtutes, ſ. aīalis ꝛ naturalis. ¶ Et fortaſſe

plerumq͡ʒ exiſtunt eius cauſa virtutis ⁊ qualitas ſicut infrigidatio que prohibet materias: ⁊ iuuat expulſiuā in parilitate ſuperfluitatum que deſcendunt a mēbro ⁊ vetat ⁊ in faciē reuerberat. ¶ Et frigiditatis quidē eſt equalitas q̄ ꝓpter duas ꝓhibet res. ſ. cū eſſentia ſubſtātiā eius qđ effundit ingroſſando ⁊ coaguſtando poros. ¶ Et res tertia que eſt per accidēs que eſt qua caliditas extinguit attractiua. ¶ Et qualitas caliditatis attrahit per illđ qđ iſtis opponit modis quos ꝑdiximus. ¶ Et caliditatis quidē qualitas ⁊ neceſſitas vacui nō attrahūt in primis niſi illđ qđ eſt ſubtile ⁊ poſtea qđ eſt ſpiſſum. ¶ Uirtus ꝟo attractiua naturalis nō attrahit niſi quod eſt ei magis ꝯueniēs: ⁊ qđ nature ei⁹ eſt ꝓpriū attrahere: ⁊ plerūq͡ʒ qđ eſt magis ſpiſſum eſt magis ꝓpriū: ⁊ magis cōueniens.

¶ De eis q̄ ꝯueniunt ex his q̄ comedunt ⁊ bibunt. Ca. 15.

Quod comeditur ⁊ bibitur in corpore humano tribus operatur modis. Aut eniꝫ in ipſo ſola ſui q̄litate operationeꝫ efficit. Aut ſui materia. Aut operationē facit tota ſui ſubſtātia. Et fortaſſe res q̄ ex his tribus intelligūtur verbis ꝓpinque erunt ſm̄ lingue conſiderationē. Sed cum de his loquimur intētiones exprimere volumus quas modo nominabimus. ¶ Sui ꝟo qualitate agēs eſt illud qđ calefieri ſolet cū eſt in corpore hoīs: aut infrigidari ⁊ calefacit caliditate ſua: aut frigefacit ſua frigiditate: ita ꝙ nō ei aſſimilatur. Et ſui quidē operās materia eſt illud qđ a ſui cōuertitur natura: ⁊ recipit formam alicuius diuiſionis membrorum humanorum. Sed eius materia licet formam illaꝫ recipiat: eſt tamen cū accidit vt aliqua ſuarum qualitatum quas habebat que ſuo modo fortior exiſtit q̄ꝫ humani corporis qualitas in ipſa remanere eā faciat a principio rei: donec cōpleat coagulatio ⁊ aſſimilatio: ſicut ſanguis q̄ generatur ex lactucis: quoniā in ipſo eſt plus frigiditatis q̄ꝫ ſit in ꝯplexione hoīs lꝫ ſit factus ſanguis ⁊ ſit bonus ad hoc vt mēbri hoīs ꝑs fiat: ⁊ ſanguis q̄ ex aliis generatur huic exiſtit contrarius. ¶ Sui vero ſubſtātia operans eſt forma ſui ſpecifica agēs ⁊ eſt illa qua ipſuꝫ eſt id quod eſt: ⁊ nō qualitate ſui: preter ꝙ corpori ſimile fiat: aut fiat ſimile ei corpus. ¶ Cūq͡ʒ dico qualitatē: vnam quattuor qualitatū intelligo. ¶ Qualitate igitur ſua operātis materia in opere ingreſſum non habet. ¶ Sua igitur operans materia eſt illud cuius materia cum de ſubſtātia quam habebat alteratur alteratione quā in ea fecit virtus que eſt in corpore reſtaurat illud quod ex eo fuit diſſolutū primo ⁊ accendit calorem innatum propterea ꝙ in ſanguine facit augmentum ſecundo. Et eſt etiam cum operatur ſuis qualitatibus que remanſerunt in ipſo tertio. ¶ Et ſua quidem operans ſubſtantia eſt illud quod forma ſue ſpeciei operatur quam acquiſiuit poſt complexionem: ꝙ cum eius ſimplicia ſe commiſcuerūt: ⁊ ex eis generata fuit res vna preparauit ſe ad recipieñ. ſpēm ⁊ formā additā ſuper illud quod hn̄t ſimplicia

Hec ergo forma nõ eſt qualitates prime quas hꝫ materia: nec cõplexio q̃ ex eis gñatur: ſꝫ eſt pfectio quã acquiſiuit materia ſꝫ aptitudinẽ q̃ fuit ei acquiſita ex cõplexione: ſicut in magnete virtus attractiua. Et ſicut natura cuiuſcũqꝫ ſpecierꝫ vegetabiliũ ⁊ aĩaliũ .ſ. illa quã habent poſt cõplexionẽ: propter cõplexionis preparatiõeꝫ ⁊ neqꝫ eſt de ſimplicibꝰ ꝯplexionibꝰ: neqꝫ ipſamet complexio: quia nõ ẽ caliditas: neqꝫ frigiditas: neqꝫ ſiccitas: neqꝫ hũiditas: neqꝫ ſimplices: neqꝫ cõmixte: ſꝫ eſt verbi grã color: aut odor: ãt aĩa: aut alia forma de non perceptis ſenſu. Et iſtius forme que generatur ex materia quandoqꝫ eſt perfectio paſſio alicuius: cum hec forma eſt virtꝰ paſſiua. Et quãdoqꝫ eſt earum perfectio facere ⁊ non aliud. Et eſt cum hec forma ẽ virtus agendi ⁊ non aliud. Sed cũ eſt agens ⁊ non aliud quandoqꝫ ẽ eius actio in corpore hominis: ⁊ quandoqꝫ non. Et eius quidem forme que poſt ꝯplexionẽ prouenit: aliquando accidit vt ſit perfectio paſſio ab alio cũ fuerit hec forma virtus paſſiua. Et quandoqꝫ accidit vt ſit perfectio eiꝰ in aliud actio. Et quãdoqꝫ accidit vt ſit hec forma virtus ſuper operationem in aliud. Et quandoqꝫ euenit vt ſit hec forma adiuuans ſuper operationeꝫ in aliud. Sed cum fuerit operatrix in alio aliquando euenit vt ſit eius operatio in corpore hominis: aliquando non. Et ſi ẽ virtꝰ in corpore hominis agens: aliquando efficit operationẽ conuenientem corpori: quandoqꝫ operationem non conuenientem. Tota autem operatio hec non prouenit ex eius complexione: immo ex eius forma ſpecifica adueniente poſt complexionem. Unde propter hoc vocamus huiuſmodi operationẽ a tota ſubſtantia ſcilicet forma ſpecifica: ⁊ non qualitate .ſ. non aliqua quattuor qualitatũ: neqꝫ eo quod eſt earꝫ cõmixtio. Conueniẽs vero eſt ſicut peonie operatio q̃ deſtruit epilepſiam. Non conueniens autem ſicut virtus napelli q̃ hominis corrũpit ſubſtãtiã. Rediemꝰ ergo nũc ⁊ dicemus: q2 cũ dicis ꝙ res que comeditur: aut qua fit inunctio eſt calida aut frigida: volumꝰ dicere ꝙ eſt ſic in potentia ⁊ non in effectu. Et volumus dicere quod eſt in potẽtia plus calida q̃ꝫ corpora noſtra: aut plus frigida q̃ꝫ corpora noſtra. Et cum hanc potentiam dicimꝰ volumꝰ dicere virtutem conſideratam per operationem caloris quam noſtra corpora in ea efficiunt: quoniam cũ eius portitor a calore innato qui eſt in nobis patietur: accidet in ea tunc illud in effectu. Eſt etiã cũ hanc potentiam dicimus ⁊ volumus rem aliam dicere. Et ẽ vt ſit potentia cum intentione bonitatis aptitudinis: ſicut cum dicimus ꝙ ſulphur eſt calidum in potentia. Et eſt cum diximꝰ ꝙ res calida: aut frigida ⁊ attendimus illud quod in eius complexione ex quatuor elementis primis eſt magis ſuperans: ⁊ non conſideramus operationem quam in noſtris efficit corporibus. Eſt etiam cum de medicina dicimus ꝙ eſt in potentia ſic cum fuerit ius potentia in intẽtione habitꝰ ſicut potentia ſcribe qui iam dimiſit. ſcri

bendi operationem: et tamen habet in ſcribendo potentiam quemadmodum dicimus quod napellus in potentia eſt corrumpens. Inter hoc vero et primam exiſtit differentia: quia prima niſi poſtquam corporis conuerſione manifeſta ea cõuerterit nõ exeũt ad effectum: iſtd aũt aut operatur ipſamet obuiatione ſicut venenum viperarum: aut per quãlibet conuerſionem in ſui qualitate ſicut napellus. Et inter potẽtias q̃dẽ primas: etiã inter potẽtiã primã quã nominamus ẽ aliqua potẽtia media q̃ ẽ ſicut potẽtia medicinarum venenoſarum. ¶ Preterea dicemus quod medicinarum gradus iam quatuor poſiti ſunt.

¶ Et gradus quidem eorum primus eſt illud quod cum comeditur et bibitur et quo fit inunctio efficit in corpore ſua qualitate operationem non perceptam: ſicut cum calefit aut infrigidat: et nõ percipitur: neque ſentitur calor aut frigiditas: niſi poſtquam reiteratũ fuerit et multum factum fuerit. ¶ Et gradus ſecundus eſt vt ſit operatio fortior iſta: ſed tamẽ non peruenit ad impediendũ operationes manifeſte neque curſum earum naturalẽ mutat: niſi per accidens aut cũ multotiens aduenit et eſt multum. ¶ Et tertius quidem gradus eſt vt ex operatione eius eſſentialiter proueniat impedimentũ manifeſtum: ſed nondum tamen peruenit ad mortificandum et corrumpendum. ¶ Et quartus eſt gradus vt illud ad mortificandum peruenit et corrumpendum. Et eſt quidem proprietas medicinarum venenoſarum: hoc eſt illud quod exiſtit per qualitatẽ. Cum tota vero ſui ſubſtantia mortificans eſt venenum. ¶ Dicemus autem denuo quod totũ illud qđ corpori aduenit quod ẽ ex eis inter que currit agere et pati: aut mutatur a corpore et non mutat ipſum: aut mutatur a corpore et mutat ipſum: aut non mutatur a corpore et mutat ipſum. ¶ Quod vero mutatur a corpore et non mutat corpus mutatione de qua ſit curandum aut conuertitur in ſimilitudinem corporis: aut non conuertitur. Illud autem quod in eius conuertitur ſimilitudinem nutrimentum eſt abſolute et illud quod non in eius conuertitur ſimilitudinem eſt medicina temperata. ¶ Quod vero a corpore mutatur et ipſum mutat non eſt poſſibile quin aut ſi cum mutatur a corpore mutet corpus et poſt corpus mutet ipſum ad vltimũ et deſtruat eius mutatio: aut nõ ſit ita ſed ipſum mutet corpus ad vltimum et deſtruat ipſum. Et prima quidem diuiſio: aut conuertitur in ſimilitudinem corporis: aut non cõuertitur in ſimilitudinem corporis. Si in corporis conuertitur ſimilitudinem erit medicinale nutrimentum. Et ſi in corporis non conuertitur ſimilitudinem erit medicina abſolute. Secũda autẽ diuiſio erit medicina venenoſa. ¶ Illud vero qđ a corpore nullo mõ mutatur et ipſum mutat eſt venenũ abſolute. Cũ aũt nos dicimus quod a corpore noſtro nõ mutatur: nolumus dicere quod nõ calefiat in corpore per operationẽ innati caloris in ipſo; imo plurimũ venenorum nõ operatur in corpore niſi calefiat per operationẽ caloris innati qui eſt in ipſo. Sed volumus dicere quod nõ mu

tatur in ſui forma naturali: imo nec ceſſat ab eo operatiõe eius vir tute ⁊ forma manentibus donec corpus corrumpat. Et eſt quidem cum eius natura eſt calida: ⁊ adiuuat tunc ſuam proprietatē natu ra eius ad reſoluendum ſpiritũ: ſicut venenum viperarũ ⁊ napelli. Et eſt cũ na tura eius ē frigida: ⁊ adiuuat ſuam proprietatem na tura eius ad congelandum ſpiritũ ⁊ debilitandũ ſicut venenũ ſcor pionis ⁊ iuſquiami. Totum vero illud qđ nutrit in fine rei natura li motione corpus mutat. Et eſt calefacere: qm̄ cum in ſanguine cõ uertitur proculdubio in calefaciendo augmẽtum prebet ita vt la ctuce ⁊ cucurbite taliter calefaciãt qualiter iſtud calefacere exiſtit. Cum vero calefacere dicim⁹ nolumus calefacere iſtud ſed illud qđ ex qualitate rei prouenit eius remanente ſpẽ. Et medicina quidē nutriens a corpore per ſui mutatur ſubſtantiã: ⁊ mutatur ab ipſo per ſui qualitatem: ſed prima mutatur in ſui qualitate. Et alia qui dem mutatur primo in caliditate ⁊ calefacit ſicut allia. Et eſt alia que mutatur primo in frigiditate ⁊ infrigidat ſicut lactuca. Cũq; eius cõuerſio in ſanguinē completur plurimum operationis eius eſt calefacere ꝓpterea ꝙ in ſanguine augmentum efficit. Quomo do enim non calefacit cum iam facta ſit calida ⁊ ſua frigiditate ſe expoliauerit. Sed vnicuiq; earum etiam aliquid innate qualitatis aſſociatur poſt cõuerſionē in ſubſtantia qm̄ in ſanguine q̄ generatˀ ex lactucis aliqua remanet infrigidatio. Et in ſanguine q̄ genera tur ex allijs aliq̄ remanet calefactio: ſed ex hoc vſq; ad tp̄s. ¶ Me dicinarũ preterea nutrimẽtũ alia eſt q̄ medicationi magis exiſtit ꝓ pinqua: alia eſt q̄ nutrimẽto eſt vicinior. Quẽadmodũ ipſorũ nutriẽ tiũ alia ſunt quorũ natura vicinior eſt ſubſtãtie ſanguinis: ſicut vi nũ ⁊ ouorũ vittelli ⁊ aqua carnis. Alia q̄ parumper ſunt longiquiora ſicut panis ⁊ caro. Et alia ſunt q̄ ſunt valde longiqua ſicut nutriẽ tia medcinalia. ¶ Ampli⁹ dicem⁹ ꝙ nutriẽs mutat corpis diſpo ſitionē qualitate ſui ⁊ quãtitate. Qualiter vero qualitate ſui mu tet iam ſciuiſti. Quantitate autem quoniam aut augmentabit et perueniet ex eo ad faſtidium ⁊ opilationes ⁊ poſtea ad putrefactio nem: aut minuet ⁊ perueniet ex eo ad ptiſim. Sed augmentum in quantitate ex nutriente ſemper eſt infrigidans: niſi prouematʒ ex eo p utredo ⁊ calefactio que calefit: ſicut enim putredo non accidit niſi propter calorem extraneum: ita propter ipſam etiam calor ac cidit extraneus. ¶ Dicemus etiam ꝙ nutriens aliud eſt ſubtile: aliud eſt ſpiſſum: aliud eſt temperatum. Et ſubtile quidem eſt illud ex quo ſanguis generatur ſubtilis. Et ſpiſſum ex quo ſanguis ge ratur groſſus. Uniuſcuiuſq; autem harum diuiſionum: aut eſt ei⁹ nutrimentũ multum: aut eſt paucũ. Exẽplum ſubtilis ⁊ multi nutri menti eſt aqua carnis ⁊ vinum: ⁊ oua ſorbilia calefacta aut retinẽ tia. Iſta eñ multi exiſtunt nutrimenti qm̄ plurimũ ſubſtantie ip

eorum in nutrimentū conuertitur. exemplū ſpiſſi ⁊ pauci nutrimēti eſt caſeus ⁊ caro ſalita ⁊ melongia ⁊ his ſimilia. Res enī que ex tis in ſanguinē conuertitur. Exemplū ſubtilis ⁊ pauci nutrimenti ē iulep ⁊ olera q̄ in ſubſtātia ſui temperata exiſtūt ⁊ in ſui q̄litate: ⁊ ex fructibus maciana ⁊ mala granata ⁊ que eis ſimulantur. Exemplū ſpiſſi multi nutrimēti ē oua lira ⁊ caro vaccina. ¶ Cuiuſcūq; etiā harū dictionū: alie ſunt q̄ ſunt boni chimi: alie ſunt q̄ ſunt mali chimi. Exemplum ſubtilis multi nutrimenti ⁊ boni chimi ouorū vitelli ⁊ vinū ⁊ aqua carnis. Exēplū ſubtilis pauci nutrimēti boni chimi lactuce maciana ⁊ mala granata. Exēplū ſubtilis pauci nutrimenti ⁊ mali chimi: pulmo ⁊ caro anagaid. Exēplū ſpiſſi multi nutrimēti ⁊ boni chimi oua lira ⁊ caro annualis agni. Exēplū ſpiſſi multi nutrimēti mali chimi caro vaccina ⁊ caro anat ⁊ caro eq̄na. ¶ Exēplū ſpiſſi pauci nutrimēti mali chimi caro ſalita. In hac aūt ſumma inuenies temperamentum.

¶ Sūma prima dictionis ſcde de pulſu: cuius ſunt. 19. capitula.

¶ De pulſu ⁊ eſt ſermo vniuerſalis. Cap. I.

Pulſus eſt motus receptaculorū ſpūs ex dyaſtole ⁊ ſyſtole cōpoſitus ad regendū ſpūm per aerem attractū. ¶ Cōſideratio aūt vel ſciētia q̄ attēditur in pulſu aut eſt vniuerſalis: aut p̄ticularis ſcdm vnāquāq; egritudinē. Et nos q̄dem hic de vniuerſalib⁹ regulis ſciētie pulſus loquamur. Et particulares ad loquendū de egritudinibus particularibus in poſterioib⁹ reſeruabimus. ¶ Dicemus ergo q̄ quiſq; pulſus eſt compoſitus ex duobus motib⁹ ⁊ duabus quietibus. Omnis nāq; pulſus ex dyaſtole ⁊ ſyſtole eſt cōpoſit⁹. Poſt hoc vero neceſſe eſt vt inter omnes duos cōtrarios mot⁹ quies interueniat. Impoſſibile eſt nāq; vt mot⁹ vnus alij motui cōtinuet poſtq̄ ſpacio eorū applicat̄ termin⁹ ⁊ extremitas in effectu. Hoc tamen in ſcientia naturali declarabitur. Poſtq̄ igitur hoc ita eſt: impoſſibile ē quin in vnoquoq; pulſu anteq̄ alius conſequatur quattuor interueniāt partes. ſ. motus duo: ⁊ quietes due. ſ. motus eleuationis ⁊ quies inter ipſam ⁊ depreſſionem ⁊ motus depreſſionis ⁊ quies inter ipſam ⁊ eleuationē. ¶ Depreſſionis vero motus apō plurimos medicorū nullo modo ſentit̄. Sed apud alios eſt cum aut in forti pulſu ſua fortitudīe ſentit̄: aūt ī pulſu magno pp̄ eleuatiōez ſui aut ī duro mītam ſui refrenationē: aut in tardo propter longiquitatē tp̄is ſui mot⁹. ¶ Gal. quoq; dixit. Lōgo tp̄e nō fui ſollicitus ex depreſſione. Poſtea vero non quieui tangendo donec ex eo aliquid percepi ⁊ poſtea illud compleui. Nam poſtea porte pulſus mihi aperte fuerunt. Qui vero iſta ſtuduerit vt ego percipiēt illō qō cōſecutus fui. Et licet ſit ita vt dicit ī plurimis tū̄ diſpoſitionib⁹

depreſſio non eſt ſenſu percepta.

¶ Cauſa vero ob quam ſtatutum fuerit tangere venas brachij eſt facilitas prebendi ipſum: et ꝙ homo non eſt ſollicitus vt ipſum diſcooperiat et rectitudo ſitus ipſius propter rectitudinem cordis et eius qđ eſt iuxta ipſum.

¶ Et oportet quidē vt ſit tactus manu ſuper latus exiſtente. Quoniam ſi manus ſupervola plante extendatur in latitudine augmentū prebet et ex eleuatione diminutionem facit: et etiam diminuet ex longitudine: et proprie in macilentis. Et reſupinata augmentat in eleuatione et longitudine.

¶ Oportet preterea vt tactus fiat in hora qua ille cuius pulſus eſt ſit ab ira remotus et gaudio et exercitio et oibus paſſionib⁹ et ſaturitate que grauedinem facit et fame et diſpoſitione relinquendi ꝯſuetudines et renouandi vſus.

¶ Et opꝫ etiā vt ſit de pulſu experimētū tēperati nobilis ita vt ali⁹ ei cōparetur.

Ex coloribus vrine ſunt gradus citrinitatis. Sicut palearis. Deinde citrin⁹. Poſt flauus. Deinde ruffus. Poſtea citrāgularis. Poſtea igneus qui tincture croci aſſimilat: ꝛ ipſe quidē eſt vehementer citrin⁹. Poſtea croceus q̄ ſimilatur capillis ʒabafarani: ꝛ iſte q̄dē eſt quē vocāt rubeū clarū. ¶ Oēs aūt qui ſunt poſt citrinū caliditatē ſignificāt: ſʒ tñ ſm ſuos diuerſificant gradus. Et eſt q̄dē cū accidūt p̄pter vehemētiam motus ꝛ p̄pter dolores: ꝛ p̄pter famē: ꝛ p̄pter aq̄ abſtinētiā. ¶ Poſt iſtos vero grad⁹ p̄dictos exiſtunt gradus rubedinis. Sicut rubeus roſeus. Et rube⁹ obſcurus. Et rube⁹ puluerulent⁹. Et oēs quidē ſanguinis dominiū ſignificāt. ¶ Et in oibus in quib⁹ eſt color ʒabafarano attinens eſt ſignificatio dominij colere rubee. ¶ Et in oib⁹ q̄ puluerulēto attinent: eſt ſignificatio dominij ſanguinis. ¶ Et igne⁹ q̄dē magis ſignificat calorē q̄ rube⁹ ꝛ pulueruleēt⁹ ſic ut colera in ſe calidior eſt q̄ ſanguis. Et color q̄dē vrine egritudinibus acutis incendentibus trahit ad colorem ʒabafarani ꝛ igneitatē. Qđ ſi ibi fuerit tenuitas: aliquā maturationis ſignificat diſpoſitionē ꝛ q̄ iam incipit ꝛ non appareat in ſubſtantia. Si aūt citrinitas fortior fiat ꝛ vſq̄ ad igneitatis p̄ueniat terminuʒ ꝛ ad finem in ea ſignificat q̄ calor inceſſanter proceſſit: ꝛ iſte q̄dē eſt finis citrinitatis. Qđ ſi in ipſo claritas augmētetur: calor iam ſm diminutionem incedit. ¶ Et eſt preterea cuʒ in egritudinibus acutis ſanguineis vrina ſicut ipſe ſanguis mingitur apertione vene ibi exiſtēte. Et ſignificat repletionem ſuperfluam: que ſi paulatim mingendo emittitur ꝛ eſt cum odore malo: eſt ſignificatio timoris: ꝛ timetur ex ea ne ſanguis ad loca ſuffocantia fuſus deriuetur. Et peior quidem ea eſt cum eſt ſubtilis in colore ſui ꝛ diſpoſitione. Cum autem ex ea multum mingitur: eſt cum eſt ſignificatio bona in febribus acutis ꝛ commixtis quoniam cum eſt ſignificatio criſis ꝛ ſanitatis niſi in principio ſubito attenuetur anteq̄ ſit hora criſis quoniam tunc erit recidiuationis ſignificatio. Et ſimiliter ſi tenuitas poſt criſim ordinata non fuerit. ¶ In ictericia v̄o cū vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredinem trahat ꝛ pānū taliter tingat ne remoueri poſſit. Et q̄to plus fuerit: erit ſanius: q̄m cū vrina in ipſa fuerit alba aut rubea pauce rubedinis ictericia in ſua diſpoſitione manente timetur ex ea hydropiſis. ¶ Fames quoq̄ eſt ex eis que vrinam vehementer tingunt et ipſam valde acuunt.

¶ Poſt vero ſunt gradus viriditatis, Sicut vrina cuius color co

ſori fiſticoꝝ attinet: deinde cuius coloꝛ eſt ſimilis coloꝛi eruginis eris Poſtea illa cuius eſt coloꝛ ſimilis coloꝛi ireos: deinde cuius coloꝛ ſi- milatur indico. Poſtea que ſimilis eſt ſucco poꝛri. ¶ Fiſticalis vero ſi- gnificat frigiditatē. Et ſimiliter oēs in qb⁹ exiſtit frigiditas ꝑter eā q̄ erugini eris aut ſucco poꝛri ſimilatur: hec nāq vehemēs ſignificat incēdiū. Uerūtamē ſucco poꝛri ſimilis ſanioꝛ eſt ea que erugini eris ſimilatur. ¶ Et illa q̄dē q̄ erugini eris ſimilatur poſt laboꝛem ſignifi- cat ſpaſmū. ¶ Uiridis vero in pueris ſpaſmū ſignificat. ¶ Que vero coloꝛem ireos hꝫ frigiditatē vehemētē ſm plurimū ſignificat: ⁊ ante ipſam ꝓcedit vꝛina viridis. Et quidam dixerūt ꝙ ſignificat venenū in potu fuiſſe bauſtū. Et ſi fuerit in ea hypoſtaſis ſpes erit vite. Et ſi non: timetur ei. Erugini vero eris ſimilis vehementem ſignificat per ditionē. ¶ Graduū aūt coloꝛis nigri: alius eſt niger q̄ ad nigredinē tendit ſm viam coloꝛis croci: ſicut eſt in icteritia: ⁊ ſignificat colere rubee ſpiſſitudinem: ⁊ eius aduſtionem: ⁊ coleram nigrā q̄ accidit ex colera rubea: ⁊ ſignificat ictericiā. Et ali⁹ eſt qui ex fuſco ꝓuenit ad nigredinem: ⁊ ſignificat coleram nigram. Et alius niger qui pꝛo- uenit ex viriditate ⁊ coloꝛe indico ſimili: ⁊ ſignificat coleram nigram puram. ¶ Et ad ſummum quidem vꝛina nigra ſignificat aut vehe mens incendium: aut foꝛte frig⁹: aut moꝛtem: aut caloꝛis naturalis ſuperationem: aut criſim ⁊ expulſionem nature qua ipſa colere ni- gre expellit ſuperfluitates. Quod autem ex incendio eſt cognoſcitur: qm̄ illic eſt foꝛtis ardoꝛ: ⁊ ante ipſaꝫ fuit vꝛina citrina vel rubea: ⁊ hyp poſtaſis eſt diuulſa ⁊ inequalis ⁊ incontinua: ⁊ nō eſt vehementis ni gredinis: immo trahit ad coloꝛē croci ⁊ citrinitatem: aut ad fuſci- tatē. Et ſi ad citrinitatē trahit: ſignificat multam icteritiā. Uerūta mē qḋ ex frigiditate fit: cognoſcitur vt ante ipſum habeat vꝛina q̄ ad viriditatē trahit aut ad liuiditatem: ⁊ eſt ſedimen paucū iunctū ac ſi eſſet ſiccū ⁊ nigredo in ipſa eſt puriꝛ. ¶ Et eſt etiaꝫ cū inter duas cōplexiōes differētia notatur. Qm̄ qn̄ cū vꝛina nigra foꝛtis odoꝛ fuerit ſignificabit caliditatem. Et cū fuerit cū ea odoꝛis pꝛiuatio aut foꝛ titudinis ei⁹ debilitas ſignificabit frigiditatē. Cū em̄ natura valde fuerit ſuperata: odoꝛ non erit in vꝛina. Illḋ aūt qḋ ex caſu caloꝛis ac cidit innati cognoſcitur: pꝛopterea ꝙ ipm̄ ſequitur foꝛtitudinis ca- ſus ⁊ ei⁹ diſlocatio. Et illud q̄dem qḋ accidit ſecūdū modū purgatio nis ⁊ criſis cognoſcitur ſicut quod accidit in fine quartanarū: ⁊ cū ſplenis egritudines reſoluuntur: ⁊ doloꝛes doꝛſi ⁊ matricis: ⁊ febꝛes melancolice: ⁊ nocumenta que ex menſtruoꝛum accidunt retentione ⁊ retentio eius quod ex ſanguine fluere ſolebat per anū ⁊ ꝑcipue cū na tura ⁊ ars in ꝓuocādo menſtrua iuuant: ⁊ ſicut accidit mulieribus quarum menſtrua retinentur. Et non retinet natura ſanguinis ſu perfluitatem: pꝛopterea ꝙ ante ipſam pꝛeceſſit vꝛina indigeſta aq̄- ſa et pꝛopterea ꝙ poſt ipſam adiuuet coꝛpoꝛi alleuiatio: ⁊ erit ip- ſius quantitas maxima copioſa. Qḋ ſi non ita vꝛina fuerit nigra:

ſignum erit malum: ⁊ precipue in acutis egritudinibus: et quanto plus ſi eius quantitas fuerit pauca quoniam ex ſua paucitate eſt ſciendum quod humorem iam deſtruxit aduſtio. Et quanto magis fuerit groſſa erit deterius. Et quanto magis fuerit tenuis: erit minoris malicie. Et eſt quãdo cũ accidit vt vrina nigra aut rubea obſcura mingat: propter vini potionem quod huius habet colorem cũ nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit ⁊ exierit ſm ſuam diſpoſitionem: ſed in hoc non eſt timor. Et eſt cu; bone criſis ſignificatio exiſtit ⁊ in acutis egritudinibus: ſicut ſi eger eam tenuem minxerit: ⁊ fuerit in ea ſuſpenſio in partib⁹ diuerſis. multotiẽs enĩ ſignificat ſonitũ capitis ⁊ vigilias ⁊ ſurditatem ⁊ deſipientiã. Et pcipue ſi paulatim eã minxerit ⁊ in longo tpe fuerit ſuſpenſa ⁊ fuerit ei⁹ odor acutus ⁊ fuerit cũ febrib⁹: qñ tũc vehemẽtẽ ſignificabit capitis ſonitũ ⁊ deſipientiam. S; qñ affuerit ibi inſõnietas ⁊ ſurditas ⁊ deſipientia ⁊ ſonit⁹ capitis ſignificabit ſanguinis fluxũ ex narib⁹. Et eſt etiam cũ exiſtit cauſa lapidis in rhene. ¶ Ruffus inquit. Urina nigra bona eſt in egritudinibus lapidis q̃ ex humorib⁹ pueniũt groſſis. Et eſt ſignificatio mortalis in egritudinib⁹ acutis. Dixit etiã quod vrina nigra eſt mala in egritudinibus rhenum ⁊ veſice cum vehemens ardor ibi adeſt. Conſidera ergo alia ſigna. ¶ Urina nigra in ſenib⁹ non eſt bona ppter illud qd̃ ſcis. Nec venit in eis niſi ex corruptiõe mala. Et ſimiliter in mulieribus vrina nigra poſt laborẽ ſignificat ſpaſmũ. ¶ Ad ſummum vero vrina nigra in pncipio febrium eſt perniciosa. Et ſimiliter in earum fine quando nõ cum ea fuerit alleuiatio: neq; ſignificauerit criſi;. ¶ Urina aũt alba ſm duas intentiões eſt ſcienda. Una ea; eſt cum ipſa eſt tenuis tranſlucens qñ vulg⁹ qd̃ trãſlucens eſt album vocat ſicut eſt vitrum qd̃ eſt clarũ: ⁊ criſtallũ clara; vocat albã. Et altera eſt que pro certo eſt alba cuius color eſt diſgregatiuus viſus ſicut lac: ⁊ pergamenum: ⁊ iſta quidem non trãſlucent vt viſus in ipſa penetret: tranſlucentia enim pro certo non eſt niſi omnium colorum priuatio. ¶ Album igitur ſecundum intentionem tranſlucentis ſignificat frigiditatem omnino: et eſt auferens digeſtionis fiduciam. Et ſi cum groſſitudine fuerit ſignificabit flegma. ¶ Sed alba pro certo non erit cum groſſitudine. Et eius quidem alia eſt cuius albedo eſt muſcillaginoſa ⁊ ſigñat multitudinẽ flegmatis ⁊ hũoris crudi. Et alia eſt cui⁹ albedo eſt vnctuoſa: ⁊ ſignificat adipis liquefactionẽ. Et alia eſt cui⁹ albedo eſt ſimilis albule: ⁊ ſignificat flegmatis liquefactionem que accidit aut accidet. Et alia eſt cuius albedo eſt ſimilis albedini que eſt in fungo cum tenuitate et ſanie: et ſignificat exituras vlceroſas in inſtrumentis vrine. Et ſi abſq; ſanie fuerit: erit propter ſuperationem materie multe crude non mature. Et eſt cum eſt cum lapide veſice. Et eſt alia que ſpermati ſimilatur: que cum flegmaticorum apoſtematum adeſt criſis ⁊ laxitas interiorum egritu-

dinum que ex flegmate accidunt vitreo. Cum vero vrina ſpermatis ſimilis exiſtit: ⁊ non eſt ſm modū criſis eſt ꝓpter apata flegmatica. Immo cum in primis ꝓuenit: pronoſticabit apoplexiam aut paraliſim. ¶ Et cū in omnib⁹ horis febris alba ſuperuenerit vrina cito in quartanam conuertetur. Et plumbina quidem ſine hypoſtaſi eſt valde mala. Et lactea etiam in acutis egritudinibus eſt pernicioſa ¶ Albedo preterea vrine in febrib⁹ acutis quocūqꝫ modo fuerit poſt tincturam que preceſſit: ſignificat ꝙ colera rubea ad aliquod membrum declinauit qđ apatur aut ad fluxum ventris: ⁊ ꝙ magis ſignificat ꝙ declinauit ad caput. ¶ Et ſimiliter cum vrina rubea eſt in febribus: deinde ſubito fit alba ſignificat deſipientiam. ¶ Et cū vrina in ſanitate pſeuerauerit in colore albo ſignificat priuationem digeſtionis. Et albule ſimilis que lacti ſimilatur acetoſo in febribus acutis mortem ſignificabit aut ptiſim. ¶ Scito autẽ ꝙ poſſibile eſt vt vrina ſit alba ⁊ complexio calida ⁊ colerica: aut vrina rubea ⁊ complexio frigida flegmatica. Colera eñ rubea cū declinat a via vrine ⁊ nō admiſcet vrine remanet vrina alba. Debes ergo vrinam albam conſiderare. Quoniam ſi fuerit huius humor multus ⁊ luminoſus: ⁊ ipſius ſedimen multum ⁊ groſſum: ⁊ eius ſubſtãtia cum hoc trahit ad groſſitudinẽ: debes ſcire ꝙ albedo eſt ex frigiditate flegmatis. Sꝫ cum vrina non fuerit luminoſa clara: neqꝫ eius ſedimen multū: neqꝫ peruia: ⁊ albedo ad fuſcitatem traxerit: ſcire debes ꝙ colera rubea eſt occultata. Et ſi i egritudine acuta fuerit i ea ſignificatiões ſalt⁹: ex qb⁹ nō tiet phreneſis: ⁊ q̃ ſūt ſicut ipꝫ: debes ſcire ꝙ cholera rubea declinauit ad alium cannalem: ⁊ ad inteſtina: ⁊ accidet ei cõſtrictio ¶ Cauſa vero ob quam vrina exiſtit rubea in egritudinibus frigidis eſt vna harum rerum. Aut fortitudo doloris qui coleram rubeã reſoluit ſicut in colica accidit frigida. Aut opilatio q̃ facta fuit ex ſeparatione flegmatis in cannali qui eſt inter fel ⁊ inteſtina qua propter fel ad inteſtina naturaliter non deſcendit ſicut ſolebat. immo vrine ſocietas eſt ei neceſſaria cum qua egrediatur quemadmoduꝫ accidit in colica frigida. Aut propter debilitatem epatis ⁊ ſue virtutis defectum que inter aquoſitatem ⁊ ſanguinem ſeparationem facere non valet: ſicut accidit in hydropiſi frigida ⁊ in egritudinibus debilitatis epatis ſecundum plurimum: quoniam propter eas vrina eſt ſimilis loture carnis recentis. Aut propter conſtrictionẽ quã opilationes fecerunt: ⁊ mutatur color flegmatis in venis propter aliquam putrefactionem que ei accidit. Et eius quidem ſignum eſt aquoſitas vrine ⁊ eius ſedimen ſecundum modum quem diximus. Et eius tinctura eſt tinctura debilis non luminoſa. Colere enim rubee tinctura eſt luminoſa. ¶ Urina quoqꝫ multotiens in principio egritudinum erit alba: ſed poſtea fiet nigra ⁊ fetebit: ſicut accidit in ictericia. ¶ Amplius vrina poſt comeſtionem albeſcit: neqꝫ ſic ceſſat donec digeſtio fieri incipiat: tunc enim incipit vrina

tingi. Et propter hoc vrine vigilantium ſunt albe et adiuuat ad hoc coloris innati reſolutio. Sed non luminoſe immo attinent fuſcitati propter priuationem digeſtionis. ¶ Tinctura rubea i egritudinibus acutis melior eſt quã aquoſa. Sed rubea que ẽ ſanguinea maioris eſt ſecuritatis quam rubea colerica. Rubea quoq; colerica non tanti eſt timoris cuȝ colerica quieta manet. Sed ſi extet mobilis magni eſt timoris. ¶ Amplius vrina rubea in egritudinibus renum eſt mala: qm̃ ſecundũ plurimum calidum ſignificat apoſtema. Et in doloribus capitis deſipientiam portendit. ¶ Cunq; vrina in egritudinib⁹ acutis rubere ceperit ꝛ ſic permanſerit ꝛ non inferius deſcenſum fecerit: perditionis egri timorem affert: ꝛ renũ apoſtema ſignificabit. ¶ Quod ſi cum rubedine fuerit turbida: et aliter permanſerit: apoſtema in epate ꝛ caloris innati ſignificabit debilitatem.

¶ Amplius colorũ vrine ſunt quidã cõpoſiti Ex quibus eſt color q̃ carnis recentis loture aſſimilat: q̃ etiã ſanguini i aqua diſſoluto ſimilis exiſtit. Et eſt ex debilitate apoſtematis. Et qñq; ẽt ex multitudine ſanguinis. Ueruntamen ſepius exiſtit ex debilitate epatis ex quacũq; complexione ſuperuenerit malitia vincente quam digerẽdi malitia vel debilitas demonſtrabit ꝛ virtutis diſſolutio. Qḋ ſi virtus fortis fuerit: tunc non erit niſi ex ſanguinis multitudine ꝛ eius augmento vltra menſuram quã virtus diſgregatiua penitus ſeparare non ſufficit. Et ex eis eſt etiam color oleaginus: ꝛ eſt citrinitas cui admixta eſt ſiclinitas. Et colori olei ſimulatur propter viſcoſitatem que eſt in ipſo: ꝛ tranſlucentiam cũ nitore adipino ꝛ cuȝ ſplendore ſubſtantie ad quãdã ſpiſſitudinem trahit. Et in plurib⁹ diſpoſitõibus ſignificat malum: aut non ſignificat bonum: neq; maturationem: neq; meliorationem. Sed fortaſſe raro materierum vnctuoſarum euacuationem ſecundum modum criſis ſignificat.

¶ Et hoc quidem non eſt niſi cum poſt ipſaȝ aduenit requies. Que vero ex ea ẽ pernitioſa eſt illa cuius vnctuoſitas eſt fetida: ꝛ proprie illa ex qua parua mingitur quantitas. Cum vero ei aliquid miſcetur quod eſt ſimile loture carnis recentis eſt deterior. Et hoc quidẽ plus contingit in hydropiſi ꝛ ptiſi ꝛ colica mala. Et eſt cum oleagina poſt nigram ſequitur vrinam que preceſſit: ꝛ tunc quidem eſt ſignificatio bona. Maius autem quod vrina ſignificat oleagina eſt ꝙ in die quarta indicet egrum in die ſeptima moriturũ in egritudinibus videlicet acutis. Ad ſummum vero oleagine vrine tres ſunt ſpecies. Alia enim enim ex ea eſt que tota eſt adeps. Et alia eſt cui⁹ inferius eſt tantum adeps. Et alia ẽ cui⁹ ſuperi⁹ eſt adeps. Ex ea ẽt ẽ q̃ in ſuo colore tantum eſt oleagina ſicut ẽ i ptiſi ꝛ ꝓprie i ſui ꝑncipio: aut i ſui ſubſtãtia tm̃: aut in eis vtriuſq;: quemadmodum eſt in egritudinib⁹ renũ: ꝛ i ꝑfectione ptiſis ꝛ ei⁹ fine. ¶ Et ex eis eſt etiam

carminiusqui malus eſt ꝛ pniciosus quoniam vtriuſqꝫ colere ſigni ficat aduſtionē. ¶ Et qñqꝫ eſt color rube⁹ī quo currit nigredo. Et ſi gnificat febres cōpoſitas: ꝛ febres que ex groſſis ſunt ſupfluitatib⁹ ¶ Qui ſi clarior fuerit ꝛ nigredo ad ipſius ſummitatem declinaue rit: apoſtema ſignificabit lateris.

¶ De ſignificationibus ſubſtãtie vrine in quantitate ipſius ꝛ incla ritate ſui aut turbulentia. Capitulum. 3.

Subſtantia vrine eſt: aut tenuis: aut groſſa: aut mediocris. ¶ Ualde vero tenuis in omnibus diſpoſitionibus maturatio nis ſignificat priuationem aut in venis opilationes: aut epatis de bilitatem: ꝛ cãnalium vrine qui non attrabunt niſi qđ tenue eſt: aut attrabunt ſed extra non eijciunt niſi qđ natura ſubtile exiſtit: aut multam aque potationem: aut vebementis frigiditatis cōplexio nem cum ſiccitate. ¶ Et in acutis quidem egritudinibus ſignificat virtutis digeſtiue debilitatē ꝛ maturationis priuationeꝫ. ¶ Et eſt etiã cū reliquarū virtutū tãtã ſignificat debilitatem vt nullo mō in aqua operentur immo queadmodū ingredif ita labif. ¶ Et vrina quidem tenuis valde ſꝫ bunc modū deterior eſt in pueriſqꝫ in iuue nibus: quoniam naturalis puerorum vrina ſpiſſior eſt vrina iuuenū iđ ꝙ ſunt bumidiores: ꝛ ꝙ eorū corpora plus attrabūt bũiditates propterea ꝙ materia ſupfluēs eſt eis neceſſaria cã augmēti. Si er go eoꝝ vrine in febrib⁹ acutis multū fiãt tenues: iã valde elongati erūt a ſua naturali diſpoſitiōe Et ſi bec in eis pſeuerauerit: nō ſigni ficabit niſi perditionē: qm̄ cū perdurat ſignificat pditionē: niſi bo na ſint adiuncta ſigna: ꝛ virtutis ſtabilitas: tūc em̄ exituram ſigni ficat que accidit ꝛ pprie iferi⁹ ſub pte epis. Et ſilr̄ ſi boc in ſanis per manſerit ꝛ ſe nō cōuerterit ab eis ſignificabit apoſtema qđ accidet illic vbi dolorē ſentiūt. Et ſecundum plurimum accidet eis vt cum boc in alcbatin ꝛ in renibus dolorem ſentiant. Et ſignificat apti tudinem ad apoſtema. Quod ſi dolor et grauitas vni mēbro pprio non fuerit: immo ſunt communes ſignificabit botbor ꝛ variolas ꝛ aſpata que corpori erūt cōia. ¶ Tenuitas quoqꝫ vrine in criſi ſine or dine recidiuationē pnoſticat. ¶ Urina aūt multū ſpiſſa ſm pluri mū ſignificat maturatiōis puationē. Et ſm minus bumorum groſ ſe ſubſtãtie maturationē. Erit ergo in ſtatu bumoroſarum febrū ꝛ in apertione apoſtematū. Et plurimum quidem quod in acutis ſi gnificat egritudinib⁹ eſt malum. Ueruntamen tenuitatis durabili tas plus ſignificat malum. Spiſſitudo nãqꝫ quãdam ſignificat di geſtionem: que quidem ſubſtantie cōfert in eo ꝙ digeſtionem ſigni ficat ꝛ ꝙ virt⁹ expellēdi babet potentiam eſt id in quo fiducia ba betur. Et inquãtū matrici ſignificat corruptionem ꝛ ei⁹ multitudi nem ꝛ maturationis pbibitionē ſeparantis ad fundum deſcendē tis ſignificat malū. Quid aūt ſit illud quod inter duas res ſuperã tius eſt: cognoſcitur ex eo quod poſtea aduenit ex requie: aut ſucce

dit ex debilitatis augmento. ¶ Et vrinarum quidem ſpiſſarum in febrib⁹ ſanior exiſtit illa de qua multum ſubito euacuat. Illa vero que paulatim euacuat multorum humorum eſt ſignificatiua et debilitatis virtutis. Et poſt illam quidem que vtilitatem affert: ſequitur mediocris vrina ſimul cum requie. ¶ Cum autem tenuis vrina in acutis egritudinib⁹ ad ſpiſſitudinem conuertitur poſtquam non aduenit reſes ſignificat liquefactionem. ¶ Cumque in ſano vrina perſeuerauerit ſpiſſa et in parte capitis dolorem ſenſerit et conquaſſationem indicabit ei febrem. ¶ Eſt tamen cum hoc eſt ex ſuperflua expulſione: aut apertione: aut vlcerib⁹ in partib⁹ viarum vrine. Non autem ſubtilitas et ſpiſſitudo vtreque maturationis ſignificant priuationem: niſi quia maturationem ſubſtantie comitatur mediocritas. Spiſſe enim maturatio eſt vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio eſt vt coquendo mutetur ad ſpiſſitudinem. Ampli⁹ vrina ſpiſſa quemadmodum pri⁹ diximus quandoque eſt clara tranſlucens: quandoque eſt turbida. Uerumtamen inter ſpiſſam tranſlucentem et tenuem exiſtit differentia. Quoniam ſpiſſa tranſlucens cum motu inundatur non fiunt partes ipſi⁹ inundate multum parue imo magne in ea accidunt vnum et ei⁹ mot⁹ ſunt tardi et cum ſpuma multarum ampullarum et ipſi⁹ ampulle non cito rumpuntur. Et que quidem huiuſmodi exiſtit ex flegmate generatur bene digeſto aut colera vitellina ſi eſt in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et ſi tinctura non eſt in ea ſignificat flegmatis vitrei reſolutionem. Et hoc quidem in epilepticorum vrinis multum exiſtit. In tenui autem in qua multa exiſtit tinctura ſcitur tincturam non eſſe propter digeſtionem. Alioquin digeſtio in primis non magis operatur ſubſtantiam quam coloris permixtionem. Propria namque digeſtionis operatio eſt ſubſtantiam efficere deinde ipſam tingere. Et digeſtio quidem in ſubſtantia melior eſt quam in colore. Et propter hoc cum vrina tenuis in acuta egritudine perſeuerat: ſignificat malum: et quod virt⁹ digeſtiua eſt ſopita. ¶ Cum autem vrinam videris tenuem in cuius partibus rubedinis et citrinitatis fuerit diuerſitas: laborem cognoſces inflamantem. Et ſi tenuis fuerit: fueritque in ea res que ſunt ſicut furfures egritudine in veſica non exiſtente ſignum erit hoc eſſe propter flegmatis aduſtionem. ¶ Spiſſa autem vrina in febrib⁹ acutis ad ſummum multos ſignificat humores. Et fortaſſe ſignificat liquefactionem. Et ipſa quidem eſt que cum vna permanet hora congelatur et inſpiſſatur. ¶ Ad vltimum vero turbulentia vrine eſt propter terreitatem cum ventoſitate que aquoſitati admiſcetur. Ex iſtis namque cum admiſcetur prouenit turbulentia. Et ex ipſorum abinuicem ſeparatione prouenit claritas. ¶ Amplius tres debes attendere diſpoſitiones. Eſt namque cum tenuis mingitur et deinde inſpiſſatur: que ſignificat quod natura laborat in maturando: ſed nondum materia ei vndique obediuit et eſt patiens: et fortaſſe eſt cum membrorum ſignificat liquefactionem. Aut mingitur ſpiſſa et poſtea clarificatur et ſeparatur ab ea groſſum ſubtus ſtans: et ſignificat quod natura iam ſuperauit materiam et ipſam maturauit. Et quanto maior fuerit claritas et maior deſcenſus inferius et citius magis ſignificabit maturationem. Aut eſt diſpoſi-

tio media inter primã ⁊ alteram ex qua cũ perdurauerit ⁊ natura fuerit fortis ⁊ virtus fixa ſcietur ꝙ nõ ad maturationẽ perueniet̃ur integram. Si vero virtus fixa non fuerit timẽdũ ne perditio perueniat ad maturationẽ. Cum aũt perdurauerit ⁊ timoroſa ſignificatio nõ affuerit: ſignificabit capitis dolorẽ qm̃ ſignificabit ebullitionẽ ⁊ ventoſitates vaporoſas. ¶ Illa vero q̃ ex tenuitate ad turbulẽtiã puenit ⁊ ſic procedit: melior eſt q̃ in turbulentia permanet ſm plurimas horas. ¶ Urina quoqꝫ multotiens fit ſpiſſa ⁊ eſt hoc ꝑpter caſum virtutis ⁊ non ꝑpter nature expulſionem. ¶ Sꝫ vrina q̃ aquoſa mingiť ⁊ aquoſa remanet: ſignũ eſt priuatiõis maturationis penitus. ¶ Et vrina ſpiſſa laudabilior eſt q̃ ad exeundũ eſt facilis ⁊ multe ſeparatiõis ſimul. Ex huiuſmodi nãqꝫ ſanať paralyſis ⁊ qđ eſt ei ſimile. ¶ Cũ vrina groſſa mingiť ⁊ deinde ꝓcedẽdo ſm ordinẽ attenuať ſi multa eſt ꝯueniẽs exiſtit. Et cũ ipſa poſt ſpiſſam ⁊ turbidam ⁊ paucam ſequiť: eſt ſignum bonũ. Et hoc quidẽ cũ eſt ſpiſſa que turbulenta eſt aperiť que mingiť paulatim ⁊ ſubito inde multa facile mingiť vrina: cũ hac em̃ multotiẽs reſoluiť egritudo ſiue ipſa ſit vna febriũ acutarũ: ſiue ſit vna aliarũ egritudinũ ex repletione ꝓuenientiũ: ſiue ſit repletio ex qua nondũ manifeſta accidit egritudo. Et iſte q̃dẽ vrine modꝰ eſt extraneꝰ. ¶ Quãdo cũ vrina naturalis coloris ſuperflua eſt ſpiſſitudo: plerũqꝫ ſigt bonitatẽ expulſionis multarũ materierũ cui exeũdi aſſociať facilitas. Et plerũqꝫ ſignificat perditionẽ: ꝓpterea ꝙ humoꝝ ſignificat multitudinẽ q̃ virtutis debilitatẽ. Et hoc q̃dẽ demõſtrat egrediẽdi difficultas ⁊ paucitas eiꝰ qđ egrediť. ¶ Urina quidẽ ſpiſſa bona eſt q̃ eſt criſis egritudinis ſplenis ⁊ febriũ permixtaꝝ in qua nõ expectatur equalitas: qm̃ natura in expellendo impediť. ¶ Urina ad vltimũ turbulenta ſignificat humoꝝ multitudinẽ ⁊ naturã ab eis occupatam in maturãdo eos. ¶ Urina ſpiſſa in qua ſedimẽ exiſtit harenoſum ſignificat lapidem. ¶ Urina ſpiſſa q̃ apoſtematũ ſignificat apertionẽ cognoſciť ex eo qđ ei admiſceť ⁊ eo quod preceſſit. Ex eo em̃ qđ admiſcetur ſicut pure qđ malus odor demõſtrat: ⁊ exeuntibus que cũ ea ſeparanť: ſicut petala alba ⁊ rubea: aut ſicut furfur: aut alia ab iſtis ex eis per que cognoſcitur. Ex eo q̃dem qđ preceſſit: qm̃ ibi priꝰ fuit ſignificatio apoſtematis aut vlceris in veſica aut rene aut hepe aut in partibꝰ pectoris ⁊ ſignificat huiꝰ apoſtematis apertionẽ ſi ante ipſam vrina fuit ſimilis loture carnis recẽtis qđ eſt ex gibboſitate epatis. Et ſi egeſtio talis fuit apoſtematis qđ eſt eiꝰ cõcauitate: ⁊ ſi anhelitꝰ coãguſtatio preceſſit: ⁊ tuſſis ſicca: ⁊ dolor in mẽbris pectoris pungitiuꝰ: tunc apoſtema qđ eſt apertũ eſt lateris: ⁊ exiuit a ꝑte arterie maioris: ⁊ ſi in pure illo eſt maturatio ꝯueniẽs eſt. ¶ Et eſt cũ ſanꝰ euacuatꝰ q̃ exercitiũ reliquit mingit vrinã ſicut pus ⁊ virꝰ tenue quo ipſius purgatur corpus: ⁊ eius auferť laxitas quã exercitij dimiſſione conſecutꝰ eſt. Et eſt etiã cuꝫ

In epate aut in eo quod eſt coraȝ ipſo fiunt opilationes: ⁊ plerūq; cōtingit vt earum apertione ſit vrina ſpiſſa propterea ꝙ earū egredietur materia ⁊ hec talis ſpiſſitudo non eſt pus. Sed in ipſa que ē poſt apoſtematis apertionem eſt pus. Et cū vrina fuerit cum ſpiſſitudine ⁊ ad nigredinē traxerit ⁊ cū ea fuerit in latere ſiniſtro dolor erit tunc ex parte ſplenis. Et ſecundum hanc conſiderationem ſi ſupra femur fuerit aut in ſummitate ventris: erit tūc ex parte ſtomachi. Hoc tamen ſepius eſt ex parte epatis ⁊ cannalium vrine. ¶ Urina turbulenta multotiens ſignificat caſum virtutis. Cūq; virt⁹ ceciderit frigiditas ſuperabit q̄ erit ſicut illa q̄ exteri⁹ infrigidat. ¶ Urina turbulenta q̄ malo vno ſimilat̄ aut aq̄ ciceris eſt vrina p̄gnantium: aut habentium apoſtemata calida longi temporis in ſenioribꝰ. ¶ Urina q̄ vrinis aſinorū aut animaliū aſſimilat̄ ⁊ eſt q̄ſi nulachlach ꝓpterea ꝙ ē multū turbida: corruptionē humorum corporis ſignificat. Quod tamen magis ſignificat eſt flegma crudum in quo aliqua caliditas opata fuit ⁊ ip̄m cū groſſa ventoſitate ebullire fecit. Et propter hoc plerunq; ſignificat capitis dolorem venturū aut alabachal. Et cum perſeuerat: ſignificat lethargiam ¶ Urina q̄ colori alicuius membri ſimilat̄ cum perdurat egritudinem in illo mēbro ſignificat. Et q̄dā dixerūt ꝙ cū in inferiori parte vrine fuerit aliq̄d qđ pulueri ſit ſimile aut fumo ꝓlongabit̄ egritudo. Et ſi in tota perdurat egritudine pronoſticatur mortē aut flegma cruduȝ quod a puro diſcernitur fetore. ¶ Urina habens partes diuerſas ſignificat ꝙ quanto plus partes in ipſa fuerint maiores: tanto plus nature operatio eſt ſtudioſior: ⁊ natura plꝰ potēs: ⁊ pori plus aperti. ¶ Urina in qua videntur quaſi adinuicem mixta ſignificat ꝙ fuit micta poſtq; coitus fuit cōpletus.

¶ De ſignificationibus odoris vrine.

Dixerunt q̄dam ſe nunq̄ vidiſſe egrū cuiꝰ vrine odor ſit ſicut odor vrine ſani. ¶ Et nos q̄dem dicemus ꝙ cum vrina nullo modo odorem hȝ cōplexionis frigiditatē ſignificat ⁊ ſuperfluaȝ cruditatem. Et plerunq; etiam ſignificat in acutis egritudinibus mortē nature. ¶ Cū aūt odoreȝ habuerit fetidū ⁊ maturationis ſignificationes in ea fuerint: erit ipſius cā ſcabies āt vlcera in inſtrumētis vrine q̄ ſuis cognoſcunt̄ ſignis. ¶ Qđ ſi maturatio nō affuerit poſſibile erit vt ſit ex hoc ⁊ poſſibile vt ſit ex putrefactiōe. ¶ Cūq; hec in febribꝰ fuerit acutis: ⁊ nō fuerit cā membroꝝ vrine: erit ſignū malū. Cum ad acredinem traxerit: ſignificabit putrefactionē que eſt in humoribꝰ frigidā hn̄tibꝰ ſubſtātiā q̄s calor ſupauit extraneꝰ: ⁊ ſignificabit mortē caloris nālis: ⁊ dn̄ium frigiditatis i natura cū calore extraneo. ¶ Odor ſꝰo q̄ ad dulcedinē trahit ſanguis ſignificat dn̄iuȝ. Et q̄ multū eſt fetida eſt colerica: ⁊ fetida ad acredinē trahēs ē melācholica. Cūq; vrīa fetidi odoris i ſanis pſeuerauerit: ſignificabit febres q̄ ex putrefactiōe accidūt: āt minoratiōem

putrefactionis q̄ in ipſis eſt retēta. Et hoc q̄dē demōſtrabit ſi illico alleuiationē habuerit. ¶ In acutis egritudinib⁹ cū fetor vrinā cō municabit᷑ ⁊ poſtea ab ea remouebit᷑: fueritq̄ᷓ ablatio hec ſubito: ⁊ poſt ipſaʒ nō ſubſecuta fuerit req̄es: ſignificatio erit caſus virtutis

¶ De ſignificationibus vrine ex ſpuma ſumptis. Ca. 5.

Spuma accidit ex humiditate ⁊ vētoſitate proiecta in vrinalē cū ꝓiectione vrine. ¶ Uētoſitas vero cū vrina egrediēs auxiliū ꝓculduldio prebet in ſubſtātia vrine ⁊ precipue cū vētoſitas in cor pore ſuperauerit: queadmodū in vrina accidit opilatiões hn̄tium in qua multe ſunt ampulle. ¶ Et ſpuma quidē qn̄q̄ᷓ cū ſuo ſignifi- cat colore: ſicut ſignificat ſua nigredine ⁊ ruffedine in icteritia. ¶ Et eſt cū ꝑuitate ſui ⁊ magnitudine ſignificat: qm̄ ipſi⁹ magnitu- do ſignificat viſcoſitatē. ¶ Sui vero multitudine ⁊ paucitate: qm̄ ip ſius multitudo ſignificat viſcoſitatē ⁊ multā ventoſitatē. ¶ Et ipſa quidem ſignificat per rupturam ſuarum ampullaruʒ cito factam aut tarde: qm̄ ruptura ampullarum tarda ſignificat viſcoſitatem Et parue quidem ampulle remanentes in egritudinibus renum ſi gnificant ventoſitates ⁊ viſcoſitatem. ¶ Ad ſummum vero humor viſcoſus in egritudinibus renuʒ eſt malus ⁊ ſignificat humores ma los ⁊ frigiditatē: ⁊ illud ſignificant granula que nominauimus.

¶ De ſignificationibus ſpecierum hypoſtaſis. Ca. 6.

Iam primis dicem⁹ ꝙ medicoꝝ cōuenietia in vſu nominis hyp poſtaſis ⁊ ſediminis iā receſſit a via cognita. Dicūt eñ hyp- poſtaſim aut ſedimē: nō illud tantū qđ inferius deſcēdit: ſʒ omnem ſubſtantiā q̄ ſpiſſioris exiſtit eēntie q̄ᷓ aquoſitas: ⁊ eſt ab ea diuiſa ſiue ſit ſuſpēſa: ſiue ſit ſupra. ¶ Dicem⁹ igit᷑ ꝙ hypoſtaſis multis co gnoſcit᷑ modis. ſ. ex ſubſtātia ſui: et quātitate: ⁊ qualitate: ⁊ ſitu ſua rum partium: ⁊ loco ſui: et tempore: ⁊ qualitate ſue permixtionis. ¶ Significatio vero ei⁹ ex ſubſtātia ſui eſt. Quoniam hyppoſtaſis aut erit naturalis laudabilis demonſtrans digeſtionem ⁊ matura- tionem naturalem. ⁊ hec erit alba ⁊ deſcendēs inferius ⁊ ei⁹ partes cōtinue ⁊ ſimiles ⁊ equales: ⁊ oportebit vt ſit rotundam habens fi- gurā equalem ſubtilem ſimilē hypoſtaſi aque roſacee. Et propor- tio ſue ſignificationis ſuꝑ maturationē materie in toto corpe ē ſi- cut ꝓportio ſignificatiōis materie puris albi leuis ſiſis eēntie ſuꝑ maturationem apoſtematis. Sed pus eſt ſpiſſū. Et hec ē ſubtilis. ¶ Et hyppoſtaſis quidem ⁊ ſediminis ſignificationes ſunt bone li- cet tinctura deficiat ⁊ equalitas. Uerum equalitas apud antiquos melior eſt tinctura. Equalis namq̄ᷓ que non tantū eſt alba: ſed ru- bea eſt melior alba que eſt aſpera. ¶ Amplius plurime hypoſtaſes ſecundum colorem vrine exiſtunt. Sed ex eis que diuerſificantur alba eſt melior. Poſt illam rubea. Et poſt ipſaʒ citrina. Et poſt eā illa que eſt vt arſenicum. Et malitia quidem a lentiginoſa incipit. Tu autem non attendas illud quod alij dicunt: nam albedo erit

qñq; non ꝑpter maturationē: ⁊ equalitas non eſt niſi ꝑpter maturationē. Et de albedine eſt q̄ ē ꝑpter vehemētē ventoſitatis cōmixtionem. ¶ Male aūt hypoſtaſis incōtinuitas melior eſt q̄ꝫ ipſi⁹ cōtinuitas. Et hypoſtaſis q̄dem mala eſt quā ex icino ſcies. Bona autem hypoſtaſis de q̄ loq̄mur puri aſſimilatur ⁊ flegmati crudo cum tenuis fuerit. Uerūtñ pus ab ea differt ꝑ fetorē. Et flegma crudū ſeparat̃ ab ea cōculcatiōe ſuarū ꝑtiū: ⁊ ipā ab vtriſq; differt ſubtilitate ⁊ leni tate. ¶ Et hec q̄dē hypoſtaſis nō querit̃ niſi in egritudinibus: q̄m in ſanitate nō req̄rit̃: ⁊ illō eſt q̄m nō dubitat̃ quin in corpore egri male retēte ſint materie invenis ipſi⁹ q̄ niſi mutarent̃: portendūt corruptionē. Invenis aūt ſani nō ſp̄ opꝫ eſſe humorē q̄ ſit exquirend⁹. Sꝫ ſi ē meli⁹ eſt ꝙ hoc ſignificet ex eis ſuperfluitates q̄ in eis ſuperfluunt ex cibo a digeſtione priuate: deinde ſuperfluitas q̄ in vrina ſit hypoſtaſis: ſiue matura: ſiue nō matura. ¶ Et in maculētis q̄dē eſt ſedimē paucū qđ deſcēdit ſ͞m ſanitatis diſpōnem: ⁊ ꝑprie q̄ exercitio vtunt̃: ⁊ artib⁹ ſe exercent laborioſis. Et non multiplicat̃ h̄moi hyp poſtaſis niſi in corporib⁹ pinguiū ocioſe viuentiū. Et ꝑpter hoc ēt in vrinis egroꝝ macroꝝ nō ē expectāda hypoſtaſis tm̄ quātū in vrinis egroꝝ pinguiū: q̄m eoꝝ egritudo multotiēs recedit ita ꝙ nil deſcēdit: ⁊ multotiēs hypoſtaſis in eoꝝ vrinis non puenit ad hoc vt deſcēdat: ſꝫ tñ plerūq; eſt modicū ei⁹ in eis natās aut pendēs. ¶ Et in multis q̄dē vrinis hypoſtaſis illico cū ming̃t: deſcēdit: niſi in eis q̄ valde mature ſunt: imo in eis parū expectandū eſt. Et plures ex hypoſtaſis colorib⁹ ſunt ſ͞m pl'm. ſ͞m colorē vrine ſꝫ melior ex eis q̄ diuerſificant̃ eſt alba poſtq̄ꝫ ē rubea deinde citrina.

¶ Nō naturalis v̓o hypoſtaſis: alia ē ſil'is raſure inteſtinoꝝ corticalis q̄ ē furfurea: aut herbina: aut ſimilaginea: aut ſil'is arſenico rubeo. aut ei qđ valde citrinū. Alia ē carnoſa. Alia eſt adipina. Et alia eſt ſanioſa. Et alia eſt mucilaginoſa. Et alia eſt q̄ eſt ſil'is fruſtulis fermēti in aqua ſoluti. Et alia ē ſanguinea ſanguiſugalis. Alia eſt capillaris. Et alia eſt harenalis granoſa. Et alia ē cineritia.

¶ Sil'is v̓o raſure inteſtinoꝝ corticalis alia ē petaloides magnaꝝ partiū rubeaꝝ aut albaꝝ q̄ ſignificat ſ͞m pl'm ꝙ ſeparate fuerūt ex mēbris q̄ ſunt ꝑpinqua mēbris a q̄bus diuidunt̃ vrine. Et albe ſignificant ꝙ ſunt ex veſicca ꝑpter vlcera q̄ ſunt in ea: aut ſcabiē: āt corroſionē. Rubee aūt carnoſe ſignificāt ꝙ ſunt ex rene. ¶ Et ex petaloidibus q̄dē ſunt q̄ ſunt coloris fuſci ⁊ obſcuri aut ſquamis piſciū ſil'es: ⁊ hec eſt vehemēter mala ⁊ oībus ſpecieb⁹ hypoſtaſis q̄s noīauim⁹ deterior. Et ſignificat petaloides mēbroꝝ radicaliū raſurā. Uerū duo pria ipſi⁹ genera nullo mō īpediūt imo plerūq; veſſicā mūdādo ſanāt. Et dixerūt q̄dā cuidā hoī ſe in potu tribuiſſe cātarides q̄ cortices albos q̄ſi venoſos minxit: q̄ cū aquoſitate fricabant̃ reſoluebant̃ ⁊ tingebant̃ tinctura rubea q̄ factus eſt ſan⁹ ⁊ vixit. ¶ Et ex ea quidē q̄ eſt ſicut raſura inteſtinorū ē quedaꝫ q̄ eſt mi

noris latitudinis ꝙ due predicte: ⁊ ſpiſſioris ſubſtantie: q̄ ſi ru bea fuerit: vocat̃ herbina: ⁊ ſi rubea non fuerit: vocat̃ furfurea. Et her bine q̄dē ſi fuerint rubee ptes plerūq; ſunt ptes epatis aduſte: ⁊ ple runq; ē ſanguis in eo aduſtꝰ: ⁊ plerūq; eſt etiā ex rene. Sȝ q̄ ē ex rene eſt maioris continuitatis carnoſa. Alie vero due plus ſimilantur ei q̄ non eſt carnoſa: ⁊ fracturas eſt magis recipiens. Et cum vehe- mēter trahit ad citrinitatē eſt ex rene proculdubio. Quoniaȝ illa que eſt ex epate ad rubedinem tendit fuſcam. Et quādoq; aſſociat̃ ei in hoc illa que eſt ex rene. ¶ Furfurea vero hypoſtaſis quādoq; eſt ex ſcabie veſice: ⁊ quādoq; eſt ex liquefactione mēbroꝝ. Et diffe- rentia inter eas eſt ꝙ cū illic in radice mēbri fuerit pruritus ⁊ fetor erit ex veſica ⁊ ꝓprie cū pus prius mictū fuerit: ⁊ precipue cum alie ſignificationes vrine demonſtrauerint maturationē: ⁊ fuerint vene ſuperiores ſane cōplexionis: ⁊ nō fuerit in eis macula: immo in ve ſica. Sed ſi cum inflammatione fuerit ⁊ virtutis debilitate ⁊ mem- brorum mingendi incolumitate ⁊ color fuſcitati attinuerit: erit tūc ex liquefactiōe humoris. ¶ Et crinoides vero plurimū eſt ex adu ſtione ſanguinis que ad rubedinem trahit. Et multotiens eſt ex li- quefactione membrorum ⁊ eorū raſura ſi albedini attinet. Et quan doq; etiam eſt ex veſica ſcabioſa ſm minus. Et tibi q̄dē poſſibile ē vt modū differentie inter eas intelligas p illud qđ iam ſciuiſti. Si autē nigredini attinet: eſt ex ſanguis aduſtione ⁊ proprie in ſplene. ¶ Omnes preterea petaloides hypoſtaſes que non ſunt ex cauſa que fit in veſica ⁊ rene ⁊ cannalibus vrine in egritudinibus acutis malum protendunt pernitioſum. ¶ Et tu quidem iā ſciuiſti ex hac ſumma carnoſe diſpoſitionem: ⁊ ꝙ plurimum eius ē ex rene: ⁊ quā doq; ipſa non ē ex rene. Nam ex rene non eſt niſi cum caro eſt ſane carnoſitatis ⁊ non eſt in corpore liquefactio. ¶ Et vrina quideȝ ve narum ſignificat ſanitatem: quoniam renum egritudines matura tionem non prohibent vrine quia ipſa ſupra ipſos exiſtit. ¶ Hypo ſtaſis vero adipina: adipis ⁊ pinguedinis ⁊ etiam carnis ſignificat liquefactionem. Et earum peior eſt que auris aque ſimilatur. Duo autem ipſius principia cognoſcuntur ex paucitate ⁊ multitudine ⁊ commixtione ⁊ ſeparatione. Quoniam cuȝ eſt multa ⁊ ſeparata exi ſtimatur ꝙ ſit ex parte renis ⁊ propter liquefactioneȝ ſue adipis. Et ſi eſt minus ⁊ maioris cōmixtionis eſt ex loco magis remoto. Et eſt cum in vrina fruſtum album granati grano ſimile viſum, fue rit ⁊ erit ex adipe renis. ¶ Sanioſa vero vlcus ſignificat quod aper tum fuit: ⁊ ꝓprie in membro mingendi: ⁊ precipue ſi ibi fuerit ſedi- mem laudatum ad fundum deſcendens. Et mucilaginoſa quidem ſignificant humoreȝ ſpiſſum crudū: aut quod ē in corpore multus aut ex inſtrumentis vrine egrediens: aut criſim apertionis vene ſciatice: aut doloris iuncturarum. Et hoc quidem cognoſcitur ex alleuiatione que poſt ipſam ſequitur. Plerunq; enim ſubtiliat̃ ⁊ at

tenuatur ꝛ putatur hyppostaſis laudabilis. Quapꝛopter in acutis egritudinibꝰ non eſt confidendū in eo qđ apparet ſm ſimilitudinē laudabilis hypposta ſis: cū nondū fuerit maturationis hoꝛa: nec pꝛeſentes fuerint eius ſignificationes. Et etiā eſt cum vehemētem complexionis renis frigiditatē ſignificant. ¶ Inter ſanioſam vero ꝛ crudā exiſtit differentia. Qm̄ ſanioſa exiſtit cū febꝛe: ꝛ pꝛecedunt ipſam ſignificationes apoſtematis: ꝛ eius partes faciles ſunt ad cōiungendū ꝛ ſeparandū. Et quedam ex ea eſt que cū aquoſitate vehementer miſcetur. Et quedā ex ea que ſeparaī ſed cruda eſt ꝛ turbida ꝛ ſpiſſa ꝛ non facile cōiungitur: nec facile ſeparaī. ¶ Et vꝛina q̄dē in qua plurima mucillaginoſa hypposta ſis apparet qñ eſt exuberans cū in fine podagre apparet ꝛ doloꝝ arteticoꝝ: ſignificat bonū. ¶ Capillaris autem eſt ꝑpterea φ humoꝛ occultus conſolidaī ex caloꝛe in ipſum agente q̄ quādoq3 eſt alba: quandoq3 eſt rubea ꝛ eius cōſolidatio eſt in rene. Et ſe rūt quidā φ in eius lōgitudine plerūq3 palmi menſura inuenitur. ¶ Que autē fermenti infuſi fruſtulis ſimilis exiſtit debilitatē ſignificat ſtomachi ꝛ inteſtinoꝛum ꝛ digerendi maliciā in ipſis: ꝛ eſt plerūq3 cauſa eius comedere lac ꝛ caſeum. ¶ Harenoſa vero ſemper ſignificat lapidem qui conſolidaī aut ꝯſolidando ꝑcedit: aut qui reſoluitur. Et que quidem eſt ex eis rubea eſt ex rene. Et qñ non eſt rubea eſt ex veſicca. ¶ Plurimū aūt que cinericia eſt flegma ſignificat: aut pus cui ꝑpter longam moꝛā accidit caloꝛis mutatio ꝛ ſectio partium: ꝛ eſt qñq3 ꝑpter adustionem que ei accidit. ¶ Sanguiſugalis vero hypposta ſis ſi vehemēter eſt mixta epatis debilitatē ſignificat. Et ſi minus hac ſignificat vulnus in cannalibus vꝛine ꝛ ꝯtinuitatis ſolutionem in ipſis. Et ſi fuerit ſeparata plurimu3 eius erit in veſica ꝛ in virga. Et nos q̄dē perſcrutabimur hoc in particularibus egritudinibus in capl'o de mictu ſanguinis. Et ſi in vꝛina fuerint ſicut ſanguiſuge rubee infirmo ſplenē habente reſoluetur ſplen ipſius. ¶ Scito aūt φ in egritudinibꝰ veſice non multꝰ egrediī ſanguis: qm̄ eiꝰ vene mixte ſunt in ipſius coꝛpoꝛe calcate ꝛ anguſte ꝛ pauce.

¶ Hypposta ſis vero ſignificatio ex quantitate ipſius ſumpta multitudine quidē ſui ꝛ paucitate declarat cauſe ipſam efficientis multitudinē aut eius paucitatē. Et ex quātitate quidem ſui in magnitudine aut ꝑuitate ſui eſt quemadmodū diximus in hypposta ſi mucillaginoſa.

¶ Eius autem ſignificatio ex qualitate ſui: eſt ex coloꝛe quidē ipſiꝰ Quoniam que ea nigra eſt ſignificat malum ſm diuiſiones quas nominauimꝰ. Que tamen ex ea ſanioꝛ eſt illa cuius hypposta ſis eſt nigra ꝛ aquoſitas non eſt nigra. Et rubea quidem ſanguinis ſignificat pꝛopꝛietatem ꝛ faſtidium. Et citrina quidem ſignificat caloꝛem foꝛtem ꝛ egritudinem inſidioſam. Et ex ea quidem que alba eſt quedam eſt bona ſicut diximus. Et quedā eſt mala ſicut mu

cilaginoſa aut ſanioſa aut ſpumoſa maturationi contraria. Viridis quoq; ſemita eſt ad nigram. Ex odore vero eius eſt quemadmodū diximus in his que premiſſa ſunt.

¶ Ex ipſius vero ſitu: ⁊ leuigatione ſui: ⁊ diuulſione. Quoniā leuitas ⁊ equalitas in hypoſtaſi laudata eſt melior. Et in non laudata eſt deterior. Sed diuulſio ſignificat ventoſitates ⁊ digerēdi debilitatem.

¶ Eius autē ſignificatio ex loco ſui eſt. Quoniā aut eſt natans: ⁊ vocatur nubes. Aut pendens: ⁊ hec quidem eſt in medio ſtans que eſt maioris maturatiōis ꝙ prima. Et ex pendente illa melior eſt cuius ruge ⁊ fimbrie ad inferiora declinant. Aut ad fundum deſcēdēs q̄ eſt melioris maturationis: hec q̄dem eſt de hypoſtaſi laudata.

¶ Non laudata vero q̄ leuior eſt melior exiſtit ſicut nigra: ⁊ hoc in febribus acutis. Et ſimiliter ſi humor eſt flegmaticus aut melancolicus; quoniā ea que eſt vt nubes melior eſt ea que inferius deſcendit ſignificat enī eius ſubtilitatē: niſi cum cauſa mutatiōis fuerit multa ventoſitas: ⁊ ſi non fuerit ita natans eſt melior ꝙ pendēs. Et inferius deſcendens eſt deterior. Et cauſa quidem natandi ſuperius eſt caliditas cum qua eſt acuitas ⁊ ventoſitas. Hypoſtaſis aūt diuulſa in groſſa ſuperius natat ⁊ proprie cū ſit leuis: ⁊ in tenui deſcēdit inferius et proprie cum ſit grauis. Cunq; in principio egritudinis apparet pendens ⁊ natans: poſtea perſeuerat: ſignificat ꝙ criſis cum extura veniet. Macilentorum vero egritudo plerumq; remouet ſedimine bono natante aut pendente: quēadmodū diximus in precedentibus. ¶ Et cum inter nephilim ⁊ enorima ⁊ hypoſtaſim fuerit aliquid ſimile tele aranee aut dēſitas erit ſignū malum.

¶ Et multotiēs quidem natans ſedimē nō bonū apparet ex quo prouenit terror. Sed iſtud erit principiū maturationis ⁊ permutationis ad bonitatē: poſtea pēdebit: deinde deſcendet: ⁊ erit ſignū nō malū. Quod ſi poſt ipſum puenerint hypoſtaſes: timor quem in primis habebamus fiet neceſſarius

¶ Significatio vero hypoſtaſis ex ſuo tpe eſt. Quoniā ſi velociter poſt ꝙ mingitur deſcēdit: eſt ſignificatio bona ſ̄m maturitatē. Et cū tarde deſcendit: eſt ſignificatio priuationis maturationis ſ̄m quātitatem ſue diſpoſitionis.

¶ Significatio autem forme cōmixtionis ipſius eſt ſicut diximus cū de mictu ſanguinis ⁊ adipis mentionem fecimus.

## ¶ De ſignificationib⁹ multitudinis vrine ⁊ paucitatis ipſius. Cap. 7.

Vrina q̄ pauce exiſtit quantitatis virtutis ſignificat debilitatē. ¶ Et illa que eſt minus eo qđ bibit reſolutionē ſignificat multā: ⁊ ventrē habere: ⁊ aptitudinē ad hydropiſim. ¶ Illa vero vero q̄ eſt multe quātitatis q̄nq; ſignificat liquefactionē: ⁊ ſuperfluitatū liquefactarū in corpe in vna euacuationē. Et nos q̄dē differētiā inter eas cognoſcere poſſum⁹ ſ̄m virtutis diſpoſitionē.

¶Urina mali coloris malū ſignificās quāto plurima fuerit: tantō erit magis ſalutis nūcia. ¶Et cū interfecta fuerit plus malitiā ſignificabit ſicut nigra: ꝛ groſſa. ¶Urina diuerſaꝝ diſpoſitionū que qñqꝫ mingit multa: qñqꝫ pauca: ꝛ qñqꝫ retinet: eſt ſignificatio pugne ꝛ laboris nature: ꝛ ē ſignificatio mala. ¶Urine mltitudo ī acutis egritudinib⁹ cū nō poſt ipſam aduenit requies: eſt ſignificatio ethice ꝛ ſpaſmi ex iflāmatiōe. Et ſilr ſudor. ¶Urina q̄ ī acūtis egritudinibus guttatim inuoluntarie mingitur: ſignificat ī cerebro nocumētū qḋ neruis accidit ꝛ muſculis. ¶Et ſi febris q̄eta fuerit ꝛ ſigna affuerit ſalutis ꝓnoſticat ſanguinis exitum ex naribus. Sed prima deſipiētiā ꝓnoſticat ꝛ corruptionem. ¶Cum autē ſani vrina minuitur et attenuatur ꝛ perſeuerat hoc totum et ſentit grauitatem et dolorē in renib⁹: ſignificat durū apoſtema ī partib⁹ renis. ¶Et cum in egritudine celerica multiplicatur plerūqꝫ portēdit proſperū euētū: ꝛ ꝓprie cum eſt alba ꝛ ad egrediendum facilis.

### ¶De vrina ſana optima. Caplm. 8.

Hec eſt mediocris ſubſtātie: ꝛ ſubtilis tincture: ad citrinū trahens. Et hypoſtaſis ſi ibi fuerit bona ex albedine ꝛ lenitate equalitate ꝛ figure rotunde ꝛ odoris temperati neqꝫ fetida: neqꝫ extincta. ¶Quidam autem dixerunt ꝙ cum huiuſmodi vrina ſubita in egritudine q̄ eſt in vltimo acuitatis viſa fuerit: ſanitas die ſequenti aderit.

### ¶De vrina etatum. Caplm. 9.

Infantiū vrine ad lactis ꝓprietatē trahūt ex pte nutrimenti eorum ꝛ propter humiditatē cōplexionis ipſorum ꝛ tūc declinant magis ad albedinem.

¶Puerorū aūt vrine ſunt ſpiſſiores ꝛ groſſiores vrinis iuuenū ꝛ turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc ante.

¶Juuenum vero vrine ad ignis formam trahunt: ꝛ ad ſubſtantie mediocritatem.

¶Et vrine ſenū ad albedinē ꝛ ſubtilitatē. Eſt tñ cū ſunt groſſe ſm ſupfluitates in eis exiſtētes quarū euacuatio multiplicatur.

¶Decrepitorū ṽo vrine maioris ſunt albedinis ꝛ tenuitatis. Eſt tñ cū predicta groſſities eis accidit: ſꝫ raro cū vrina vehemēter fuerit groſſa apti erunt vt lapis eis accidat.

### ¶De vrinis virorum ꝛ mulierū. Cap. 10.

Mulierū vrine ſemp ſunt maioris groſſitiei: ꝛ albedinis: ꝛ minoris pulchritudinis q̄ virorū vrine. Et hoc quidē eſt ꝓpter debilitatem digeſtiue earū: ꝛ ꝓpter ſupfluitam ipſarum multitudinem: ꝛ propter amplitudinem cānaliū vnde egrediuntur ea que ab eis exeunt: ꝛ propter illud quod ex earum reſoluitur matricib⁹ ꝛ ad vrine inſtrumenta tendit.

¶Maſculorum vero vrinas cū moues: turbant: ꝛ declinat eaꝝ turbatio ad ſuperiora: ꝛ eſt ꝙ ſm plurimū turbidentur. Sed mulierū

vrine fere turbidãt ex motiõe ꝓpter paucã ſepationẽ ſui: ⁊ hñt ſm plurimũ ſupra ſummitatẽ ſuã ſpumã rotũdã. Et ſi turbide fuerint eaꝝ turbidatio pauca erit. ¶ In vrinis virorum illico cũ mulierib⁹ commiſcentur ſunt fila adinuicẽ texta.

¶ Urine p̄gnãtiũ ſunt clare: ⁊ ſupra earũ ſupficiẽ ẽ nebula. Et qñq; trahũt ad colorẽ aque cicerũ aut aqua peaũ citrinũ i aquacoquũt pedes animalium: ⁊ in ipſa eſt irinus. Et ſupra ſummitatem eaꝝ rũ eſt nebula. Sed quocũq; modo fuerit in medio videbitur ſicut co tũ carminatũ. Et eſt cum in eis ſunt velut grana que aſcendunt ⁊ deſcendũt. Cũq; irinus manifeſtioꝛ fuerit: erit impregnationis pri cipiũ. Et cũ loco ipſius fuerit rubedo erit in fine impregnationis: ⁊ propꝛie ſi turbanẽ cum mouẽtur.

¶ Parientium vrina ſecundum plurimum eſt nigra: et in ipſa eſt velut attramentum et ſicut ſordities.

De reb⁹ vrinarũ aĩaliũ ⁊ diuerſitate ipſaꝝ ab vrinis hoĩm. Cap. II.

Plerũq; ꝯfert medico cũ aĩaliũ vrinas cognoſcit: ꝓptera q̄ cũ ipſe eis expitẽ certitudinẽ facit: ⁊ hoc q̄dem difficile eſt. ¶ Qui dam autem dixerũt q̄ vrina aſini eſt ſicut butyrũ liquidũ cũ turbi ditate ⁊ groſſitie exterioꝛe. ¶ Et ſubiugaliũ vrine ei ſimilanẽ: ſ; ſunt citrine: ⁊ videbitẽ q̄ ſupioꝛ medietas vrinalis ſit clara ⁊ iferioꝛ me dietas ſit turbida. ¶ Ouium vero vrine ſunt albe ad citrinitatem trahentes propinque vrinis boium: ſed ſubſtãtiã nõ habent: et eaꝝ rum ſedimen eſt ſicut oleũ: aut ſicut amurca. Et cuiuſcũq; nutrimẽ tũ fuerit meli⁹ erit vrina clarioꝛ. ¶ Urina ṽo caprioli vrinis boiu; ⁊ ouiũ ſimilaẽ: ſ; neq; ſubſtãtiã h; neq; ſedimẽ: ⁊ ẽ clarioꝛ vrĩs ouiũ

¶ De rebus alijs que vrinis ſimilanẽ ⁊ differentia inter eas et vrinam. Capitulũ. 12.

Sirupũ acetoſu; ⁊ oẽs liquoꝛes q̄ fiũt ex aqua ⁊ melle ⁊ aqua ⁊ ficubus ⁊ reliquos q̄ fiũt ex croco ⁊ eis ſimilib⁹ quãto pl⁹ tibi appropinquaueris: erũt in claritate magis augmẽtati. Et quãto pl⁹ elõgaueris ea cõſidera an op; vt augmẽteẽ groſſitudo. Urina ṽo ab hoc eſt diuerſa. ¶ Hydromellis p̄terea ſpũa ẽ citrina. Et aq̄ ficuũ ſedimẽ a latere deſcẽdit: ⁊ nõ in medio: neq; oꝛdinate: neq; h; motũ. ¶ Sit ergo ſufficiẽs i nominãdo diſpoſitiões vrinarũ. In li bris ṽo pticularib⁹ ꝓuenient ad te diuiſiones diſpoſitionũ vrine.

¶ De ſignificationibus egeſtionis. Capitulũ. 13.

Egeſtio plerũq; declaratur ex ſui quantitate: qd ẽ vt cõſidereẽ ſi eſt minoꝛ eo qd comediẽ: aut maioꝛ: aut eq̄lis. Et notũ q̄dẽ eſt q̄ ipſius augmẽtũ eſt ꝓpter humoꝝ multitudinẽ. Et paucitas ꝓ pter ipſoꝝ paucitatẽ: aut q2 ex ipſa i inteſtino monoculo ⁊ i colon ⁊ i faſcijs multũ fuit retẽtũ: qd ẽ ſignũ colica p̄cedẽs: aut ꝓpter expul ſiue debilitatẽ. ¶ Et cognoſciẽ ẽt ex eſſentia ſui. Qm̃ qd ex ea hũidũ eſt: aut ſignificat opilatiões: aut digeſtiue malitiam. Et plerũq; ſi gnificat meſaraice debilitatẽ que humoꝛẽ nõ fugit. Et quãdoq; eſt

propter capitis rheumatiſmum: aut ꝓpter comeſtionē rei que egeſtionem humectauit. Qđ autem in humido viſcoſum eſt plerumq̧ ſignificat liquefactionē: ⁊ hoc eſt cū fetore. Et plerumq̧ ſignificat malorū humorū ⁊ viſcoſorum multitudinē: ⁊ hoc nō cū multa exiſtit lenitate. Et plerūq̧ ſignificat nutriētia viſcoſa q̄ comeſta fuerunt ⁊ nō pauca cū calore forti in complexione ⁊ nō fuit inter ea digeſtio bona. Sed qđ ex ea eſt ſpumoſum fortitudinis caloris ſignificat ebulitionē: aut multarū ventoſitatū permixtionē. Qđ aūt ex egeſtione eſt ſiccū: aut laborem ſignificat ⁊ reſolutionem: aut multam vrine ꝓuocationē: aut igneū calorē: aut nutrientiū ſiccitatem: aut multā moraʒ in inteſtinis: ſicut in ſuo dicemus dicemus capl'o. Cūq̧ humiditas ſicco qđ eſt durū admiſcetur: ſignificat ꝙ eius ſiccitas eſt ꝓpterea ꝙ multum fuit retēta in humiditatib⁹ ipſam exire ꝓhibentibus: ⁊ ꝓpter ꝓuationē fellis pūgentis ⁊ feſtinātis. Sed cū ibi nō eſt lōga retētio neq̧ humiditatis in iteſtina adſunt ſignificatiōes: cā in ipſa eſt ſuperfluitatis famoſe ⁊ pūgētis effuſio q̄ ab epate fluxit i. eo qđ eſt corā ipſo ⁊ ſua euacuatione nō quieuit donec cōmiſceret. ¶ Et eſt etiā cū calore ſui dignoſcitur egeſtio. ¶ Eius vero calor naturalis igne⁹ eſt lenis exiſtens igneitatis. Qui ſi augmētatur fellis ſignificat multitudinē. Et ſi minuitur: ſignificat cruditatem ⁊ maturatiōis ꝓuationē. Et ſi alb⁹ fiat quādoq̧ eſt eius albedo propter opilationē in cannalibus fellis: ⁊ hoc ſignificat ictericiā. Et ſi cum albedine eſt virus ſaniei habēs odorem magni apoſtematis ſignificat aptionē. ¶ San⁹ quoq̧ q̇ nō exercitat multotiēs egerit vir⁹ ⁊ ſanieʒ q̄ eſt ei purgatio ⁊ euacuatio laudabilis qm̄ ꝓpter hoc remouetur ab eo laxitas q̄ ei ꝓpter ꝓuationē exercitij acciderat queadmodū dixim⁹ in vrina ¶ Preterea ſcito ꝙ egeſtio colorem igneū vehementer ſuperfluuʒ habēs multotiens in hora finiū egritudinum ſignificat maturationē Et multotiēs ſignificat diſpoſitiōis maliciā. Et nigra q̇dē ſignificat taliter q̄liter ſunt vrine nigre ſignificatiōes. Significāt em̄ aut aduſtionem fortē: aut egritudinis melācolice maturationē: aut nutriēs tingēs: aut potionē rei q̄ melācoliā euacuat: ſʒ ꝑma eſt mala. Et illa q̇dē q̄ eſt ꝓpter melācoliā non ſufficiēter cognoſcit̄ ex calore ſui immo cognoſcenda eſt ex acredine ſui ⁊ bullitione terre ex ipſa. Et eſt mala: ſiue ſit egeſtio: ſiue vomit⁹. Et ex ipſius proprietatib⁹ eſt ꝙ in ſe luminoſitatem habet. ¶ Ad vltimum vero humor melancolicus purus per necans eſt ſm plurimū cum egreditur. ſ. eſt mortis ſignificatio. ¶ Chimi vero nigri exit⁹ multotiēs cōfert: ⁊ illud eſt qm̄ melācolie radicalis exitus vltimam corporis aduſtionem ſignificat ⁊ humiditatum ipſius peremptionem.

¶ Uiridis aūt egeſtio caloris inati ſigāt extictionē. Et ſil'r fuſca.

¶ Egeſtio quoq̧ plerumq̧ ex ſui cognoſcitur forma ex abſentia inflationis ſue: aut ex inflatione. Quoniam inflata ſicut ſtercus vacce ſignificat ventoſitatem.

¶ Et eſt cū ex hora ſui cognoſcit: qm̄ cū egeſtiōis exitꝰ feſtinat ⁊ ho-
rā q̄ egredi ſolebat antecedit: ſignū eſt malū: qꝛ fellis ſignificat mul-
titudinē: ⁊ ꝟtutis retētiue debilitatē. Et ſi eiꝰ tardat exitꝰ digeſtiue
ſignificat debilitatē ⁊ inteſtinoꝝ frigiditatē. Et humiditatis ⁊ ſom
ni multitudo ⁊ ventoſitates ſignificat inflatiuas.

¶ Colores quoq̄ extranei ⁊ diuerſi mali exiſtunt: ⁊ nos ipſos in li-
bro nominabimus particulari.

¶ Que ꝟo ex egeſtione eſt melior eſt iuncta q̄ eſt ſimiliū partiū ⁊ in q̄
aquoſitas ſiccitati eſt vehemēter admixta ⁊ cuius ſpiſſitudo eſt ſicut
mellis ſpiſſitudo: ⁊ cuiꝰ exitꝰ eſt facilis: ⁊ nō pūgit: ⁊ cuiꝰ color attinet
citrinitati: ⁊ non eſt multi fetoris: neq̄ eſt ꝓuata fetore: ⁊ nō hꝫ gur
gulationē: neq̄ rugitū ⁊ nō hꝫ ſpumā. Eius exitꝰ eſt in hora in qua
ſolet: ⁊ ſꝫ quātitatē q̄ ei qđ cōedit eſt ꝓpinqua in quātitate ſui. ¶ Et
ſcito ꝙ nō oīs egeſtiōis equalitas eſt laudabilis: neq̄ oīs eiꝰ lenitas
qꝛ qñq̄ ſunt ꝓpter vehementē maturationē in omi ꝑte ſimilē: ⁊ qñq̄
ſunt ꝓpter aduſtionē ⁊ liquefactiones ſimiles: ⁊ tūc q̄dē ſunt ex dete
rioribus ſignificatiōibꝰ. ¶ Et ſcito ꝙ egeſtio q̄ eſt tēperate eſſentie
tute iteruꝫ. ¶ Et eſtas quidē propter ſuā reſolutionē indiget additione cibatiōis ꝛ ſeparatiōis ei⁹: nā virt⁹ nō ſufficit ad digerēduꝫ illud qđ multū eſt ſemel. ¶ Et qm̄ reſolutio in ea eſt per ſparſionem tunc opꝫ vt cābiū ſit ꝑ ſparſionē. ¶ Et in hyeme eſt res ecōtrario: qm̄ propter paruitatē reſolutiōis eius nō facit indigere cābio multo. ¶ Ampli⁹ ſi multū dederit cambiū ſubito erit tolerās ipm̄ ꝛ fortis apud expulſionē ei⁹. ¶ Et autumn⁹ qdē ē tp̄s malū ꝛ ꝓpter hoc opꝫ vt ſubtilietꝰ in eo inter cōſeruatiōnē virtutꝭ ꝛ inter infrigidationē: ꝛ ſpargere paulatim in eo eſt melius ꝛ proſus ſpargere cū debilitate virtutis eſt meli⁹ egro. ¶ Et ſcias ꝙ ſi nō eſſet illud qđ pertinet virtuti eēt magis neceſſariū vt ſubtillaretꝰ cib⁹ vltima ſubtiliatione: ſed virt⁹ nō ſuffert illud ꝛ deficit ꝛ cū deficit nō valet curatio. ¶ Curans em̄ ſicut ſciuiſti eſt virt⁹ nō medic⁹: qm̄ medic⁹ facit peruenire inſtrumēta ad ꝟtutē. ¶ Et cū itellexeris hoc: tūc oportebit vt cōſideres. ¶ Nam ſi egritudo fuerit valde acuta: ꝛ illud eſt vt ſit ſtatus ei⁹ propinqu⁹: ꝛ exiſtimaueris ꝙ virt⁹ nō deficiet in hoc tp̄e qđ eſt inter principiū vſq̄ ad ſtatū eius: alleuiabis occupationē a virtute: ꝛ incitabis eam ſuper materiā: ꝛ nō facias eā occupari in cibo ipſo: imo ſubtilia regimen ſtatim cū dimiſſiōe cibi omnino et ꝓprie in die criſ. ¶ Et ſi videris egritudinē acutā nō valde: imo acutam abſolute: tūc oportebit vt ſubtilies regimen: nō in vltimo niſi apud ſtatum in die criſ. ꝓprie: niſi ꝓpter cauſam maximā. ¶ Et ſi videris egritudinē chronicā aut ꝓpīquā chronice: nō ſubtilies regimē. Uirtus em̄ nō ſaluabitꝰ vſq̄ ad ſtatū ſubtiliatiōe regiminis. Ueꝝ eſt tibi neceſſariū cū hoc in oībus ſpecieb⁹ vt ſit principiū tui regiminis groſſius: ꝛ poſtremū tui regiminis proueniēs ad ſtatū ſubtilius. Et gradatim procedas in eo qđ eſt inter illa: ita vt virt⁹ ſit cōſueta vſq̄ ꝓpe ſtatū: tunc em̄ intende ſuper materiā: ꝛ ſi nō ſis occupatus in alio. ¶ Et qm̄ ſcis ꝙ virt⁹ eſt fortis tūc fortaſſe neceſſariū facit diſpoſitio: vt ſis content⁹ iuleb ſolo: ꝛ ſi non plus ſaltem hebdomada vna: ꝛ ꝓprie in febrib⁹ apoſtematū. ¶ Qđ ſi timueris debilitatē ſit cōtent⁹ aqua ordei. ¶ Et cū ambigua ſi tibi diſpō ī egritudīe ꝛ nō cognoſcis eā: tūc vt declines ad ſubtiliationē ē meli⁹ ꝙ vt declines ad additionē: te obſeruāte ꝟtutē ꝛ tolerātiā ¶ Et illi⁹ qdē q̄ exiſtimauit ꝙ cibatio ī febre acuta ē melior: qm̄ nō ē intētio ī digeſtiōe ꝛ ī euacuatiōe cū volueris: faciat id natura: aut nō faciat: errorē iā te ſcire feci: imo qm̄ times caſuꝫ ꝟtutis tūc cibatio eſt melior. ¶ Et de corpib⁹ ſunt corpa colerica q̄ reqrūt regimē diuerſuꝫ ab illo qđ dixim⁹: ꝛ ꝓpe qm̄ ſunt aſſueta comeſtiōe plurima ipi ei cū nō cibant ſaltē ī principio febris: imo ī hora q̄ ē [illegible] ea: ꝛ eſt hora ſtat⁹: nō vacue ſunt diſpōes eoꝝ a duab⁹ rebus. Quoniam cū ipſi ſint debiliū virtutū ſuperuenit ei ſincopis ꝛ moriunꝰ in paroxiſmo. Et ſi ſunt fortiū virtutū cadūt in extenuationē ꝛ apparētꝰ ſuꝑ eos ſigna ariditatis ex minoratiōe naſi: ꝛ profundatione oculoꝝ:

et q̄ tempora ſunt depreſſa: et fortaſſe ſuperuenit eis ſincopis ante il-lud qđ effundit ad ſtomachos eorum de colera mordicatiua. ¶ Et ſunt de hominib⁹ quidā q̄ ſunt exuberātis carnis: ſ; cū abſcindit ab eis cibus debilitant̄ et extenuationē incurrūt: q̄re nō tolerāt ꝓhibitionē cibi. ¶ Et omnis cui⁹ calor innatus fortis eſt valde aut plurim⁹: aut calor innat⁹ eſt valde debilis non pōt dimittere cibū. Et de eis ſunt q̄bus accidit dolor et leſio in ſtomacho et dolor capitis ꝓpter cōmunitatē: et iſti ſunt de hoc genere. Et iſtis fortaſſe ſufficit aq̄ ordei: et fortaſſe egēt vt miſceāt ſuccū granatoꝝ et ſil'ia illi vt confortet os ſtomachi. Et q̄n̄q; eſt nobis neceſſarium vt faciamus eos vomere cū facilitate an̄ cibū. Et in plurimis ſi debilitant̄ et ꝓprie ſi ſuperuenit eis ſincopis: cā nō eſt vehemētia debilitatis: immo effuſio materiei ad os ſtomachi. Cū ergo ſumūt in potu ſirupū acetoſu; ꝑmixtū cū aqua calida multa: aut vinū permixtū cū aqua multa: euomūt in vomitu humores colericos et virt⁹ eoꝝ fit fortis. Cūq; cibātur aliquo robub ſtipticoꝝ ſedant̄. ¶ Et ſenes q̄dē et debiles et infantes ſunt de genere eoꝝ q̄ non tolerāt famē. De primis v̄o ſenibus ſunt q̄ nō ſunt vehemētis tolerātie famis. Et ſequunt̄ eos adoleſcētes et ꝓprie hn̄tes ſolida mēbra amplas venas in aere frigido. ¶ Et multotiēs q̄dē errat medicus in hmōi egrotis ſm alium modum: qm̄ ipſe ꝓhibet eis cibū in principio rei: et q̄n̄ appropinquat ſtat⁹ et ſciunt q̄ cadit virt⁹ cibāt in illa hora neceſſario. Jā v̄o ergo errauerūt duob⁹ modis. Et ſi ipſi cibarēt eos in principio eſſet error ille et ignorātia infra hunc errorē: et accidit iſtis egris vt accidāt eis catarri nauſeatiui et colerici et vigilatio ꝓpter reſolutione; et priuationē digōnis: et inq̄eti fiūt et alleuiant̄ et coartant̄ materie et virtutes eoꝝ: et multiplicant̄ ipoꝝ vapores: q̄re audiūt id qđ nō eſt: et tremūt et citant̄ vel ſaliūt: et ꝑmutant̄ in lectis: et imaginant̄ qđ nō ē: et tremūt vel ſaliūt labia eoꝝ inferiora propter dolorē oris ſtomachi: et cōtriſtantur anime eorum propter grauitatem materiei.

¶ Canon in dando in potu aquā ordei et ſirupū acetoſum. Ca. 9.

Aqua ordei quedā eſt in qua non eſt de corpore ordei niſi qđ eſt ſicut virtus et forma. Et non eſt ei introitus in curatione aut fiducia in iuuamento niſi quando eſt complete decoctionis. ¶ Et que de ea eſt melior eſt vt ſit aque quantitas ſacraiati. 20. et ordei ſacraiati. 1. et ſit iam reducta proprie ad. 5. aſſumatur illđ qđ de ea rubeum eſt et ſubtile. Hoc enim eſt ſubtile cuius nutrimentu; eſt minus et cuius humectatio eſt maior et ablutio eius et extractio ſuperfluitatu; ab ea et digeſtio facta ab ipſa eſt multa equalis. ¶ Et de ea eſt in qua eſt aliquid de corpore ordei et farina eius. ¶ Et magis dilectum mihi in huiuſmodi eſt vt non ſit plurimum decoctu;: immo ſm menſurā que auferat inflationē et non perueniat ad hoc vt faciat ipſa; viſcoſa; vehementer et huiuſmodi quide; eſt pluris nutrimenti et minoris ablutionis et digeſtiōis: et accidit ei multotiēs

vt acetet in ſtomacho frigido in ſubſtãtia ſua: et ſi ſit in eo calor extraneus multus de malitia complerionis. ¶ Et aqua quidem ordei qñq; eſt decocta ex ordeo ipſo ſicut eſt: et quandoq; eſt excorticatum. ¶ Et melior quidem ſirupus acetoſus apõ me eſt ille in quo ponitur zuccarum in vaſe: deinde fundit ſup ipſum acetũ forte qđ ſit de vino tãte quãtitatis vt eleuetur ſuper dorſum zuccari: immo dimittat ipſum diſcoopertũ: deinde ponant ſub vaſe carbones quieti et cinis calidus donec liqueſiat zuccarum in aceto ſine ebullitione: deinde colligit ſpuma et dimittitur vna hora cũ multo calore donec miſceatur zuccarũ cũ aceto: deinde funditur ſuper ipſam aque quãtitas duorum digitoꝝ et bulliat vſq; ad ſpiſſitudinẽ. ¶ Et aggregare ſirupum acetoſum et aquam ordei ſimul eſt illaudabile: quoniam corrumpit aquam ordei ſm plurimũ. ¶ Et nõ opꝫ vt det in potu aqua ordei cum ſiccitas nature adeſt: immo ante ipſam fiat clyſtere. ¶ Quod ſi acetet in ſtomacho detur in potu quod de ea eſt magis ſubtile. Qđ ſi acetat: coquat cũ ea radix apij et eius ſimile. ¶ Si vero acetat iterum: tunc neceſſariũ eſt vt miſceat aliquid piperis cũ ea ꝓpter qñ materia nõ eſt vehemẽtis ſubtilitatis et caliditatis. ¶ Et qñ multiplicat eius inflatio: tũc miſceat cũ ea ad calefaciendũ parũ aceti vini acetoſi. ¶ Verũ cũ ſirupus acetoſus in potu datur: incidit humores et ꝑparat ſuperfluitates ad expulſionem et tu conſequenter poſt duas horas da aquã akiſt ordei ſubtilẽ predictã vt abluat quod incidit et abſtergat id et extrahat ipſuꝫ ꝑ ſudorem et prouocationem. ¶ Et non eſt nocumentũ ſi detur in potu ſirupus acetoſus apõ cenã cũ iã ſeparatꝰ eſt cibꝰ a ſtomacho. Qñq; eſt neceſſariũ vt premittatur iuleb ante aquam ordei vt addat in humectatione: et illud eſt cũ vides ſiccitatem dominantẽ ſuper corpus et linguã. ¶ Et qñq; eſt neceſſariũ vt premittat ante ipſaꝫ ad leniendũ naturam aliquid de tamarindis ante illud ꝑ duas horas.

¶ De curationibus febrium acutarum. Ca. 10.

Quod dictum eſt de regimine leniſicationis et ꝓuocationis et ſudationis et digeſtionis deinde euacuationis cũ medicina poſt illud. Et quod dictũ eſt de cibatione poſt ipſuꝫ eſt illđ qđ oportuit nos rememorari hic. ¶ Et modi extinctionis vehementie caliditatis ſunt cum infrigidatione aeris. Et cũ infrigidatione cibi. Et cũ epithimatibus et emplaſtris. Et cũ medicinis. Et cũ retentione eoꝝ q̃ ſunt ſicut mucillago pſilij: et mucillago granoꝝ cydonij et ſuccus portulace: et ſuccus liquiritie in ore vt ſedetur ſitis. Nam aſſiduare gutturi patiẽtis egritudinem calidã aliđd vt remaneat os humidũ et nõ ericcet in curis eſt iuuatiuum valde: et quandoq; iuuatur per adminiſtrationẽ clyſteris facti ex ſucco melonis indi: et cucumeris: et cucurbite: et portulace cũ oleo roſaceo: et cũ aliquãtulo cãphore iuuamẽto magno. ¶ Et opꝫ vt ſit aer infrigidatꝰ quantuꝫ poſſibile eſt: et eius infrigidatio eſt per prohibitionem frequentie: et

per ſuſpẽſionẽ flagellorũ multorũ: ⁊ per poſitionẽ niuis plurime: ⁊ ſi domus eſt primi tẽporis ex quo linita fuit luto ⁊ ꝓprie illo in quo ponitur loco palee cotũ papyri: tunc eſt melius: ⁊ quandoque preparantur in ea manationes vt fontiũ: ⁊ rorationes ⁊ currit in ea aqua dulcis. Aut ſtratus eſt ſup lacunã coopertã cũ reti: ⁊ eſt ſtratus ſuper quem dormitur ex tabari ⁊ his ſimilib⁹: ⁊ reliquus ſtrat⁹ eſt ex extremitatibus ſalicũ ⁊ cydoniorũ ⁊ myrti aſperſis aqua roſ. viol. ⁊ nenufaris ⁊ roſ. viol. Et ponuntur quandoque calathi in quib⁹ ſunt ordines de fruſtis fructuũ boni odoris frigidorum ſicut malorũ acetoſorũ ⁊ cydoniorũ ⁊ minorũ pirorũ boni odoris aſperſis in aqua roſ. ⁊ nenufare: ⁊ ſalicibus ſuper que ſunt puluerizata ſandali ⁊ roſe ⁊ cãphora: ⁊ ſup quã iã diſtillatũ eſt parũ vini odoriferi: tũc eſt illud qđ eſt vltimũ. ¶ Hoc eſt regimẽ aeris. ¶ Regimẽ aũt cibi iam ſciuiſti. ¶ Et ſi voluntas adeſt vt cũ infrigidatione ſit lenificatio: tũc detur aqua cucurbite et aqua melonis indi ꝓprie ⁊ aqua cucumeris: ⁊ lactuca cũ aceto eſt vltima. ¶ Et qđ cõueniẽs eſt ad ſedandũ ſitiꝫ eorũ eſt foca factũ ex pane ſimile cũ aqua caſei accepta ex dogo poſt colationẽ vehementeꝫ ¶ Et ſi adeſt volũtas vt cũ ſedatiõe ſit retẽtio: tũc detur ſucc⁹ granati muzi ⁊ acetoſi ⁊ aqua agreſte ⁊ aqua mori de ſcemi ⁊ aqua acetoſitatis limonis nõ ſalſi ⁊ aqua acetoſitatis citri ⁊ que ſunt his ſimilia: ⁊ aqua cereſculi ⁊ ẽ berberis. ¶ Epithimata vero tẽpora ſint ex ſuccis notis ⁊ ꝓprie aqua ro. aut ſucco roſarũ recentiũ cũ ſandal. ⁊ cãphora ⁊ aqua coriãdri ⁊ endiuie cũ iſtis enĩ ẽ infrigidatio pliarmu cillago pſilij cũ aceto ⁊ aqua roſ. eſt hui⁹ gñis. ¶ Et ẽbrocare epar cũ infrigidãtib⁹ eſt res maxima ⁊ magis iuuãs. Nã cũ equatur: eſt in eo maior pars rectificatiõis. Et fortaſſe rectificat aquã. ¶ Et quando illic eſt catarrus ⁊ tuſſis aut in capite ei⁹ eſt grauitas aut tẽſio: ſignificat multitudinẽ vaporũ. Quare opꝫ ne fundatur ſup caput aqua aut acetũ: immo occupetur cũ inclinatione capitis ſup vapores aque ſm ꝙ diſpoſitio facit illud neceſſariũ. ¶ Si vero nõ fuerit catarr⁹ neque aliqđ eorũ que dixim⁹: tũc adminiſtra de embrocis ⁊ epithimatib⁹ que ſcis. ¶ Et nocibilior embroca in hmõi diſpoſitiõe repletiõis capitis eſt mulſio lactis ſup caput: fortaſſe enĩ facit accidere apa l capite ⁊ perditionẽ. ¶ Et magis ſalua horarũ embrocationis capitis cũ repletiõe ei⁹ eſt vt ſit vapor coleric⁹ nõ humid⁹: imo in hmõi hora fortaſſe nõ nocet applicatio lactis: imo cõfert. Et cognoſcitur ex diſpõne ſomni ⁊ vigilijs ⁊ hũiditate ſuperiorũ partiũ nariũ ⁊ earũ ſiccitate. Cũ ergo videris ſomnũ aut ꝓfunditatẽ ſomni: aut humiditatem ſuperiorũ partiũ nariũ: tũc caue embrocationẽ ⁊ inũctionẽ: ⁊ ſtude in attrahẽdo materiã ad inferiora. ¶ Et cũ videris rubedineꝫ in naſo ⁊ facie vehementẽ: tũc nõ erit malũ vt ſcias currere ſanguinẽ ex narib⁹. ¶ Et infrigida epar cũ emplaſtris. ¶ Et cũ infrigidas caue ne occurras cũ infrigidatione vehemẽti hora ſudoris ⁊ reſolutiõis: immo opꝫ vt obſerues illud: fortaſſe enĩ ſit cauſa in elongatiõe

egritudinis; licet quandoq3 ſit longitudo egritudinis ſalubꝛioꝛ ꝙ ipſius acuitas. ¶ Et opoꝛtet vt caueas in febꝛibus acutis caluʒ ra ſure quoniam addit in debilitate virtutis: ⁊ terretur natura a receptione ſuperfluitatum ad inteſtina: ⁊ ab expulſione earũ ab eis pꝛopter victoꝛiam ſuperfluitatum. Et foꝛtaſſe redeunt ſuperfluitates ad ſuperioꝛa ⁊ ledunt hyppocundria ⁊ inflant ea ⁊ ledunt caput ¶ Et quandoq3 eſt in potu papaueris iuuamentuʒ mirabile in inſpiſſando materiã ſubtilẽ. quare digerit in faciendo ſomnum.

¶ Rememoꝛatio accidẽtiũ ꝗ difficilia ſunt: i febꝛib⁹ acutis. Ca. 11.

LOquamur itaq3 in pꝛimis de accidentibus que vehementia ſunt in febꝛibus: ⁊ de curatione eoꝝ: ⁊ feſtinem⁹ ad diſtinguendum febꝛes acutas. Et hec quidẽ accidẽtia ſunt ſicut rigoꝛ ⁊ frig⁹ ⁊ hoꝛripilatio: ⁊ ſicut ſudoꝛ plurim⁹ ⁊ ſicut fluxus ſanguinis nariũ ſuperfluus: ⁊ ſicut vomitus laboꝛioſus: ⁊ fluxus ventris debilitans ⁊ ſicut ſitis que non toleratur: ⁊ ſicut pꝛofunditas ſomni ſuperflua ⁊ ſicut vigilatio inſeparabilis: ⁊ ſicut aſperitas lingue ⁊ offuſcatio oꝛis: ⁊ ſicut ſternutatio continua: ⁊ doloꝛ capitis pꝛauus: ⁊ tuſſis frequens: ⁊ ſicut caſus appetitus: ⁊ boliſmus: ⁊ ſicut appetitus canin⁹ ⁊ ſingultus.

¶ De regimine rigoꝛis ⁊ hoꝛripilationis cum ſuperfluunt. Ca. 12.

QUod eſt de hoc ſequens ſudoꝛem rectificatur velociter ⁊ non indiget regimine. Et cretico non opʒ vt contrariuʒ fiat per remotionem: ⁊ non eſt de illis que debilitãt ⁊ faciũt aliud. ¶ Et qñq3 ſedaẽ cum ligatione extremitatum: ⁊ fricatione facili: ⁊ cum calefactione cooperture: ⁊ cum vnctione de oleo de aneto ⁊ de camomilla ſi indigetur eo. ¶ In foꝛti autem quando perſeuerat: ſiue ſit in febꝛibus: ſiue ſit in aliijs: opʒ vt ligentur extremitates in locis plurimis. Et inunctio fiat cũ oleo camomillino ⁊ radice lilij. ¶ Et ſunt de hominibus qui confoꝛtant illud cum eis que ſunt ſicut cardamomum ⁊ caſtoꝛeum ⁊ ruta ⁊ ſceba ⁊ calamentum ⁊ baurach ⁊ piper ⁊ piretrum. ¶ Et quandoq3 pertranſit illud ad adminiſtrandum linimenta ex ſinapi ⁊ aſſa fetida. ¶ Et quandoq3 decoquuntur medicine iſte in aqua: deinde coquitur in ea aliquod oleum. ¶ Et aqua eruce foꝛtis in hoc capitulo per ſe ſola aut cum oleo aliquo quod decoquitur cum ea. Et ſimiliter decoctio ozimi et aqua eius.

¶ Confectio olei boni. Ca. 13.

SUmatur anetum ſiccum ⁊ mirrha ⁊ ruta ⁊ calamentum ⁊ piper ⁊ piretrum: coquantur in vino decoctione vltima: deinde decoquatur colatum in tanto quantũ eſt medietas eius de oleo ſiſamino vſquequo conſumatur aqua ⁊ remaneat oleum ⁊ adminiſtretur inungendo. ¶ Et de oleis foꝛtibus in eis in tali qualis eſt rigoꝛ quartane eſt oleum de coſto: ⁊ oleum de ſceba et oleuʒ de abꝛotano ⁊ oleum de lilio: ⁊ oleum de mirrha ⁊ ponatur in ℥ .j. olei pond

ʒ.iiii.piperis.ꝛ vſ.ʒ.ſ.piretri tritoꝛuꝫ. ¶ Et adminiſtreť abſynthiũ decoctũ in oleo aliquo: aut oleũ oliue in quo decoctũ eſt apiũ. ¶ Et introitus in oleũ leuis caliditatis eſt iuuatiuus valde: ꝛ foꝛtaſſe neceſſarie ſunt potiões. ¶ Et multotiẽs ſedatur cũ aqua calida leuis caliditatis ꝛcũ curatiõe ſup vapoꝛẽ eius. ¶ Et quãdo non ſedatur per id ſi materia eſt groſſa: decoquãtur in aqua aniſuꝫ calamẽtũ et ſemẽ apij ꝛ maſtix ꝛ eruca ꝛ anetũ ꝛ ſimilia. ¶ Et balneeť in aqua in qua decocta ſint ea que ſunt ſicut ſceba ꝛ abꝛotanũ ꝛ calamẽtũ ꝛ anetum ꝛ ſquinãtum ꝛ ruta ꝛſanſucus ꝛ coſtus ꝛ ſemina calida. ¶ Et omnes medicine foꝛtis pꝛouocationis ſedãt rigoꝛem. ¶ Et de medicinis ſedantibꝰ rigoꝛem maximũ in quartana ꝛſimilibꝰſibi eſt vt bibať de coſto aure.i.cum aqua calida: ꝛ de agarico quãtũ de ipſo in aqua calida: ꝛ in agarico eſt iuuamẽtũ. ¶ Et quãdoqꝫ poniť cũ eo parũ opij qm̃ facit doꝛmire ꝛ facit ſudare et ꝓhibet vehemẽtiã rigoꝛis ꝛ alia. ¶ Et iteꝝ ireos quãtitas aurei.i.ĩ aqua calida. ¶ Et de cõpoſitis eſt tyriaca diateſſeron: ꝛ electuaria alia ꝛ dyacyminũ: ꝛ dyacalamẽtũ: ꝛ dyapipereõ: ꝛ ſirupus de melle in quo feruẽt ſicut aſſa ruta ꝛ piretrũ ꝛ piper. ¶ Pillule experte que danť in potu ante rigoꝛẽ per hoꝛã vnã infirmo erecto vel ſtante ſuper lectũ ſuũ ꝛ aere eius calefacto cũ igne ꝛ cooperimẽto: qm̃ tẽperãt ipſum aut ꝓhibẽt quãꝝ confectio. ℞.ſtoꝛacis myꝛrhe opij oppoponaci oĩm ana partẽ.ſ. cõficiãtur cum butyꝛo: ꝛſit doſis eius quãtitas fabe. ¶ Et iteꝝ ſumať oppoponaci caſtoꝛei dauci aſſe piretri opij añ. partes equales: fiat ſicut pꝛimo fit. ¶ Deſcriptio bona. ℞.oppoponaci ſerapini aniudẽ ꝛ cimini carmeni ꝛ ſeminis apij piperis añ.auꝛ.i.ſ.ſeminis iuſquiami albi croci ariſtologie caſtoꝛei euforbij myꝛrhe ameos zinziberis omniũ ana pondus tertie.ʒ.i.ſeminis balmel piretri omniũ añ.auꝛ.i. conficianť cuꝫ melle: ꝛ doſis eius ſit auellana cũ aqua calida valde. ¶ Et foꝛtaſſe eſt neceſſarium in eo vt detur in potu vinum calefactum ꝛ cibi calefacti. ¶ Et ſolutio ventris cum eis q̃ ſunt ſicut hiera ꝛ diacidoniten ꝛ dyaſinicon. Immo quãdo eſt rigoꝛ paruus ꝛ pꝛopꝛie ſine febꝛe: denť in potu pillule fetide qm̃ ipſe ſunt ſanitas eius.

## ¶ Regimen ſudoꝛis ſuperflui in febꝛibus. Cap.14.

Opoꝛtet ne ſudoꝛ creticus quãtũ poſſibile eſt reſtrigať. ¶ Cuꝫ aũt euenit neceſſitas ꝛ pertrãſit terminũ: tunc opꝫ vt euẽteť ꝛ infrigideť locꝰ. ¶ Si aũt nõ excuſat: tunc ſuper inſtrumẽtũ poſitus quo pueri vel iuuenes ſolẽt in aere cõcuti commoueať in loco frigido. ¶ Et nõ opꝫ vt occupeť in exicãdo illud qđ roꝛandum egrediť faciẽdo eruccationẽ: poſt eruccationẽ: nã illđ eſt occaſio ad illud ꝓuocãdum ꝛ multiplicandũ: ꝛ foꝛtaſſe attrahit ſincopiꝫ. Nam eius abſterſio addit in ipſum: ꝛ eius dimiſſio reſtringit ipſum.

¶ Et opꝫ vt inũgat eũ cũ oleo ro. foꝛti ꝛ oleo myꝛtino: aut cũ oleo de ſalicibus ꝛ cum oleo de balauſtijs. Aut fiat oleũm cum aquis in

quibus decoquuntur cydonia pontica ⁊ mala pontica ⁊ roſe ⁊ balauſtie ⁊ charabe cōtritum ſicut puluis q̄ apparet in radio ſolis ⁊ ſimilia q̄ rſtringit. ¶ Et q̄nq; reſtringit acetum mixtum cum aqua ⁊ ſucc⁹ agreſte ⁊ decoctio balauſtiaꝝ ⁊ decoctio balauſtiarū ⁊ decoctio gallarum ⁊ decoctio myrti ⁊ ſuccus ſalicis eſt mirabilis ⁊ aque ſemperuiue. ¶ Et cum res ſit vehemēs liniatur cum muſcillaginibus frigidis ⁊ cū gūmi: ⁊ proprie cū emplaſtratur his duobus ⁊ euētatur. ¶ Et quādo vehemēs ſit res opꝫ vt ponatur nix ſup extrema: ⁊ ſola ſint in ea extrema aut balneetur cū aqua frigida ſi ſuffert eā.

¶ Regimen fluxus ſanguinis narium ſuperflui. Cap.15.

Oportet vt nō properetur ad phibendū illū q̄ creticus eſt quātum poſſibile eſt. ¶ Cū aūt eſt neceſſe phibere fluxū ſanguinis nariū in febrib⁹ acutis: tunc liga extrema: ⁊ pone ventoſas ſup latus qđ ſequitur latus fluxus ſanguinis nariū. Deinde conſequenter adhibe regimen illius loci: fortaſſe eñ poſſibile erit tibi vt infrigides ⁊ reſtringatur per illud: ⁊ ante vel non ponas ventoſas deſuper: ⁊ diſtilla in naſum aliquas diſtillatiōes predictas in capitulo flux⁹ ſanguinis narium: ⁊ cū non eſt phibens aliquod infrigida caput cum infrigidātibus predictis in eo: ⁊ q̄nq; aduenit patiētib⁹ quartanā fluxus ſanguinis nariū: quare opꝫ vt iuues cū facientib⁹ fluere ſanguinem ex naribus ſcitis: in ipſo enim eſt ſanatio quartane. Si vero ſuperfluitatem timuerimus: faciemus ſicut illud quod fecimus.

¶ Regimen vomitus q̄ accidit eis. Cap.16.

Creticus iteꝝ non abſcindatur niſi apud neceſſitatē. Et ſm plurimū abſcindatur in eis p vomitū: ⁊ per adiutoriū eis q̄ extrahitur humor nociuus: ſicut eſt ſirup⁹ acetoſus ⁊ aqua calida. Et q̄nq; eſt neceſſariū vt confortetur virtus: quare ponatur loco ſirupi acetoſi puri ſirup⁹ acetoſus cū ſeminib⁹. ¶ Et ſi humor eſt imbibit⁹ ⁊ groſſus: tunc opꝫ vt fiat ſolutio dādo in potu qđ eſt ſicut aloes ⁊ hiera. ¶ Et q̄n nō eſt imbibitus fortaſſe cōfert hiera ⁊ aloes. ¶ Et ſi eſt imbibitus nō groſſus: mūdat ipm ſirupus acetoſus cū aqua calida: deinde equat ipſū: poſt illū aqua granatoꝝ q̄ bibatur. Qđ ſi euomuerit eā bibat ipā ꝫ vice alia donec equetur ⁊ quieſcat. Et ſimilr ſirupus de mēta cū granis granatoꝝ ⁊ fortaſſe ſedat ipm infrigidatio ſtomachi. ¶ Et nō opꝫ vt approximet rebus pōticis ⁊ ſedātib⁹ vomitū cū pōticitate ſua ⁊ acetoſitate ſua ſtiptica ille q̄ vomit propter humorē imbibitū: qꝛ eſt malū: ⁊ addit imbibitioni. Sed non imbibito fortaſſe faciēt eū deijcere deorſuꝫ q̄uis ſit groſſus. Et fortaſſe iuuabūt virtutē ſtomachi ad expellēdū eū p ſupiora. ¶ Et q̄n aſſiduauerit vomit⁹ de colera ⁊ nō fuerit de genere imbibiti: tunc vtere ſtipticis: ⁊ ppie emplaſtris iuuātib⁹ factis ex corticib⁹ granatoꝝ ⁊ gallis ⁊ his ſilib⁹ cū vino permixto aut aceto permixto. ¶ Et ad vomitū q̄ deꝫ colere nigre ſuperfluū ſubmergatur ſpōgia in aceto

⁊ ponatur ſup ſtomachū. Qđ ſi neceſſarius fuerit aliquid fortius: adminiſtra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Regimen fluxus ventris qui accidit eis. Cap. 17.

Iam ſinglr in caplo fluxus ventris locuti ſum⁹ in hac intētione. Ergo redeamus ad illud. ¶ Et de illis que conferūt ex via ciborum ſunt almes torrefacti: et lentes torrefacte: ⁊ coriandrū: qđcunq; horū duorū fuerit: elixetur: et fundat aqua ab eo: et ꝓprie qñ fit acetoſum cū granis granatorū qđ eſt bonum.

¶ Regimen ſitis eorum ſuperflue. Cap. 18.

Oportet vt inungatur caput cū oleo frigido valde qđ fundat ſup ipm: ⁊ ponat ſup caput ſi nō fuerit qđ ꝓhibeat: ⁊ cū aquis infrigidātib⁹: ⁊ retētiōe mucillaginis ſeminis cydonioꝝ ꝑmixte cū oleo ro. vltimo. Aut infuſionis prunoꝝ ⁊ medullarum cucumeris ⁊ alkhed et cucurbite et ſeminis lactuce nigre et radicuꝫ liquiritie: ⁊ pillularū deſcriptarū in antidotario ad ſitim. Et de illis que maſticātur eſt almoſoſat ⁊ ſunt tamarindi: ⁊ ſitis qdē qñq; fit ex frigore: ⁊ abſcindit eā ſomnus. ¶ Et qñq; fit ex calore: ⁊ abſcindūt eā vigilie. ¶ De profunditate ſomni que accidit eis. Cap. 19.

Oportet vt remoueant a profunditate ſomni cū fabulis ⁊ his ſimilibus per voces: et ligentur mēbra eoꝝ inferiora ligatiōe doloroſa: poſtq; non fuerit qđ ꝓhibeat. ¶ Et ſuperponat colliriuꝫ ſubtile ſi natura fuerit reſtricta ⁊ in hora quietis et tēpore aſſiduitatis: et ventoſetur quod eſt inter ambas ſpatulas et ſpondiles.

¶ De grauitate capitum eorum. Cap. 20.

Oportet vt alienet ab eis emulſio lactis ſuper capita eorū: a. t effuſio olei ſup ea: aut embroca: aut caputpurgiū. Omnino ſint contenti vaporationibus factis cū embrocis ex camomilla: et ſint in eis viole et furfur et his ſimilia.

¶ De inquietudine habentium febres et aliorum. Ca. 21.

Oꝫ facere ex oleū viol. cū oleo de ſemie lactuce et oleo nenufarino: et oleo de cucurbita: et adherere aliqđ de ſtupefaciētibus famoſis ſup tempora ⁊ incuruare caput ſuper vapores humectātes ⁊ odorare nenufar: ⁊ poma mādragore ⁊ alſebeſebran aſperſum ex lōginquo: et embroce humectātes: ⁊ res quas ſcis: et ſimiliter ſi nō fuerit qđ ꝓhibeat: detur in potu ſirupus papaueris ⁊ loboc eius. Deinde multiplicentur inter manus eius candele et eleuent voces cum fabulis ⁊ ligentur cū inſtitis extremitates eius ligatione doloroſa parum cū anſis que reſoluant velociter. Deinde ꝑcipiatur ei vt dormiat ⁊ claudat oculos. Cūq; dormit parū extinguātur candele: et ceſſent voces: et ſoluantur anſe qñ dormiet: et cū inuenit leuitatem et quietē ex paroxiſmo aut vehementia: aſſiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctū eſt papauer nigrū cū aliquātulo mandragore ⁊ radice eius: et cū eſt illic humor haurachius: confert aqua in qua cocta ſint ſiſimbrium et mellilotū ⁊ albacuen ⁊ pa

pauer abluendo faciē ꝛ icuruando ſup vapoꝛē eius.

¶ De doloꝛe ventris qui accidit eis. Capitulum. 22.

Fit ex effuſiōe cholere ad ſtomachū: ꝛ ſi accidit in pꝛincipio periodi eius detur in potu parum ſyrupi de malis cum ſyrupo acetoſo.

¶ De aſperitate lingue eoꝝ. Capl'm. 23.

In eſſentia q̄dē viſcoſitatis fricetur cū bꝛuſco aut cū virgis ſalicis cum oleo amigdalino ꝛ zuccaro tabarzet donec mūdet: aut cum ſpongia ꝛ pauco ſale ꝛ oleo ro. in hoc non eſt alleuiatio multa īfirmi: ꝛ poſt illud cum ei⁹ aſperitas eſt nō ꝑpter viſcoſitatē imo a ſiccitate opꝫ vt teneat in oꝛe ſuo ſebeſten: aut nucleos pꝛunoꝛum: aut ſaltē q̄ aſpoꝛtant de india ꝛ eſt in coloꝛe ſalis ꝛ dulcedine mellis: ꝛ ſumat de eo ſm quod dixit Archigenes quātitatem fabe vnius: ꝛ grana cydonioꝛum ſunt ex eis que humectant linguaꝫ: ꝛ ꝓhibent ei offuſcationem. ¶ Et opoꝛtet vt non ponantur puluinaria multa neque reſupinetur doꝛmiens: nam hec duo exiccant linguam.

De ſternutatione aſſidua q̄ accidit eis. Capl'm. 24.

Quandoqꜫ magnificat̄ nocumētuꝫ ſternutatiōis aſſidue cuꝫ eis: ledit nāqꜫ eos ꝛ replet capita eoꝝ: ꝛ debilitat eoꝝ ꝟtutes ꝛ foꝛtaſſe facit fluxū ſan. nariū. Quare opꝫ vt fricet̄ eoꝝ frons ꝛ collum ꝛ naſus: ꝛ aperiantur oꝛa eoꝝ: frons ꝛ collum ꝛ naſus: ꝛ aperiātur oꝛa eoꝝ ꝛ fricent̄ eoꝝ palata cū vehemētia: ꝛ fūdātur capita eoꝝ ꝛ ꝯuertātur ꝛ ꝑmant̄ eoꝛum extrema: ꝛ fundātur in aures eoꝝ olea tepida ad caliditatē parūper decliuia ꝛ humectētur lacerti eoꝝ ꝛ ipſoꝝ mādibule. ꝛ ponāt̄ ſup eoꝝ ceruicib⁹ puluinaria calefacta: ꝛ nō excitent̄ a ſomno eoꝛū ſubito: ꝛ minuātur a puluere ꝛ ſomno: ꝛ omni in cui⁹ doloꝛe eſt acuitas: ꝛ olfaciant ſauicb: ꝛ lutum alnaiachi: et ſpongiam marinam.

¶ De doloꝛe capitis q̄ accidit eis. Capl'm. 25.

Liga extremitates eoꝝ ꝛ ꝓpꝛie coxas ꝛ cū īſtita liga: ꝛ frica pedes eoꝝ Et ſupponātur eis colliria trahētia materiā ad īferioꝛa: ꝛ ꝯfoꝛta capita eoꝝ cū īfrigidātib⁹ notis: et ſi nō fuerit qđ ꝓhibeat ex coꝛiza aut tuſſi ēbꝛocētur capita ipſoꝝ cū decoctiōe roſarū ꝛ violarū ꝛ oꝛdei aut folioꝝ ſalicis et his ſimiliū: ꝛ ſil'r oleo roſ. ꝛ oleo de ſalicib⁹. Et q̄ñ nō excuſat hoc: tūc ꝑmiſce ēbꝛocas īfrigidantes cū lenitiuis: ſicut camomilla: ꝛ ſtupefactiuis ſicut eſt papauer: ꝛ nō mulgeas lac niſi cum remouetur febꝛis. Si aūt virtus fuerit foꝛtis mulgeas lac capꝛinuꝫ: ꝛ ſi fuerit debilis mulgeas lac muliebꝛe. Et caue lac apud repletionem humidam facientem pꝛofunditatem ſōni: ꝛ ſimiliter caue humectantia. Et tu non adminiſtres humectantia: niſi vbi ē vapoꝛ fumoſus ꝛ caput ſiccuꝫ ꝛ paꝝ ſomni. Et quādo multiplicatur repletio in capite ex vapoꝛe humido: trahe eum ad inferioꝛa cum collirijs et clyſterib⁹: et ſtringe membꝛa inferioꝛa ita qꜫ teſticulos.

¶ De tuſſi eorum. Capl'm.26.

TUſſis plurimũ accidit eis ex calore: aut ſiccitate. Quare opꝫ vt teneant in oĩb' ſuis pillulas bichikbias: allo hoc de papauere facta cũ medullis fructuũ frigidis ⁊ amilo ⁊ his ſilib'. Et vtãtur ceratarijs in frigidãtibus factis ex oleo roſ. puro ⁊ ex mucillagine pſilij ⁊ ſucco portulace ⁊ alijs.

¶ De deſtructiõe appetitus eorum. Cap.27.

QUandoqꝫ eſt cã eius humor in ore ſtomachi: qđ ſcitur ex eo qđ dictũ eſt de deſtructiõe appetit'. Et euacuaẽ per vomituꝫ aut ſolutiõe ventris. Eu multotiẽs iuuaẽ cũ intromiſſiõe digitorũ in gutture ⁊ cõmotione ſtomachi: ⁊ proprie cũ vomitu expellit colericam rem aut acetoſam. ¶ Et qñqꝫ eſt ex vehemẽtia debilitatis: quare curetur cõplexio que facit eã cũ eo qđ ſcitur. Et opꝫ vt approximes eis odores bonos excitãtes appetitũ: ſicut odor ſauicb infuſi cũ aqua ⁊ aceto. Et detur eis electuariũ ꝓportionale febricitãtibus: et parũ vini ⁊ ſucci fructuũ ponticoꝝ boni odoris. Et lãbãt aliqđ de aceto gelatine piſciũ aut hedi ⁊ his ſilium. Et ponanẽ ſuper ſtomachũ poſt dies primos emplaſtra facta ex fructib'. Et ſint i eis abſynthiũ ⁊ aloes ſm ꝙ ſcis. Et inũctio ei' cũ oleis bonis eſt iuuatiua. ¶ De boliſmo eorum. Cap.28.

OPortet vt curenẽ cũ odoramẽtis ⁊ luto alnaiachir armeni infuſi cũ aceto. Et odorẽt almoſoſat ⁊ panẽ mũdũ calidũ ⁊ carnes aſſatas. Et ſtringe eoꝝ extremitates. Et extẽdes aures eoruꝫ ⁊ capillos ipſoꝝ. Et ꝯforta eoꝝ cerebra cũ embrocis infrigidãtibus ⁊ humectantib'. Plurimũ nãqꝫ boliſmi eoꝝ eſt ꝓpter deſtructionem oris ſtomachi ꝓpter cãm cõicantẽ ramis ꝗ adueniũt eis cũ ſenſu ⁊ eſt corpus durũ et induraẽ: verũ ſenſus nõ vltimatur cum eo.

¶ De nigredine lingue eorum. Ca.29.

OPortet vt nõ dimittaẽ ſup linguã nigredo: imo fricet cum eo qđ ſcis: ⁊ ſi nõ: leuabunẽ ad caput vapores maligni ⁊ faciẽt cadere in ſirſen.

¶ De appetitu eorum canino. Cap.30.

CUratur cũ vnctuoſis frigidis ⁊ dulcibus.

¶ De ſincopi que accidit eis. Cap.31.

QUandoqꝫ accidit eis ſincopis in ꝑncipio febriũ: ꝓpter effuſionẽ colere ad ſtomachos eoꝝ. Quare opꝫ vt deẽ eis añ paroxiſmũ: aut apud paroxiſmũ fruſtũ panis de ſimila cũ aqua granati ⁊ aqua agreſte. ¶ Et ſcias ꝙ qñ aggreganẽ ſyncopis ⁊ febris: tũc ſincopis eſt dignior curatiõe: ⁊ ſi indiget pauco vino detur ꝑmixtũ cũ tribus.3. vini antiqui. ⁊ ſi non: ſirupi maloꝝ antiꝗ cuius reſoluta eſt ſuperfluitas: ⁊ flobothomia ꝗdem multotiens addit in ſyncopi: et cliſtere leue eſt magis conueniens: et vomitus eſt iuuatiuus eis. Et conſtrictio crurum ⁊ ponere manus ⁊ pedes in aqua calida ¶ Et cũ euadũt: tũc de ſollicitudine eſt vt cibẽtur ſauicb ordei infri

pidato in quo ſint genera granatorum.

¶ De conſtrictione anhelitus eorum. Cap.32.

Conſtrictio anhelitus accidit eis: aut ppter ſpaſmū ꝛ ſiccitatē q̄ accidit eis in lacertis anhelit⁹: aut ppter materiam prefocatiuā deſcendentē ad guttur eoꝝ: aut ppter debilitatē q̄ dn̄atur neruis venie͂tib⁹ ad mēbra anhelitus. ¶ Et prima quidē curatꝰ cū vnguentis vel emplaſtris humectātib⁹. ¶ Et ſc͂da cū eis q̄ phibēt ſtrangulatiōeꝫ. ¶ Et tertia cū equatiōe cōplexiōis in cerebro: ꝛ inunctiōe colli cū eis q̄ infrigidāt ꝛ humectāt: ꝛ ſup ſtomachū iteꝝ ex eis q̄ ſunt ſicut raſura cucurbite ꝛ portulace ꝛ ſandali cū oleo ro. ꝛ ſimilibus ei.

¶ De vehementia triſtitie eorum. Ca.33.

Quando multiplicatur triſtitia cauſa oris ſtomachi ꝛ aduentu humoris mordicatiui in eo: tūc infrigides ſtomachos eorum cum eis que ſcis de cibis: et inungātur: et dormiāt in loco proximo motib⁹ aq̄ ſtrato extremitatib⁹ arborū ꝛ frutectis frigidis: ꝛ odoriferis frigidiꝫ ꝛ nenufare: ꝛ roſis: ꝛ exparſionib⁹ frigidis factiꝫ ex fructib⁹ odoriferis frigidis ꝛ ſandalis. ¶ Et multotiēs q̄dē ꝯferūt in eorū triſtitia cliſteria frigida facta ex aqua cucurbite et citruli ꝛ ſucco portulace ꝛ ſemperuiue cum oleo ro.

¶ De difficultate deglutiendi que accidit eis. Ca.34.

Difficultas deglutiēdi cū accidit eis: et fe. fuerit ꝯcluſa: tunc flobothomia paulatim fiat: et equatio fiat ad retrahendū. ꝛ ſuppoſitoriū eſt melius quā plurimū ſolutiuum deſuper.

¶ De frigore extremitatum qđ accidit eis. Cap.35.

Multotiēs pfundatur calor eorum: et infrigidantur eoruꝫ extrema. Et tendit calor ſubmerſus ad caput. Ponātur ergo extremitates in aqua calida: et non bibant aquam frigidam.

¶ De ſermone febris colerice. Cap.36.

Febres colerice tres ſunt: tertiana ꝯtinua: tertiana periodica: et cauſon. ¶ Et tertiana q̄dem piodica aut eſt pura: et fit a colera pura. Aut non pura et fit cū putredine colere groſſe ſubſtātie ppter cōmixtionē colere cū flegmate cōmixtione aliqua cōplexionali vnita: et ppter hoc diuerſificatur ab hemitriteo: cū hemitriteū faciant due materie ſeparate: et hāc faciat materia vna que in ſeipſa eſt permixta: cū cuius calore ꝯmiſcetur aliquātuluꝫ frigoris qđ grauat ſuā putredinem et ſuā reſolutionē ꝛ ſuā digeſtionem ꝛ ppter illud q̄dem fiunt in hemitriteo duo paroxiſmi: et tertiane nō pure paroxiſmus vnus. Et hec quidē nō pura q̄n̄q; plongatur tpe longo ꝛ circiter medietatē anni: ꝛ q̄n̄q; perducit ad mollicieꝫ ꝛ magnitudinē ſplenis. ¶ Cauſon vero eſt de genere cōtinue: qm̄ differentia inter eius vehementiā et eius teporē eſt inſenſata: ꝛ accidētia eius ſunt vehementia: et cauſa eſt acuitas materiei et multitudo cū eius caſus ſit circa cor ꝛ in venis oris ſtomachi: aut in partibus epatis ppe ad ſummum in mēbris nobilibus vicinis cordi.

¶ In tertiana vero colera eſt in carne: et ad ꝑteſcutis. ¶ Et in continua eſt ſparſa ī venis corporis q̄ elōgant a corde. ¶ Et vehemētia q̄dem ſitis: et anguſtia: et inquietudo: et īpatiētia: et alienatio: et nauſea: et amaritudo oris: et ſiccitas labiorum: et ſciſſio eorum: et dolor capitis multiplicātur ī febrib⁹ colericis: et eſt natura in plurib⁹ earum ad ſiccitatē decliuis: qm̄ materie mot⁹ ē ad ſuperiora: aut ad illō ad qō apparet de corpore et cute.

¶ De tertiana abſolute: et nominatur triteus. Cap. 37.

Paroxiſmus tertiane īcipit ī ꝓmiſcū horripilatiōe vt pūctura acus: deinde īfrigidat: et īcipit facere rigorē difficilē valde difficiliorē reliq̄s rigorib⁹: nō frigidū: aut cū pauco frigore: et non eſt frig⁹ ei⁹ niſi ꝑꝑ ꝓfundationē caloris ad īteriora ad ꝑtē materiei: et inuenit ſicut pūctura acuū: et hic q̄dē rigor cū vehemētia ſua eſt ve locis ſedatiōis: et tu iā ſciuiſti cauſā hui⁹ rigoris: et fit rigor ei⁹ ī trib⁹ dieb⁹ ꝓmis fortior et vehemētior: et in quartana ecōtrario: et iterum rigor īcipit cū fortitudine: deinde lenit paulatī et minuit velociter et ī quartana econtrario. ¶ Et ſudor multiplicat ī tertiana cū dimittit. ¶ Et fit vrina ī ea rubea tēdēs ad igneā: in qua nō ē multa groſſitudo. Aut ē nō pura: et fit vrina ei⁹ cruda aut groſſa. ¶ Et tertiane caliditas eſt ſaluior caliditate cauſonis: et quāto plirius manus tāgit corp⁹ nō addit īflammatio: imo quādoq̄ minuit īflāmatio ei⁹ et ī cauſonide addit īflammatio. ¶ Et accidētia q̄ accidūt in eis in tertiana ſunt vigilie ſine grauitate in capite: niſi in q̄buſdā nō puris et ſitis et furor et ira et odiū locutiōis. ¶ Et eſt pulſus ei⁹ acutus velox ꝑ ꝯparatiōem ad reliq̄s febres: et nō eſt equalis ꝯſtrictionis et dilatationis: quoniam humor debilitat eū: et addit ei diuerſitatem apud ſtatum: et diuerſitas in eo eſt ſub ea que eſt in aliis cum duritie: et eſt pulſus fortior in ea: immo diuerſitas in eo non eſt ſm plurimū: niſi diuerſitas ꝓpria cū febre et aliis: et in principio quidem eſt neceſſariū vt coartet pulſus vſq̄ ad horā dilatatiōis febris: et tūc cōfortat et fit velox et freq̄ns et eius diuerſitas nō ē multū ſuꝑflua. ¶ Et q̄nq̄ ſignificāt ipſā etas et ꝯſuetudo et regio et ars et forma et temp⁹ et multitudo euent⁹ tertiane in illa hora. ¶ Cū ergo componunt due tertiane: ſunt paroxiſmi euenietes omni die. ¶ Qui ergo ꝯſiderat tertianā ꝑ paroxiſmū errat ī ea: imo opꝫ vt attēdant ſignificationes alie q̄s dicem⁹. ¶ Et patiētib⁹ q̄dē tertianā accidūt vigilie: et amor ſolitudinis: et multotiēs ſentiūt ebullitionē apud epar.

¶ De differentia īter tertianā purā et nō purā. Cap. 38.

Pura eſt ſubtilis leuis: cuius paroxiſmus conſumitur a quattuor horis vſq̄ ad .12. horas: et non addit ſuper eas multum: et ſi addit additione multa: tunc eſt non pura: et eſt ſm plurimum perueniens ad ſeptem horas. ¶ Et calefit in ea corpus velociter: et vides caliditatē procedere ex corpore: et extremitates adhuc ſunt frigide. ¶ Et ſimiliter pura nō accidit error ſupra .7. periodos. Et

quandoq₃ ↄſumit propter ſubtilitatē ſue materie in paroxiſmo vno in quo accidit vomitus aut ventris ſolutio mundificās. ¶ Et apparet digeſtio in vrina i pmo die: aut in tertio: aut i quarto: aut i ſeptimo. ¶ Si autem addit ſup ſeptē periodos additionē plurimā: tūc eſt de genere nō pure. ¶ Et ſimiliter ſi plongat̄ ſpaciu₃ ſui rigoris. ¶ Et eſt additio ſuorū paroxiſmo₂ τ antecelſio eorū adinuicē ſm ordinē ſeruantē pportiones ſimiles: τ in nō pura eſt illud diuerſu₃ nō rectū. ¶ Et ſimiliter quando aſſimilant̄ paroxiſmi ſm terminū vnū τ reliqua ſigna elongationis febris etiā ſunt de illis q̄ ſcis. ¶ Et cū vides pncipiū cū rigore ſm q᷑ determinauim⁹: τ ſtatū cū ſudore exuberāte: tūc nō dubites q̄n ipa ſit pura. ¶ Et in pura q̄dē cu₃ eā habēs bibit aqua₃ ordei pcedit qđ eſt i corpore ei⁹ cū vapore humido q̄ſi ipe velit ſudare τ q̄nq₃ ſudat. ¶ Et cū nō pura iuenit̄ grauitas plurima in capite. ¶ Et extenſio. ¶ Et plongat̄ rigor donec puenit ad viginti quattuor horas: aut triginta horas vſq₃ ad horam ſua₃ ¶ Et tepeſcit donec ↄplent̄ q̄draginta hore: τ per quātitatē additionis paroxiſmi ſup. 12. horas ē ei⁹ elongatio a paruitate. ¶ Et in tertiana q̄dē nō pura tardatur apparitio digeſtiōis. ¶ Et nō appet in forma offuſcatio neq₃ extenuatio. ¶ Et fortaſſe nō eradicat̄ cum ſudore copioſo. ¶ Et fortaſſe nō icipit cū rigore. ¶ Et nō eſt calliditas cū multa fortitudine: neq₃ eſt augmētū ei⁹ equale: imo ē q̄ſi ipa addat̄: deinde pcedit τ minuit̄. ¶ Et accidētia ſua minorātur i ea.

## ¶ De tertiana ↄtinua. Cap. 39.

Cognoſcit̄ p vehemētiam paroxiſmorū tertiane: τ p vehemētiā accidentiu₃ tertiane: τ apud Gal. quidem cū ſanguis putreſit: fit de hoc genere: τ de eo fiet ſermo poſt.

## ¶ De cura tertiane pure. Cap. 40.

Oportet rememoreris illud qđ dedim⁹ tibi de radicibus in curatione febriū de ſolutione ventris: τ cibo: τ in oib⁹ capitulis: et fabrica ſup illđ. ¶ Et tu q̄de₃ nō auſcultes ſermonē ei⁹ q̄ ↄcedit in principio ſolutiua fortia τ myrabolanos et his ſimilia: niſi illđ qđ diximus. Immo oportet vt pperes in pmis et lenias lenitate q̄dam cū eis q̄ diximus illic. ¶ Sicut ſunt tamarindi quātitate. xl. ʒ. q̄ iſūdātur in aqua calida in nocte et colentur: proijciantur deſuper ſiracoſt aut terēniabin aut aqua duorū granatorum. ¶ Et ſicut decoctio lubleb cū tereniabin et paſſulis enucleatis. ¶ Aut iſuſio prunorum cum tereniabin: aut ſiracoſt. ¶ Aut ſirupus viol. et viole cōdite. ¶ Et fortaſſe facit nucillago pſilij cum quibuſdam. ſirupis ſicut eſt ſirupus prunorum lubricitatem et lenificationem et cum decoctione lētium cum iuleb. ¶ Aut cliſteria lenia ſicut eſt cliſtere cum decoctione altee et iuiube et ſebeſtem et radice lilij et oleo violato: τ ſucco ſicle τ baurach ſecundū modum quem ſcis. Et illud quando neceſſitas tangit ad ipſam. Rectum namq₃ eſt ne in potu detur quod eſt ſicut ſorbitio ordei: neque ei ſimile: neque cibi niſi natura

tã lenificata: ꝛ ſi vētris ſolutio in pͥncipio in febꝛe tertiana pura minoꝛis fit malitie ꝙ̄ ei⁹ ſiſe in aliis ſꝫ ſit ei⁹ malitia: iterũ maxima. ¶ Et quando eſt poſſibile vt flobothomes vſq ad tres periodos fac. ¶ Siſr qñ times ꝙ ſit egritudo furioſa ꝛ facis illud: erit illud qđ accidit de erroꝛe ſi accidit minus ꝙ̄ aliud. ¶ Et opꝫ vt non moueas in die paroxiſmi aliq̄d niſi pp neceſſitatē ¶ Et nõ cibes niſi apud ɔditiones p̄dictas. ¶ Aut puoces vꝛinam cum emulſiõe ſeminum: ꝛ opoꝛtet vt ſupueniat ei paroxiſm⁹ dũ eſt famelic⁹: ꝛ nõ eſt in ſtomacho eius aliquid. ¶ Immo opoꝛtet vt ſumat in potu ſirupũ acetoſũ omni mane: ꝛ poſt duas hoꝛas aquã oꝛdei in die in qua nõ eſt paroxiſm⁹. ¶ Et ſirupus q̇dē acetoſus poſt paroxiſmũ eſt ɔueniēs. ¶ Et ſimiliter ponere pedes i aq̄ frigida ad trahēdũ reſiduũ caloꝛis. ¶ Et ego magis diligo vt ſit in ſirupo acetoſo: ꝛ ppꝛie i poſtremis emulſio ſeminũ frigidoꝛũ p̄dictoꝛũ: ꝛ ante paroxiſmũ p tres hoꝛas aut quattuoꝛ. ¶ Et deť in potu iterũ poſt paroxiſmuꝫ aqua oꝛdei. ¶ Et quãdo neceſſaria eſt ſubtiliatio regiminis: detur in potu ſicut aqua granatoꝛũ: ꝛ aqua melonis indi: ꝛ his ſimilia: ꝛ igradatim fiat ei⁹ regimē ſm modũ p̄dictũ. Et quotiēs appꝛopinquat ſtatus ſubtilieť. Et in dieb⁹ pꝛimis cibetur cũ kiſt oꝛdei et pane trito cuꝫ aqua frigida: aut ſicut eſt: aut emulctũ ex eo qui fit ex lacte acetoſo ꝛ lentib⁹. ¶ Et quãdo cib⁹ acetati i ſtomacho nõ deť i potu de aq̄ oꝛdei q̄ nõ eſt valde ſubtilis aliquid. ¶ Et ſi neceſſariũ fuerit dare ipm̄ i potu: ɔfoꝛtetur parũ cũ decoctiõe radicis apii. ¶ Si aũt ſtomachus fuerit frigidioꝛ illo ꝛ febꝛis nõ magna ꝛ nõ pura ponatur parum piperis ſecundum ɔſilium Hypo. ¶ Qđ ſi ſigna ſignificauerint ꝙ criſis eſt ppinqua: tunc ſufficiat ei aqua oꝛdei: ꝛ aqua granatoꝝ dulcis ꝛ muzi: ꝛ ſirup⁹ acetoſus. ¶ Et fruct⁹ q̇dem qui diliguntur eis ſunt granata dulcia ꝛ muzi: ꝛ pꝛuna matura ꝛ imatura. Melon vero indus eſt res maximi iuuamēti cũ hoc ꝙ ipſe ſoluit ꝛ pꝛouocat ꝛ frangit vehemētiã caloꝛis: ꝛ facit ſudare: ꝛ foꝛtaſſe nõ nocet niſi parꝝ ex olerib⁹ cucurbita ꝛ cucumere ꝛ alhebedii ꝛ lactuca. ¶ Et ſcias ꝙ intētio in eo quo cibantur patiētes tertianã: aut eſt humectatio: ſicut datur eis in fine de extremitatibus alterugi: ꝛ de teſticulis galloꝛũ ꝛ cerebellis hedoꝛuꝫ cũ q̇b⁹ nõ eſt nauſea ꝛ vitellis ouoꝛũ: aut eſt ifrigidatio ꝛ humectatio ſimul ſicut i kiſt oꝛdei ¶ Et nõ vltimes ifrigidatiõe multa ꝛ ppꝛie i p̄ncipio: niſi iuenias iflãmationē vehementē: aut timeas ɔuerſionē eius ad cauſonidem ꝛ continuam. ¶ Quod ſi conſequatur criſis ꝛ videris digeſtionem in vꝛina et eſt ſedimen laudabile quod cognouiſti: tunc ſi excuſat bene eſt: ꝛ ſi nõ: cura tunc cum eo quo iuuatur natura ex pꝛouocatione vꝛine aut ſolutione ventris aut vomitu aut fluxu ſanguinis nariũ: ꝛ nõ agas contra ipſam i hoc. ¶ Quod ſi nõ iuenis declinationē manifeſtã: tũc euacua cũ ſolutiõe vētris. Mãde illo ē ſcamonee ſexta. ℥. i. i iuleb. Aut decoctio myrabolanoꝝ cũ tamarīdis ꝛ tereniabin

et paſſulis et radicibus et caſſia fiſtula ſm q᷑ ſciuiſti: et tibi ineſt vt cōfortes eas cū fumo terre ⁊ ſene ⁊ ſcamonea: et de illis q̄ ꝯueniunt eis tm̄ ſunt trociſci d̓ ſpodio ſolutiui. ¶ Deſcriptio. ℞. myrabolanoꝝ citrinoꝝ enucleatoꝝ pōd᷒. ʒ. iiij. zuccari tabarzet pōd᷒. ʒ. xx. ſcamonee pōdus ſexte. ʒ. I. bibat cū aqua frigida: ⁊ poſt illud curentur cū eūone. ¶ Et ſi fuerit illic caliditas ſup̄flua: et inflāmatio maxia cū iā euacuaueris: tūc nō erit ei malū dare in potu aliq̄d de extinguētib᷒ fortib᷒ de illis que dicta ſunt in regimine acute: ⁊ fortaſſe ꝯferūt ei empl'a ex eis. ¶ Balneo vero op3 ne approximet niſi poſt digeſtionē. Poſt digeſtionē aūt ⁊ apud declinationē eſt ipm̄ melius eis: ⁊ ꝑprie ꝯſuetis quāuis error in intromittēdo eos in balneo añ digōnē ſaluior eſt: qꝫ ſuū ſil'e cū aliis. ¶ Et op3 vt ſit balneū eoꝝ tēperatū boni aeris q̄ ſit humid᷒: in quo ſudēt cū facilitate: ita vt non inflāmentur eoꝝ corpa: et inungātur cū oleo vio. et roſ. ꝯquaſſato cū aqua. et nō ꝑlongēt in eo morā: imo egrediant̄ velociter: nā ite ratio eſt eis ꝯuenientior qꝫ ſtationis ꝑlongatio: ⁊ ſi apud exitu3 infundantur aqua tepida ſtent in ea ſm quātitatē declinatiōis. De inde cū egrediunt̄: ꝯuenit eis vt bibant vinū albū ſubtile multa cōmixtione ꝑmixtū: ⁊ coopiant̄ in locis ſuis: ſudabūt em̄ ſudore vehemēti: ⁊ ſi q̄d reſiduū fuerit: digeret̄: ⁊ poſt illud cibent̄ cibis infrigidantibus et humectātibus et olerib᷒ que ſunt illi᷒ modi. ¶ Et non timeas poſt declinationē potare eos vinū plurimū cōmixtū. Vinu3 em̄ fractu3 per cōmixtionē cōfert quātitati reſidui eius in reſoluendo illud cuius neceſſaria eſt reſolutio: et ſuccurrit aque penetranti cum fortitudine ſua ⁊ ꝑmixtiōe eius q̄d eſt in eo dei calefactiōe pau ca: quare infrigidat vehemēter ⁊ humectat. ¶ Et ſi fuerint illic accidentia ſitis et dolor capitis et vigiliarū et aliorū: iā tibi preteriit eoꝝ cura. ¶ Et qn̄ poſt criſim remanet aliq̄d caloris inſeparabilis tunc tibi ſupereſt vt adminiſtres ſirupū acetoſum cu3 ſuccis diureticis: aut in quo decocta ſunt ſemina et radices diuretice.

¶ De cura tertiane continue. ¶ Et ſcias q᷑ cura tertiane cōtinue eſt cura tertiane: ſed eſt decliuior ad obſeruationē diſpoſitionū digeſtionis: et ad infrigidādum cū ſirupo acetoſo facto cum ſeminibus: vt ſemine citrulli: et ſemine endiuie proprie cōtritis: et poſt ipſum poſt duas horas datur in potu aqua ordei. ¶ Et ad ſubtiliationē cibi: et ad adminiſtrāda cliſteria lenia in principio. Et ad prouocationem: et oportet vt ſubtilient: et nō ſumāt in potu de ſolutiuis in principio: neq᷑ approximent alicui eorum niſi eis que ſunt ſicut ſirupus viol. et aqua fructuum: et non vtantur niſi cliſteribus lenibus.

¶ De cura tertiane non pure. Capitulum. 41.

Res in quib᷒ diuerſificat̄ cura tertiane nō pure ſunt res i q̄b᷒ cōicāt febres frigide d̓ licētia ſcd̄a. ¶ Et fortaſſe ꝯcedit̄ illud

habētib⁹ purā.ſ.vt nō expectēt plurimū declinatiōis. Sed qn̄q₃ ex pectāt digōnē: qm̄ ē ꝓhibitū l eis balneū: balneū eni facit deſcēdere flegma indigeſtū ꝓpter illud qd effundit ad locū putredinis: ꝛ per miſcet humorē maluꝫ cum putrido ꝛ reſoluit ſubtile: ꝛ facit rema nere ſpiſſuꝫ. ¶ Et ꝙ cibatio oī die itex: aut ꝓprie cibatio eſt ex eis q̄ illis nocent: imo oꝫ vt cibētur vno die ꝛ alio nō. Et ſit in cibis eoꝛuꝫ qd abſtergat ꝛ calefaciat parū. ¶ Et vt ſit cibatio ī pꝛincipijs egri tudinis ſpiſſioꝛ q̄ ſit in pꝛincipijs pure: deinde gradati ꝑuenit ad ſubtiliationē foꝛtē ſicut eſt ſubtiliatio tertiane. ¶ Et vt ſit infrigi datio ninoꝛ. ¶ Et vt cliſterizēt in pꝛincipio cliſterib⁹ acutioꝛib⁹. ¶ Et vt expectet digeſtio in ſolutiōe ventris eox plus. ¶ Et vt ſint in aqua oꝛdei eox virtutes digeſtiue reſolutiue ſicut eſt illud qd di ximus in eo in cui⁹ ſtomacho acetat aqua oꝛdei: imo foꝛtioꝛes q̄ in illo. Foꝛtaſſe eñ neceſſe eſt vt decoquant in ea iſop⁹ ꝛ oꝛiganū ꝛ cala mētū ꝛ ſpica ſm cōplexionē: ꝛ ſicla iuuatiua eſt eis: ꝛ ꝯmixtio aque ciceris cū aqua oꝛdei: ꝛ in fine ei⁹ cicer eſt iuuatiuū eis. ¶ Et opꝫ vt cōſideret ꝓpinquitas non pure ad purā ꝛ elōgatio ei⁹ ab ea: ꝛ ſm illud diuerſificet inter curā ei⁹ ꝛ curā pure. ¶ Quod ſi fuerit valde ꝓpinqua pure: tūc diuerſifica inter eas diuerſificatōe parua. ¶ Et cū videris vrinas eox groſſas tūc flobothomia. ¶ Et cū flobotho maueris nō indigebis cliſteri. ¶ Et ſcias ꝙ nō eſt res magis iuuās eos q̄ vomit⁹ poſt cibuꝫ. ¶ Et de ſolutiuis in pꝛincipijs ei⁹ q̄ ſunt ꝓpinquioꝛa equalitati eſt aqua algeniabin decocti ꝛ ſirupus ace toſus: ꝛ foꝛtaſſe ponem⁹ in ea caſſiāfiſtulam: ꝛ foꝛtius illo eſt vt po nas in ea virtutē turbith. ¶ Et cliſteria in pꝛīcipio ſunt magis di lecta q̄ ſolutiua alia: ꝛ ſunt cliſteria in q̄b⁹ eſt ꝟt⁹ albaſce ꝛ camo mille ꝛ ſicle ꝛ cartami ꝛ viol. ꝛ ſebeſtē ꝛ fic⁹ ꝛ odoꝛ turbith: ꝛ et eis eſt caſſiafi. ꝛ oleū ſiſaminū ꝛ baurac. ꝛ foꝛtaſſe īdiget vno iſtox ſm elō gationē febꝛis a pura. ¶ Adiuuātia aūt ad digeſtionē ſunt ſicut ſi rup⁹ acetoſus permixt⁹ cuꝫ aliquāto de geleniabin: aut ſirup⁹ de ra dicib⁹. ¶ Et poſt ſeptimū ſunt decoctio abſynthij: eſt eñ iuuatiua ſubtiliatiua materiei ꝛ ꝯfoꝛtatiua ſtomachi: ꝛ ſilr̄ aqua feniculi et aqua apij cū ſirupo acetoſo: ꝛ ſi pertranſit. 14. tūc nō eſt malū da re in potu trociſcos roſ. minoꝛes. ¶ Si aūt egritudo ꝓlongat non inueniem⁹ excuſationē quin dem⁹ ea q̄ ſunt trociſci de eupatoꝛio ꝛ decoctiōis ei⁹: ꝛ calefactio partiū hyppocūdrioꝛū eſt hui⁹ generis ꝛ emplaſtratio mirach eox itex cū eis q̄ digerūt ꝛ maturāt ꝛ mollifi cant tenſionē cū venerit illuc. ¶ Cū ergo ſciueris ꝙ digeſtio iam ad uenit: tūc euacua: ꝛ ꝓuoca ꝛ nō cures. ¶ Et de euacuationib⁹ bonis eis eſt vt ſumant hierepigre. ʒ. v. ſucci lactuce ꝛ eupatoꝛij amboꝝ. ʒ. iij. ſeminis apij mirabol. citrinox chebuloꝛuꝫ a ñ. ʒ. v. turbith. ʒ. vij. fiāt pill. ex eis cū aqua apij ꝛ ſit doſis ei⁹. ʒ. ij. ¶ Et de illis ē decoctio bona inuētione nr̄a. ℞. eupatoꝛij abſinthij mirabol. kebulox. ana ʒ. v. ſeminis melonis: ſeminis cucumeris ꝛ citrulli ſeminis apij pol

podij ſucbaba bedeoard omniũ.añ.ʒ.x.turbith.ʒ.I.caſſieſiſtul.ʒ.vj paſſula⁊ enucleata ⁊.ʒ.xx.ficuũ.x.nũero.ſebeſtẽ nũero.xxx.geleniabi facti cũ roſis pſicis pod⁹.ʒ.xv.decoquant oĩa ſm deſcriptionẽ hui⁹ ⁊ ſumat de ea cad⁹ magn⁹ in q̃ poſita ſit ſiliqua.i.ſcamonee. ¶ Fortaſſe neceſſaria eſt medicina fortis vno modo: debilis alio mõ: eius vero fortitudo eſt ſm hoc ꝙ ipſa euacuat hũorẽ viſcoſuʒ. Sʒ ipſi⁹ debilitas eſt ſm hoc ꝙ ipſa nõ euacuat plimũ vice vna. Immo poſſibile eſt vt fiat grad atio in ea: quare euacuet hũorẽ cui⁹ euacuatio eſt neceſſaria multis vicib⁹ vt nõ deſtruat virtutẽ: ⁊ hec medicina ẽ q̃ põt ſubtiliare ⁊ aggregare: ⁊ ſoluat pa⁊ ei⁹: ⁊ ſoluat plimũ ei⁹. Sed pa⁊ parũ ex malo: ⁊ p limũ plimũ ex malo. ¶ De delectatiõib⁹ vero parũ fortaſſe nõ facit aliq̃d: ⁊ hui⁹ q̃dẽ medicina ẽ vt ſumat turbith quãtitas.ʒ.ſ.⁊ pl⁹ ſm neceſſitatẽ: ⁊ ſcamonee ꝓprie altuſugi.j.aut iuxta id ⁊ ↄficiat cũ geleniabin p̃dicto ⁊ bibat. Aut ſumat de agarico ⁊ ſcamonea ſm hanc ↄpoſitionẽ ⁊ ↄficiat cũ geleniabin p̃dicto ⁊ bibat. Aut ponat in ſucco roſa⁊ recentiũ cui⁹ quãtitas ſit vnc.I. ⁊ bibat. Aut in ſirupo ro.⁊ bibatur.

¶ De febre cauſon ⁊ eſt illa q̃ nominatur ſaricos. Ca.42.

Cauſon eſt ſm duos modos. Aut eñi cauſon eſt colerica ⁊ eſt cũ in ea multitudo putredinis: aut intra venas corpis toti⁹: aut in venis q̃ ſequũtur ptes corpis ꝓprie: aut in venis partiũ oris ſtomachi: aut i epate. Aut flegmatica ⁊ q̃ fit ex flegmate ſalſo putrefacto in venis q̃ ſequũt ptes cordis ſicut dixit Hyp. in epidimia. Et nõ fit flegma ſalſuʒ ſicut ſciuiſti niſi ex aq̃ſitate flegmatis cũ colera acuta. ẽ ĝ colera q̃ putrefit aq̃ſitas ↄmixta aq̃ſitati plime. Et qñ cauſon vehemẽtiora hʒ accñtia q̃ꝫ tertiana: opʒ vt ſit breuioris ſpacij q̃ꝫ ipſa. ¶ Et ſenib⁹ q̃dẽ pa⁊ accidũt febres cauſonidis: ⁊ cũ accidũt eis pereũt: qñ nõ fiunt in eis niſi cauſa valde forti. Ampli⁹ eo⁊ virtutes ſunt debiles. In iuuenib⁹ aũt ⁊ pueris plurimũ accidũt: et eſt in infantib⁹ leuior ꝓpter humiditatẽ eo⁊. Et qñq; eſt in eis cũ ꝓfundatiõe ſomni ꝓpter eleuationẽ vapo⁊ ad caput. ¶ Et Hyp. quidẽ dixit ꝙ ſi alicui accidit in febre cauſon tremor: tũc ↄmixtio mentis reſoluit ab eo tremorẽ: ⁊ eſt ſimile vt ſit illud qñ cerebrũ caleſit valde. ⁊ caleſiũt nerui: ⁊ eſt ſimile vt ſit cauſon ⁊ fit ↄmixtio mẽtis: ⁊ reſoluit ab ea per tremorẽ ꝓpter expulſionẽ materie⁊ ad neruos. ¶ Et plurimũ q̃dẽ ↄſumit cũ vomitu ⁊ ſolutione ventris: aut ſudore aut fluxu ſanguinis nariũ.

¶ De ſignis. Ca.43.

Signa ei⁹ ſunt iſeparabilitas ⁊ occultatio tẽporũ: ⁊ vehemẽtia accidẽtiũ ex aſperitate lingue: ⁊ ex citrinitate ei⁹ in primis: ⁊ ex nigredine ei⁹ ſcdo: ⁊ ex in tenſione ſudoris niſi apud criſim: ⁊ vehemẽtia ſitis. Inquit Hyppo. niſi accidat tuſſis parua accidentalis ſedat ergo illã ſitim: ⁊ videt vt ſit vehemẽtia ſitis eoruʒ ꝓpter cauſam pulmonis. ergo cũ mouetur tuſſis parua humectat per id qđ

currit ad ipm ex carne molli. ¶ Et caliditas in cauſone q̇dem ſm plurimũ nõ eſt ita fortis in exteriorib⁹ ſicut fortitudo eius in interioribus: et eſt cõfractio in ea leuior q̃ in alijs. ¶ Et in facta quidẽ ex colera fortia fiũt accidẽtia mala ex vigilijs et inq̇etudie et aduſtiõe et pmixtione mẽtis et fluxu ſanguinis nariũ et dolore capitis et pulſatione tẽporũ et pfunditate oculorũ et ſolutione vẽtris cũ colera pura et caſu appetit⁹. ¶ Et qñ accidit infantib⁹ abhorrẽt mãmillam: et nõ recipiũt eam et corrumpit illõ qõ ſugit de lacte: et acetat.

## ¶ De cura cauſonidis. Ca. 44.

Plurimũ quartana eſt periodica. Et minoraꝭ caſus quartane inſeparabilis. ¶ Cauſe vero quartane ſunt ea q̃ generãt melancholiam: poſtea putrefaciũt eam. Et tu iã ſciuiſti totũ illud. Et ſciuiſti ꝙ melancholia alia eſt q̃ eſt fex ſanguinis: τalia eſt q̃ eſt aduſtio eius τeius humorũ. Et ſciuiſti ꝙ de illa eſt ſanguinea: τ de illa eſt flegmatica: τde illa eſt colerica: τde illa eſt aduſtio ipſius melancholie naturalis. ¶ Et exiſtimauerũt quidã hoĩm ꝙ quartana nõ generaꝭ ex melãcholia naturali qm̃ ipſa nõ putrefit. ¶ Et huiꝰ quidem ſermo nõ opꝫ vt auſcultetur. Immo de ꝓprietatibus oĩnis humiditatis eſt vt putrefiat quãuis rarificetur in preparatione. ¶ Et plurimum quidem euenit in ſucceſſione egritudinis febrium diuerſarum putridarum ꝓpter diuerſitatem humoruꝫ ex quibus generanꝭ: ex quorũ putrefactione cũ addunꝭ τnõ euacuanꝭ: multiplicaꝭ melãcholia: deinde cũ putrefit: eſt quartana: τmultotiẽs quidem accidit ſucceſſione ſplenis: τcũ hoc ipſaꝭm plurimũ nõ euacuatur ex dolore ſplenis aut duritie eius. ¶ Et ſaluior quartana eſt illa q̃ non accidit ab apoſtemate ſplenis aut aliĵs: aut cũ qua nõ eſt apa ſplenis. ¶ Quartana enim que euenit ab apoſtemate ſplenis aut cũ qua eſt apoſtema ſplenis multotiens perducit ad hydropiſim τpnicie. ¶ Et q̃rtana q̃ ſalua eſt: liberat ab egritudinibus malis melancholicis ſicut melancholia τepilepſia. ¶ Et in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo qm̃ humor eſt ſiccus. ¶ Et ꝭm plim eſt egritudo ſalua. ¶ Et qñ nõ accidit in ea error nõ addit ſupra annũ. Et qñqꝫ perdurat .xij. annis: τquod eſt infra eos. Et q̃ ex ea lõga eſt: ꝑducit ad hydropiſim. ¶ Et ſcias ꝙ autũnus eſt inimicus quartane.

¶ De ſignis. Ca.66.

Signa ſunt ꝙ quartana incipit in primis cũ frigore puo: deinde incipit frigꝰ eius addi: poſtea minoraꝭ parũ apud ſtatum ſicut in flegmate. ¶ Cũqꝫ calefit corpus nõ eſt caliditas vehemens lꝫ ſit maior τmagis apparẽs q̃ȝ illa q̃ eſt in flegmatica. Ipſa em̃ cuꝫ difficultate ſua τinflãmatione nõ inflãmaꝭ inflãmatiõe de qua curaꝭ ſicut ignis in lignis groſſis: τnõ comprehendit ſup corpus totũ immo eſt illic caliditas cũ horriplatiõe: τ in hoc eſt groſſitudo humoris: τeſt cũ frigore τaliquãtulo dolore q̃ſi frangat oſſa: τ ẽ illic cõtractio ꝓpter quã ſtridẽt dẽtes: verũ nõ ſicut in flegmatica: quapropter ꝑducit illõ ad debilitatẽ viſus. Verũ leniꝭ apud digeſtionẽ

qm malitia minoratur ſicut fuit in principio paruper. ¶ Et de ſignis quartane ſunt cauſe ei⁹ antecedētes ex febrib⁹ q̄ plongate fuerūt et ex ſplene aut dolore. ¶ Et de ſignis q̄rtane etiā ſunt diſpō cōplexiōis ꝛ ſignificatiōes melācolie et etas ꝛ tp̄s ꝛ cib⁹ ꝛ forma ꝛ ꝯſuetudo ꝛ q̄ ſunt his ſimilia. ¶ Et periodus ei⁹ eſt .vigintiquatuor horaruꝫ Et multotiēs eſt febris tertiana in eſtate quidē ꝛ fit quartana i hyeme. Et multotiēs perducūt febres diuerſe ad febres pmixtas in quibus nō eſt ordo ppter diuerſitatē reſidui humoꝝ remouentiū poſt febres. Cū ergo ſtat⁹ cōfirmatur ſm cinereitatis additionē cōfirmatur ſup quartanā. ¶ Et illiusquidē q̄ eſt a flegmate aduſto ſunt paroxiſmi lōgiores: ꝛ accidit eis frig⁹ ſm pl⁹ ſucceſſione aſſiduationis: ꝛ eſt ſudor tardior: ꝛ vrina groſſior: ꝛ durities venarū minor: ꝛ fit ſm pſm ſucceſſione febriū flegmaticarū. ¶ Et illā q̄ eſt a ſanguie aduſto antecedūt ſigna ſanguinis: ꝛ febris eius ꝛ rubedo vrine: ꝛ ſignificāt ipſam forma ꝛ etas ꝛ tēp⁹: ꝛ fortaſſe erit poſt febres ſanguineas ¶ Et in illa q̄ eſt a colera aduſta eſt pulſus vehemētioris velocitatis ꝛ frequētie: ꝛ incipit cū horripilatione ꝛ frigore in carne ꝛ ſiti ꝛ ſudore: ꝛ qn̄qꝫ fit ira ꝛ ſudor ꝛ inflāmatio: ꝛ ſignificāt ipſam forma tp̄s et etas: ꝛ qn̄qꝫ ſignificāt ipſam ꝙ ipſa fit ſucceſſione febrium colericarū. ¶ Et pulſus in q̄rtana eſt decliuis ad duritiē ppter ſiccitateꝫ humoris. Ipſe eīm trahitur ad interiora quaſi ipſe eſſet pulſus ſenis: ꝛ ad equalitatem dum non mouetur. ꝛ ſi moueatur: diuerſificatur pulſus valde propter groſſitudinē ſuperfluitatis: et fit mundificatio ei⁹ apparēs apud teporem: ꝛ eſt ſignificatio completa ſup quartanā: ꝛ multotiēs accidit in eo dyaſtoles inequalis ꝛ ſiſtoles vehementis neceſſitatis ſm contrariū eius quod eſt in tertiana: ꝛ pulſus quidē quartane melior eſt pulſu flegmatice in paruitate et frequentia: ſed eſt ſimilis ei in tarditate: et apud inceptionem paroxiſmi additur tarditas ſua ꝛ frequentia. et diuerſitas eius eſt maior diuerſitate reliquarum febrium: deinde incipit magnificari et fieri frequēs ꝛ velox. ¶ Et vrina in quartana eſt ſimiliū horaꝝ i priuatione digeſtiōis propter frigus materiei et groſſitudinē eius niſi apud ſtatū bonū. Uerū diſpoſitiones eius ꝛ colores eius diuerſificātur: ꝛ illud ideo quoniā melācolia generatur ex humoriib⁹ diuerſis. ¶ Et de ſignis digeſtionis quartane eſt leuitas tremoris. Urina aūt in principio eſt alba ad viriditatē decliuis cruda: cui nō eſt digeſtio. Et poſt principiū diuerſificatur eius diſpoſitio propterea ꝙ plurimū melācolie eſt generatū ex hūorib⁹ diuerſis: ꝛ ē apō declinationē nigrū. ¶ Et ſudor in quartana eſt plurim⁹ p cōparatiōeꝫ ad flegmaticā: ꝛ nō multiplicatur per cōparationē ad alias. Et ſitis minoratur hac in febre: niſi ſit a melancolia colerica.

## ¶ De cura. Cap. 67.

Conſideretur in hac egritudine: an ſit melancolia flegmatica: aut melancolia ſanguinea: aut melācolia colerica: aut melā-

colia melācolica. Deinde rege vnāquāq; eaꝝ cū eo qđ ei ē ꝯueniens de illis q̄ dicem⁹. ¶ Uerū ōibus ſpecieb⁹ ſuis ſunt iudicia in quib⁹ ꝯmunicāt: ꝛ illđ eſt ꝙ ipſe minuunt̄ in principio: quare neceſſe ē vt attēdat̄ an ſit ſanguis dominās in ea: ꝛ ꝑprie qn̄ quartana ē a melācholia ſanguinea. Tūc eſt flobothomet̄ ꝛ extrahat̄ ſanguis ſm̄ quātitatē neceſſitatis. Et fortaſſe exigit multitudo ei⁹ vt extrahat̄ de eo res plurima. Et qn̄ nō eſt neceſſaria flobothomia: tunc flobothomia ē nociua inquātū debilitat: ꝛ inquātū educit cōtrariū melācholie: ꝛ inquātū mouet hūores ad exteriora. ¶ Et ſi opꝫ: euacuetur a principio de hūore faciēte febrē aliq̄d ad alleuiādū ꝛ mūdificādū. Illđ eſt apđ digōnē ē ſm̄ ꝙ innuā ad ipſuꝫ: ꝛ ſi poſt paroxiſmuꝫ per diē. ¶ Et nō opꝫ vt fiat ꝓuocatio in ꝑmis cū fortitudīe. Et opꝫ vt admiſtrent̄ mollificātia. ¶ Et ſi tibi nō vr̄ bonū vti potionibus adminiſtra loco eaꝝ clyſteria cōueniētia. Sed opꝫ vt ſint leuia. Et nō ꝯcedit̄ ꝯfortatio eoꝝ niſi qn̄ ꝯſequit̄ egritudo ſtati. Et ſi medicus iā ꝑſumpſerit ꝛ ſolutione eduxerit melāncholiā in principio aliquotiēs ſolutione forti ꝛ ꝓhibuit egritudinē penit⁹ ſꝫ ē rectuꝫ ab errore. ¶ Et opꝫ vt ꝓhibeat̄ in die paroxiſmi a comeſtione: ꝛ precipiatur ieiuniū: ꝛ ꝓhibeat̄ ab aqua frigida illa die. Et eſt neceſſariū in reliquis dieb⁹ vti carne teiugi aut pulli in ꝑmis teiugi vſq; ad tres vel quatuor periodos. deīde pulli: tūc ei⁹ pulſus eſt melior. ¶ Et ſit medicina in die paroxiſmi geleniabin ꝯfricatū cū aqua calida ī die bis aut ter. Sintq; ℥.iij. geleniabin cū ℥.x. ſirupi aceroſi. ¶ Et quidem ſcis ꝙ qn̄ melācholia ē colerica: tūc opꝫ vt admiſtret̄ in ea qđ ſoluat eā ex gn̄e myrabolanoꝝ ꝛ viole. ¶ Et ſi eſt flegmatica opꝫ vt admiſtret̄ in ea aliq̄d ī primis in quo ſit virt⁹ polipodij ꝛ epithimi ꝛ ſimiliū. ¶ Et ſcias ꝙ aqua caſei eſt bonū vehiculū ei qđ admiſtrat̄ de virtutib⁹ ꝑdictis. Et fortaſſe ꝯfert adminiſtratio ei⁹ ſoli⁹ cū ē caliditas violēta: nā geleniabin ꝛ aqua eius colata cū decoctione ſua forti eſt loco ipſi⁹ ꝛ ꝑprie qn̄ ē in ſtomacho debilitas: aut eſt illđ qđ vincit humor frigid⁹. ¶ Et vomitus iterū ꝛ ꝑprie ante cibū ꝛ poſt cibū ꝛ eſt cōueniētior ꝛ ꝑprie in die paroxiſmi ꝛ an̄ paroxiſmū: ꝛ proprie qn̄ melācholia eſt flegmatica eſt de rebus iuuātib⁹ in ea: ꝛ non in principio tantū immo ꝛ in omni hora. ¶ Oportet ergo vt non laboretur in principio ꝛ in principijs digeſtionis vſque ad aduentum complementi digeſtionis in euacuando ſuperfluitatem cum eo qđ calefacit cū fortitudine: neq; cum eo qđ exiccat cum fortitudine ex medicina ꝛ dimiſſione ciborum: neq; cuꝫ eo quod debilitat ex ſolutione ventris: neq; iterum cum eo qđ debilitat in principio ex ſubtiliatiōe regimis. ¶ Et ſcias ꝙ qn̄ incipit quartana in eſtate aut in hyeme: tunc oportet vt in potu det̄ in primis de aqua ordei ꝛ ſecaniabin vt aperiat vias oppilatas ꝓuocatiōe ꝛ ꝯſumat̄ velociter et illđ ē poſt periodū antecedētē tribus horis aut quatuor. Et cū accidit quartana in hyeme: tūc non eſt mod⁹ vt deut̄ in potu trociſci.

¶ Et ſcias q̄ res frigide ⁊ humide facilis digeſtionis boni chimi ſunt conueniētes huic egritudini inquantū eſt febris: et ex hoc q̄ ſunt contrarie vni duarū qualitatū melancolie q̄ eſt ſiccitas: quare opꝫ vt adminiſtrent̄ iterū vbi non timet̄ nocumentū digeſtionis Et non ſit quantitas ex qua timet̄ nocumentū in digeſtiōe aut miſceat̄ cum eis aliquid qđ earꝫ frigiditatem temperet: ⁊ non minuat earum humiditat̄: ⁊ iſte ſunt res calide cū equalitate. ¶ Et alienetur omne frigidū ⁊ ſiccū. ¶ Et res humide ⁊ frigide huic egritudini cōuenientes ſunt ſicut endiuia ⁊ lactuca ⁊ melon ⁊ perſica q̄nq̄. Et nō opꝫ vt deuitent̄ hmōi niſi aut propter vehemētiā frigoris: ⁊ eſt inuentum ſicut in lactuca: ⁊ non eſt inuentum ſicut in melone dulci. Aut propter vehementiā prouocationis perducentis ad ingroſſationē ſanguinis: ⁊ illud eſt inuētū in melone dulci. Aut ꝓpterea q2 preparata ſunt ei qđ permiſceat putredinē ⁊ eſt illud inuentum in perſicis. Et opꝫ vt obſerues hmōi. ¶ Cibi vero calidi cū equalitate cū additiōe in humiditate ſunt iuuātes valde: ⁊ ꝓprie cū volunt equationē caliditatis eoꝝ vbi non diligit̄ vt per ea fiat iuuamentum ad digeſtionē cū frigidis ⁊ humidis: ſicut cōmixtio ficuū cum endiuia. ¶ Et nō eſt malū in primis ſumere ea in quib⁹ eſt ſalſedo ⁊ acredo ⁊ inciſio cū nō timet̄ incrementū caliditatis.

¶ In fine aūt egritudinis nō eſt excuſatio illi⁹: ⁊ trociſci de abſynthio iuuatiui ſunt vſq̄ ad finē egritudinis. ¶ Et de illis quib⁹ fit iuuamētū eſt ſeſſio in aqua calida dulci ante cibū omni die: ⁊ balneatio q̄ humectat ⁊ nō facit ſudare neq̄ excitat caliditatē: ⁊ cōtinuatio delitiaꝝ ⁊ quietis: ⁊ abhorrere exercitiū ⁊ mot⁹ corporales et animales. ¶ Et oēs iſte febres indigēt humectantib⁹ ⁊ diuerſificant̄ in quātitate infrigidationis ⁊ calefactiōis. Et neceſſitas ſua qua indigēt exiccatiuis eſt propter illud qđ eſt in eis de virtute inciſionis ⁊ abſterſiōis ⁊ ſolutionis ⁊ nō propter exiccationē. ¶ Et opꝫ vt obſeruetur ſtomachus cum emplaſtris bonis ꝯfortantib⁹ q̄ ſunt inter virtutē caliditatis et ſubtilitatē eius ſm qđ exigit diſpoſitio. Et obſeruentur ſplen et epar et regant̄ vt non indurent̄ et apoſtementur: ⁊ fortaſſe eſt neceſſariū ad prouocandū vomitū vti ꝯqua raphani cū ſemine ſuo q̄ miſceātur cū ſirupo acetoſo. Et fortaſſe iuuatur cū anteceſſione comeſtionis ſicle ⁊ ei⁹ quod ſalitum eſt de piſcibus ⁊ ſynapis ⁊ his ſimiliū ante ipſum. ¶ Et adiuuatur poſt illud cum potu aque multe: deinde fiat ſucceſſio cū ſirupo acetoſo et euomat. ¶ Et de illis que conferūt ei eſt vt ſumat ipm in die paroxiſmi: deinde euomat ſuper ipſum: ⁊ ſecuritatē facit a nocumento febris qđ eſt propter frigus ⁊ rigorem ⁊ acuitatem febris ſi ſumat allia ⁊ mel et bibat ſi eſt purum acetoſuꝫ mellinum: ⁊ impleatur cibo: deinde ſumat aquam calidam et euomat. Cum ergo conſumitur paroxiſm⁹ cenet rem paruam ⁊ balneetur in mane. ¶ Et ſi ſumat añ paroxiſmū. v. horis cibum vt euomat: fortaſſe iuuabit illud

licet nō euomat. ¶ Et vomitus ante paroxiſmū quicunq; humor ſit: aut alleuiat paroxiſmū: aut eradicat ipſum. ¶ Et de regimine bono eſt q ieiunet in die paroxiſmi ſi nō eſt qd prohibeat: ⁊ nō ſumat cibū donec conſumat paroxiſmus. ¶ Et ingrediet balneū die ſcdo: ſiquidē fuerit digeſtio ſ; deſcriptionē: ⁊ ſi nō fuerit digeſtio nō fiat in ea niſi effuſio aque calide quātitate quā delectat corp⁹ ⁊ humectat min⁹ q̄ vt perueniat ad hoc vt liqueſiat ex ea humor: ⁊ in die tertio adminiſtretur vomitus propter illud qd ſuperfluit de cibo ⁊ qd reſoluit balneū: q̄uis oporteat vt admiſtret vomit⁹ i die paroxiſmi iterū. Qd ſi melācolia fuerit ſanguinea iuuabit cū flobothomia ex baſilica. Deinde per euacuationē ſubtilem cum eo in quo ponūtur de mundificantibus ſanguinem ſicut virtutes ſucbaba ⁊ bedoard ⁊ polipodij ⁊ fumiterre ⁊ myrabolanoꝝ: chebuloꝝ ⁊ hoc quidem genus velociter recipit curationē. ¶ Et ſi fuerit melancolia colerica: tunc tibi ineſt vt adminiſtres infrigidationē ⁊ humectationē vltimas ex medicinis ⁊ cibis: ⁊ adminiſtra aquam temperatā ſedēdo in ea ⁊ abluendo. ⁊ fiat lenificatio nature in principio cum eis que ſunt ſicut illud quod fit ex violis. ⁊ quod fit ex aqua caſei cum virtute polypodij: aut ſirupus acetoſus cū epithimo ⁊ ſirupus roſa. ⁊ aqua iuleb ⁊ caſſiaſi. ¶ At vero ſolutio eius integra ſeparat poſt. 20. dies: qm̄ digeſtio apparet in eo. ſ. quando materia eſt melancolia colerica: deinde fiat gradatio ad illd qd ſubtiliat ⁊ incidit. ¶ Et ſi neceſſaria eſt rectificatio ſtomachi: tunc fiat cū inūctionib⁹ ⁊ oleis ⁊ epithimatibus que non pertrāſeant virtutem camomille ⁊ abſynthij ⁊ melliloti ⁊ ſimilium ⁊ ieiuniū plurimū vſq; in diem periodi: quandoq; iterum eſt ex eis q̄ non cōueniunt ei: ⁊ ſi ſit in die periodi ſufficiat eis de cibo parum modicū: ex mūdificatiuis iuuantibus ſunt ea quib⁹ eſt decoctio myrabol. ⁊ epithimi ⁊ ſene in ſirupo acetoſo in quo decocte ſunt viole: ⁊ fortaſſe ſumitur in potu ente in eo aſſe in ieiunio proprie in die paroxiſmi: ⁊ euomat ipſum ſi nauſeat cū anima eius. ¶ Et ſi fuerit melancolia flegmatica redeat ad ſirupum acetoſum mellinū cum aqua apij ⁊ feniculi ⁊ ſimiliū: ⁊ ſi neceſſaria fuerit lenificatio miſceat cū eo in principio virt⁹ ſolutiua flegmatis de ỽtutib⁹ turbith ⁊ polipodij: ⁊ fiat gradatio pauca ad virtutem agarici. Et fiat vt vomat cum ſirupo acetoſo mellino de ſeminib⁹ ⁊ his ſimilibus vſquequo incipiat digeri: ⁊ fit vaporatio ſtomachi ⁊ eius emplaſtratio cū eo qd eſt fortius: ita vt cū dactilis ⁊ ficub⁹ ⁊ ſimilib⁹: ⁊ ſifr inunge ipſum cū oleis calidis perueniēdo vſq; ad oleū de coſto. ¶ Et fortaſſe eſt neceſſarium in eo prouocare vomitum cū ſirupo acetoſo: ⁊ ſit in eo virt⁹ ſinapis ⁊ ellebori albi. Immo fortaſſe eſt neceſſariū vt in potu dentur cum diſpoſitiōe ſua cū non timetur debilitas diſpoſitionis virtutis.

¶ Et ſi fuerit melācolia melācolica pura d genere fecis ſanguinis tunc rectificatur ſolutio ei⁹ in primis cū aqua iuleb ⁊ penidijs ⁊ eſt

ꝯueniens adminiſtratio geleniabin mellini ꝛ zuccarini: ꝛ in fine ei⁹
euacuet̃ cũ eis q̃ ſunt ſicut decoctio mirabola. citrino ꝝ ꝛ nigroꝝ et
fumiterre ꝛ paſſularũ. ¶ Cũ ergo egritudo digeſta eſt tũc bonũ ẽ flo
bothomare ex baſilica. ¶ Et adminiſtret̃ vomit⁹ ſup cibũ cũ forti-
tudine aut leuiter ſm horã ꝛ neceſſitatẽ: ꝛ oportet vt aſſiduet ipſuꝫ
qm̃ ẽ radix ad euacuationẽ cũ medicinis ꝛ clyſterib⁹ fortib⁹. ¶ Et
medicine q̃ adminiſtrãt̃ i hmõi hora ſũt epithimũ ꝛ polipodiũ ꝛ aga
ricũ ꝛ ſticados ꝛ lapis armen⁹ ꝛ lapis lazuli ablutiꝛ nõ ablutiꝛ ſucc⁹
foliorũ cẽtauree cũ ſirupo mellino. Et fortaſſe neceſſarius ẽ ellebor⁹
niger. Et fortaſſe ĩfundãtur ĩ colerica ſene ꝛ fumus terre cũ epithi-
mo ꝛ ĩ ſirupo acetoſo: deinde habes ꝯſiliũ tunc apud euacuationẽ.
Et da ĩ potu flegmatice ꝛ melãcolice ex ea tyriacã ꝛ mitridatũ ꝛ me
dicamẽ de aſſa ꝛ ſulphure. Et pip ſolũ bibat̃ ĩ aq̃. Et de illis ẽ ſinapis
q̃ adminiſtret̃ nõ aſſidue: imo ĩ omnib⁹ trib⁹ dieb⁹ ꝛ ĩ p̃mis ꝛ añ il-
lud ĩ ſpacio lõgiore ꝛ ſimiliter dyapipereon ꝛ ſimilia illi de electua-
rijs. ¶ Et nõ feſtines cũ aliquo horũ añ digeſtionẽ: nã ſi tu dederis
in potu tyriacã ꝛ ſimilia illi ĩ p̃mis ꝯpones quartanã cũ quartana:
ꝛ fortaſſe attrahes egritudines alias: ꝛ ꝓprie in hyeme. . ¶ Et ĩ fi-
ne ei⁹ ſi neceſſaria fuerit flobothomia aude ſup eã. ¶ Inq̃t Gale.
Sanaui gentẽ plurima a quartana ita. Dedi eis in potu poſt dige
ſtionem ſolutiuum: deinde dedi eis in potu ſuccum abſynthij: dein-
de dedi eis in potu tyriacam. Et dico ꝙ aſſa ꝛ piper ſingularia ſunt
iuuatiua valde quando apparet digeſtio ꝛ peruenit ſtatus. Et ciba
illum fabane et albune ꝛ keniculi capparis ꝛ ſinapi ꝛ almuri ꝛ om-
nibus in quibus eſt virtus ſolutiua cum fortitudine: ꝛ fortaſſe erit
tibi neceſſarium vt des ei in potu poſt quadraginta dies omni ma
ne quantum eſt nabac vna de eis que ſunt ſicut medicamen de aſ
ſa: ꝛ omni ſero ſimiliter: cum febris non fuerit acuta et materiei
radix non fuerit colera. ¶ Et de trociſcis iuuatiuis in hac hora et
apud declinationem ſunt trociſci ſecundum hunc modum. ℞. ſuc
ci eupatorij et croci amborũ. añ. pond⁹. ʒ. iij. ſcolopendrie ariſto. et
lactuce ꝛ reubarbari ꝛ ſpodij omniũ. añ. ʒ. v. ꝛ ſe. acetoſe ꝛ ſe. portul.
et ro. et ſpice. et ſe. cuſcu. et aniſi et ſe. apij et radicũ capparis ꝛ gra-
norum alben et ſe. feniculi omnium. añ. ʒ. iiij. conficiantur cum
aqua apij et fiant trociſci: et dẽtur in potu cum aqua feniculi et en-
diuie et cuſcute: ꝛ hec quidem medicina iuuatiua eſt modis pluri-
bus. ¶ Et ſi digeritur materia: tũc fac iſtud. ℞. myrrhe. ʒ. xv. ſpice.
ʒ. xiij. agarici coſti floris ſquinãti oiꝫ. añ. ʒ. v. petroſellini. ʒ. xv. aniſi
ʒ. x. ꝯficiãtur cũ vino antiquo ꝛ cũ melle ꝛ zinzibere. ꝛ ſit doſis ei⁹ q̃tũ
eſt nux. ꝛ quãdoq̃ dant̃ in potu ĩ fine ꝛ cõualeſcentib⁹ ꝛ apõ paucita
tẽ nocumẽti in ea ꝛ multitudinẽ caliditatis cũ ſubtiliatõe materiei
medicinã huiuſmodi. ℞. ſeminis iuſquiami albi mãdragore am-
borũ. añ. ſiliquam. i. et aſſe circiter tertiam fabe. i. ¶ Et de hoc
genere eſt vt ſumant̃ iterũ calamẽti domeſtici aurei. iiij. ꝛ ſeminis

vitice auf. xx. et epitbimi auf. I. fiãt trocisci parui valde ⁊ sit doſis. ʒ I. ¶ Et ex eis que bona ſunt eis eſt vt administret poſt apparationem digeſtionis vſq ad finez eius iſtud. Sumat paſſulaꝝ de lcemi aut de alacoen ⁊ allei ſilueſtris et myrti vl' myrabolani recẽtis oim. añ. pars. I. et decoquant in aqua dulci poſtq̃ infuſa ſunt in ea: deinde bulliant exquiſite et coletur: et detur de ea vnc. I. ¶ Et iterum ſeminis apij et aniſi et cordumeni oim. añ. ʒ. v. origani ſilueſtris eu patorij oiuz. añ. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. ſucbaba. ʒ. iij. paſſularũ. ʒ. x. decoquantur in trib⁹ libris aque vſqueq̃ redeat ad libram. I. ¶ Et de illis que bona ſunt eis eſt vt ſumant ameos ſpice et calamẽti oim. añ. ʒ. x. et carui et aniſi amborũ. añ. ʒ. vij. et aſſe pondus. ʒ. v. et zinziberis pond⁹. ʒ. iiij. ⁊ caſſe pondus. ʒ. iij. conficiant cũ ſufficiẽtia mellis. et ſit doſis eius pond⁹. ʒ. I. cũ aqua apij ⁊ feniculi. ¶ Trociſci huiuſmodi. ℞. ſucci eupatorij. ʒ. x. ſcolopendrie ſpodij feniculi ſpice croci oium. añ. ʒ. v. lacce et reubarbari oium. añ. ʒ. iij. ſemis cucumeris et ſemis protulace oium. añ. ʒ. vi. fiant trociſci cũ aqua apij ⁊ ſumantur in potu cuz ſirupo acetoſo. ¶ Et iterũ ad flegmaticã myrrhe. ʒ. xxxv. croci petroſilini amborũ. añ. ʒ. v. ſpice. ʒ. iiij. ſ. caſtorei. ʒ iij. aniſi. ʒ. iij. ſ. ſeminis apij et carui amborũ. añ. ʒ. iiij. amomi corti cũ caſſe ſtoracis oim. añ. ʒ. ij. et tertiã ſiſeleos adriani ꝯfectiõis oim añ. ʒ. i. et tertias duas. ¶ Et qñ vebemens fit rigor ẽ vomit⁹ cũ aq̃ tepida ⁊ ſirupo acetoſo ad illud iuuatiuũ. ¶ Qð ſi virtutes ei⁹ nõ obediũt: tũc cũ eis quoꝝ rememoratio p̃ceſſerit ſ3 borã. ¶ Et ſi fiat vaporatio cum embroca in qua decocta ſunt ſebea et camomilla ⁊ ſimilia boie cooperto cũ pãnis laneis aggregantib⁹ calefactionem

¶ De rememoratiõe ſolutiuoꝝ q̃b⁹ idigẽt poſt digeſtionẽ. Cap. 68.

Chebulorũ. ʒ. v. epitymi abſyntbij amboꝝ. añ. ʒ. v. myrabolanoꝝ citrinoruz ſucci eupatorij emblici oiuz. añ. ʒ. iiij. ſeminis apij ⁊ aniſi ⁊ ſeminis feniculi oim. añ. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio: ⁊ ſoluatur cũ eo cũ facilitate. ¶ Aut ſumatur abſyntij pond⁹. ʒ. x. myrabolanoꝝ cbebuloꝝ ⁊ epitbymi oim. añ. ʒ. viij. et fumiterre pondus. ʒ. vij. et ſucbaba ⁊ cẽtauree maioris amboꝝ. añ. põdus. ʒ. vi. eupatorij ⁊ radicis ſquinanti amboꝝ. añ. pondus. ʒ. v. decoquãtur cũ q̃nq3 lib. aque donec redeat ad libr. j. ¶ Pillule leues. Quãdo adminiſtrãtur in omnibus q̃nq3 dieb⁹ ſemel ſunt iuuãtes in ea ⁊ ſunt experte. ℞. epitbymi ⁊ turbitb amboꝝ. añ. ʒ. x. carui aniſi amboꝝ. añ. ʒ. vij ameos. ʒ. viij. ſeminis apij ⁊ feniculi amborum añ. ʒ. iij. polipodij. ʒ. vi. agarici albi qð facile teritur. ʒ. viij. ſalis indi. ʒ. v. bierepigre. ʒ. xv. fiant pillule cũ aqua mente et ſit doſis. ʒ. I. ſ. ¶ Et cũ materia eſt flegmatica cõferunt iſte pillule. ℞. epitbymi agarici ameos oim. añ. ʒ. viij. ſeminis apij aniſi feniculi omnium. añ. ʒ. iij. ſalis napti ci. ʒ. v. bierepigre turbitb amboruz. añ pondus. ʒ. x. doſis pondus ʒ. ij. ſ. ¶ Et quando eſt cũ dolore ſplenis iuuatur boc medicamine ⁊ ſoluit eũ cũ facilitate. ℞. ſcolopẽdrie. ʒ. xv. agarici. ʒ. xij. mirabola-

noꝝ nigroꝝ hiere. aň.ʒ.x. chebuloꝝ abſynthij oim aň.ʒ.viij. ſucha-ba bedeoard ca mepu heos ſucci eupatorij ciʒ aň.ʒ.vij. fruct⁹ tama riſci radicum capparorum amboꝝ aň.ʒ.v.ſ. ſeminis apij aniſi ſe-minis feniculi omnium. aň.ʒ.iij. fiat confectio aut pillule.

¶ De cibatione patientium quartanam. Ca.69.

Rectius eſt vt inclinetur regimē eorum in primis ſeptimanis vſq ad tres ſeptimanas ad ſubtiliationē quādā preter quod deſtruat virtutē. Et illud eſt vt abſtineant a carne ꝛ alzubumec: hoc eñ minorat eoꝝ materias ꝛ alleuiat eos et abbreuiat ſpacium egri-tudinis eoꝝ. ¶ Et poſt illud neceſſariū eſt virtutē viuificare cū eis q̄ ſunt ſicut piſces alredradu ꝛ oua ſorbilia et pulli et alteiugi. ¶ Cuꝫ ergo peruenit ad tempus in quo ſequuntur in ea alzubumec ꝛ non minoratꝰ egritudo: tunc neceſſariū eſt cuſtodire virtuteꝫ et cibare cū eo qđ eſt fortius ex carnibus gallinaꝝ et pulloꝝ et arietū et hedoꝝ et auium mollis carnis ſicut ſunt pulli et aldᵘragi et piſces boni q̄ non ſunt magni. ¶ Et ſcias ꝙ conditio in eo ex q̄ cibatꝰ habēs quar tanam eſt ꝙ ſit aggregans ꝓprietates. Quaꝝ vna eſt vt nō ſit crudū immo reſoluens cruditatem quam facit accidere melancolia. Et ſe-cunda eſt vt non ſit groſſum immo ſubtilians groſſum. Et tertia eſt vt non ſit conſtrictiuum immo ſoluens ventrem. Et quarta eſt vt ſit ſanguis ex eo generatus laudabilis: et plurimum quidem eſt in ea illud quod habet caliditatem et humiditateꝫ. ¶ Et tu iam ſciuiſti quō cibetur ante paroxiſmum et per quot horas et quare illud. Et ſciuiſti iterum: ꝛ quādoq neceſſarius eſt cibus: et in paroxiſmo eius ꝓpter cāꝫ p̄dictā. ¶ Uerū recti⁹ ē vt eueniat febris vētre vacuo vt nō occupetꝰ natura cū materia alia: niſi cū materia egritudinis donec expellat eā: et vinū ſit purū ſubtile. De cura q̄rtane ꝯtinue. ca.70.

Diſpoſitio huius febris eſt ſecundum ꝙ enunciauimus ante ipſam. ¶ Et canon in ea eſt homogeneus canoni quartane interpollate: ꝛ nō diuerſificatꝰ niſi ab ea in rebus paucis. ¶ De illis eſt ꝙ declinatio in illa ad equalitatem in calefacientibus et ad in-frigidationem in hac eſt melior ꝓpter adherentiam febris. Quare opꝫ vt adminiſtrentur in curatiōe ei⁹ ea que ſunt ſicut ſirupus ace-toſus cum ſeminib⁹ ꝛ geleniabin et aqua de radicib⁹ equalis et ſup poſitoria cum melle. ¶ Et de illis eſt ꝙ flobothomia in hac eſt ma-gis neceſſaria quoniā materia eſt magis comprehēſa invenis.

¶ Et de illis eſt ꝙ licentia in carnibus in hac egritudine eſt minor: ideo caue hoc. ¶ De febre ſextana ꝛ ſeptena ꝛ ſimilibus. Ca.71.

Et nominātur phitanos: ꝛ quidam nominant hmōi febres re-uolubiles. ¶ Iſte generantur ex materia homogenea materiei quartane: ſed eſt minor ꝛ groſſior. ¶ Et plurimum quidem fiunt ex melancolia flegmatica. ¶ Sextanam autem ꝛ ſeptenam ꝛ que ſunt poſt illas Hyppocrates dixit. Et Galenus dixit: ego non vidi in vi-ta mea aliquā ex eis; neq vidi quintanā nudā forte; ꝛ neq eſt febris

niſi quaſi occulta. ¶ Inquit ⁊ nõ eſt longinquum quin ſit cã in ſeptena. verbi gratia ⁊ nouena regimen qđ qñ adminiſtratur ⁊ currit ſup ipſum facit febrẽ: nam iteratio facit neceſſario in hmõi horam illaʒ febrem: ⁊ ſi dimitteretur ⁊ rectificaretur: non faceret. Eſt ergo cã in periodis eiꝰ ⁊ in ipſius iterationibus reiteratio regiminis: ⁊ periodi eiꝰ nõ ſunt periodi materie q̃ effundatur ⁊ eius reditiões. ¶ Inquit Opʒ ergo vt obſeruetur in experiẽtia eiꝰ huiꝰ egritudinis hec intẽtio ita vt non accidat error: q̃uis Gal'. ſit quaſi negans aduẽtũ harũ febriũ ⁊ quaſi ꝙ ſit neceſſariũ vt ſit hmõi febris alia radix. ¶ Uerum Hyppo. iam verificauit ſermonẽ in intẽtionẽ ſeptene ⁊ nouene: ⁊ nõ eſt illud manifeſtũ mirabile: neq; manifeſte impoſſibilitatis ita vt ſit neceſſarium redire in eo ad adminiſtrandum. ¶ Et ſermones quidem quos locutus eſt Hyppo. in caplo harum febrium ſunt ꝙ ſeptena eſt plixa ⁊ non eſt mortifera: ⁊ nouena eſt lõgior ea ⁊ nõ eſt mortifera. Et dixit ꝙ quintana eſt deterior febriũ qñ fit añ ptiſim ⁊ poſt ipſam. Et dixit Galenus in ea ſicut ſcitis. ¶ Et ego quidem opinor huic ſermoni modũ quẽdam. Et eſt vt ſit ptiſis ſignificãs ethicã ⁊ ſit ſermo eiꝰ q̃ntana ſubiectũ ꝓpoſitiõis indefinite nõ ſignificãtis cõitatẽ: ergo eſt q̃ſi dicat ꝙ de q̃ntana eſt vna ſpecies deterior febriũ ergo eſt ſignificatio huiꝰ ſermonis eiꝰ ꝙ cũ febres ꝓlongant ⁊ ꝑmiſcent ⁊ diuerſificãtur: ꝑueniũt plurimũ ad inflammãdum membra ꝑncipalia ⁊ ad ethicã: ⁊ de ꝓprietate harum febrium eſt vt ſtent in fine ſuo ſecundum ordinem vnum: ⁊ plurimum illiꝰ ſup quartanam: ⁊ iam teſtificati ſumꝰ eã q̃ntanã. verũ ipſa ꝑducit ad quartanam: qñ in humoribus eſt exuberatio: ⁊ in humiditatibus multitudo. Cũq; liquefactio iam multiplicat ⁊ euacuationes ſenſate ⁊ inſenſate frequẽtes fiũt: nõ remanet in hũorībꝰ cinereitas: niſi illđ qđ minꝰ eſt ⁊ groſſius ⁊ illud facit eſſe neceſſariũ: vt ſit paroxiſmus tardior ⁊ fiat illa q̃ fuit quartana quintana: ⁊ in hmõi quidẽ diſpoſitione fortaſſe erit corpꝰ ꝑparatũ vt inflãmet ⁊ fiat ethica. Et iterũ ethica qñ antecedit non eſt longinquũ quin faciat accidere in humoribꝰ cinereitatẽ quãdaʒ ꝓpter prauitatem ſuã in poſtremis ethice ⁊ accidit illi cinereitati putredo quare accidit febris et iam deſtruxit febris ethica corpus. Eſt ergo mala ex hoc ꝙ ipſa eſt ſignũ aduſtionis humoris de quo non remanſit niſi parum ⁊ fit aduſtus parũ ⁊ ex hoc ꝙ ipſa eſt cauſa additiõis febris ⁊ duplicationis eius. ¶ Et nõ opʒ vt negent egritudines q̃s nõ cõtingit videre in tꝑe quodã: ⁊ quadã regiõe: nã hoc genus nõ cõprehenditur per multitudinem. ¶ Neq; iterum oportet vt dicat ꝙ ſi eſt q̃ntana tũc neceſſe eſt vt ſit materia quinta. Nã melãcolia generat quintanã: non ꝓpter hoc ipſum ꝙ ipſa eſt melãcolia: immo propterea ꝙ ipſa eſt pauca groſſa: ⁊ iam non prolongatur quin ſit in quibuſdam corporibus melancolia groſſa pauca cui accidit putredo. ¶ Et non cõuenit alicui vt dicat poſſibile eſt in flegmate vt fiãt ei paroxiſmi alij quãdo ingroſſatur ⁊ minoratur: quo

niam cõceſſio eſt res ampla ⁊ raro ſit poſſibile vt neceſſario cõſequat̃ ei⁹ cõtradictio. ¶ Ampli⁹ nõ eſt diſpoſitio in cõceſſiõe ei⁹ qđ nũq̃ videt ⁊ nõ audit: neq̧ de quo teſtificat̃ experimẽtator aut ſapiẽs: ſicut cõceſſio eius quod teſtificatur qualis Hyppo. Et iam retulit mihi fidelis quidam ſe vidiſſe nouenam. Quintanam vero non multotiens vidimus ⁊ nõ cogimur ꝓpter hoc dicere ꝙ illic ſit humor ali⁹.

¶ De cura ſpecierum huius febris. Ca. 72.

Appropinquat huius febris cura cure quartane flegmatice. ¶ Et indigetur in curatione eius ſuperfluo ieiunio ⁊ ſubtiliatione cibi ⁊ regiminis: ⁊ ſomno digerẽte vt reſoluatur per illud materia groſſa ⁊ digeratur: ⁊ iterum indiget ingroſſatione regiminis vt non deſtruatur in eo virtus: ⁊ ſunt iſta duo ſicut duo contraria: ⁊ propterea ꝙ febres iſte non faciunt accidere leſionem virtutis: non curamus ſi ſubtiliemus regimen ⁊ faciamus egrum vti ieiunio vno tempore ⁊ ſuccurrimus illi ſicut oſtendimus ita vt cibemus cum eo cuius bonum eſt nutrimentum ⁊ velox ſit ⁊ multiplicatur: ⁊ in quo non eſt ingroſſatio materiei: neq̧ additio in ea. ¶ Et de curationibus magis conferentibus ad illud eſt vomitus cum elleboro ⁊ ſemine raphani ⁊ raphano ⁊ elleboro ⁊ ſemine attriplicis ⁊ nuce vomica ⁊ euacuatio cum hieris ⁊ poſt illud adminiſtratio tyriace ⁊ eis ſimiliũ. ¶ Et cõfert tunc ſudatio cũ medicinis ⁊ cũ balneo calido abſq̧ adminiſtratione aque ⁊ abſq̧ adminiſtratione humectantium.

## ¶ Tractatus tertius.

### ¶ De ethica. Capi. j.

Iam ſciuiſti ꝙ in membris ſunt humiditates diuerſarũ ſpecierum de quibus ſunt humiditates preparate ad nutrimendum ⁊ humectandum iuncturas. ¶ Ex illis eſt ergo illud quod eſt repoſitum in venis. ¶ Et de illis eſt illud quod eſt ſparſum in membris ſicut ros: ⁊ iſte ſunt due diuiſiones ⁊ prima earum eſt materia febris putredinis aut febris ebullitionis: ſicut ſciuiſti cum nutrimẽtũ totũ nõ expãdatur qñ eſt immo remanet de eo illđ qđ eſt in ſemita expãdẽdi: ⁊ remanet qđ eſt in ſemita recõdẽdi. ¶ Et de illis ſunt humiditates proximi tẽporis coagulationi: ⁊ ſunt humiditates q̃ fiũt actu nutrimẽtum. ſ. attracte ad locũ qđ eſt ꝑmutatio eius quod eſt de eo reſolutũ: et fiũt additio in eo ſimilis illi: verũtamẽ tẽpus curſus earum propinquũ eſt: ergo ſunt nõ coagulate. ¶ Et de eis ſunt humiditates cũ quibus continuãtur partes membroꝝ ſimiliũ partiũ in ꝑncipio creatiõis ⁊ ꝑ ipſam deſtructionem ꝑueniũt ad ſeparationẽ. ¶ Et ſimilitudo humiditatum primarum eſt oleum lucerne effuſum in lucerna. ¶ Et ſimilitudo ſecundarum eſt oleum imbibitum in corpore lychinij. ¶ Et ſimilitudo tertie humiditatis eſt humiditas qua continuantur ꝑtes coti de quo factus eſt lychinius. ¶ Et cum inflammantur mem

bra radicalia ꝛ ꝓprie coꝛ eſt illud ipa egritudo q̄ eſt ethica ſm ꝙ ſciuiſti. ¶ Et caliditas q̄dē epatis qn̄qꝫ ꝑducit ad ethicā: verū nō eſt ipa ethica: immo ethica eſt illa q̄ eſt cauſa coꝛdis. ꝛ ſil'r eſt diſpoſitio pulmonis: ꝛ ſtomachi. ¶ Uerū dū ipa ꝑmanet finiēdo humiditates q̄ ſunt in digeſtione ꝑma in mēbꝛis ꝛ ꝓprie coꝛdis ſicut finit cādela oleū infuſum in lucerna: tūc eſt grad' ꝑmus appropꝛiat' noīe generis qd̄ eſt ethica ꝛ grece ethicos cum nō habeat in ſpeciēb' ſuis nomen. ¶ Et cum finit humiditates q̄ ſunt diuiſiōis ꝑme ꝛ incipit reſoluere humiditates q̄ ſunt diuiſionis ſcd̄e ꝛ finire eas ſicut finit flāma oleū euacuatū in lucerna ꝛ incipit finire imbibitū i coꝛp' lychinij erit grad' ſcd̄s ꝛ noīatur duburē ꝛ foroſmos ꝛ hꝫ latitudinē ꝛ ꝑncipiū ꝛ mediū ꝛ ſtatū. ¶ Ampli' nō rectificaṫ ille q̄ cōſequiṫ ſtatū adurburē ꝛ parū recipit curationē niſi de' velit ꝛ ꝓprie qn̄ ꝑuenit ad hoc vt caro minuaṫ. ¶ Cū ergo finiūtur iſte ꝛ incipit finire humiditates que ſunt diuiſionis tertie ſicut incipit flāma adurere coꝛp' lychinij ꝛ humiditates ei' radicales eſt egritudo gradus tertij. ꝛ noīatur curuatiuus ꝛ almukafif grece. ¶ Et hec quidē egritudo eſt ex febꝛib' q̄ nō habēt paroxiſmos neqꝫ hoꝛas paroxiſmoꝝ. ¶ Et q̄dā dixerūt. Febꝛes ethice aut pendēt cū humiditatibus ꝓpinq̄ tp̄is cū coagulatione. Aut cū eis q̄ ſunt ſicut caro. Aut cū mēbꝛis radicalib' duris ſicut ſunt oſſa ꝛ nerui. ¶ Et ſi ex ſermone iſto intelligiṫ ꝙ pēdēt ſm ſemitā ꝙ finiūt qd̄ in eis eſt de hūiditate radicali cōtinuata eis erit hec ꝛ intētio ꝑma equalis ꝛ ſi ſignificat ꝙ ꝑmum qd̄ finit ethica eſt humiditatis ꝓpinqui tp̄is cū coagulatione nō erit ſermo ſanus. ¶ Et ethica q̄dē quandoqꝫ accidit poſt febꝛem ephimeram. Et quandoqꝫ accidit poſt febꝛes putridas ꝛ apoſtematum: ꝛ longinquum eſt vt accidat ethica incipiendo: quare ſunt membꝛa radicalia iam inflammata ꝛ non inflammatur humoꝛ neqꝫ ſpiritus añ illud: immo opoꝛtet vt calefiant illa in pꝛimis: deinde ſm pꝛoceſſionem dierum calefiant iſta niſi accidat cauſa foꝛtis valde: ꝛ cauſa quidem vna quandoqꝫ eſt cauſa febꝛis ethice: ꝛ quādoqꝫ eſt cauſa febꝛis ephimere ſm vehemētiā mutatiōis ſue ꝛ debilitatē ſuſpēſiōis ſue ſicut ignis: nam ipſe obuiat lignis ſm duos modos: quoꝝ vnus eſt ſm modū ꝙ calefacit ea ꝛ finiat in eis: ꝛ ſecūdus eſt ſm ſemitā inflammatiōis. ¶ Et febꝛis quidē putredinis ꝛ apoſtematis permutaṫ multoties ad ethiam pꝛopter vehementia m febꝛis ꝛ vehementiā ſubtiliatiōis cibi in cea pꝛohibitione aque frigide ꝛ paucitatem obſeruationis lateris coꝛdis cum vnctionibus ꝛ emplaſtris et epithimatibus et pꝛopꝛie in egritudinibus membꝛoꝛum vicinoꝛum coꝛdi ſicut dyafragmatis. Et multotiens facit cadere in eam neceſſitas medico pꝛopter caſum virtutis et frequentiam ſincopis ad dandum in potu vinum et aquam carnis et medicinā de muſco et his ſimilia. ¶ Et quandoqꝫ componitur ethica cum febꝛibus putredinis et apoſtematuꝫ. ¶ Et ethica quidem in pꝛincipio rei eſt difficilis cognitionis et facilis cu-

rationis. Et in fine ſui eſt facilis cognitionis et difficilis curationis. ¶ Et finis alduburē nō recipit curationem penitus.

¶ De ſignis. Capitulum. 2.

PUlſus quidem eſt minutus durus frequens debilis fixus ſm habitudinē vnā. ¶ In tactu vero eoꝝ eſt illud qḋ ſentitur de caliditate minus caliditate ſinochi et ei ſimiliū inflāmataꝝ in materia. Et in principio dū tangitur: eſt magis ſua uis. Et cum remanet ſuper eum manus hora vna apparet cum fortitudine ꝛ mordicatione. Et dū ceſſat augmentari: et eſt calidius qḋ eſt in eo locꝰ venarū ꝛ arteriarum: et eſt eorum caliditas ſimilis non eñ minuitur Uerū ipſa quādo ſuperuenit ei cibus augmentatur velociter: et fit fortis pulſus valde ꝛ incipit magnificari: et ꝑpter illḋ accidit ſtultis medicorum ꝙ ꝓhibent eis cibum propter illḋ quod accidit eis de eo ex accidentibus quare perdunt eos. Sicut augmentatur flāma propter iniectionem olei et ſartago cuꝫ effunditur aqua ſuper eam: et iſte quidem ſignificationes eius ſunt fortes: et cibus in reliquis quidem febribus ꝓculdubio non incendit hac incenſiōe: ſicut inuenitur hic: quamuis neceſſario faciat diuerſitatē per motꝰ nature. Et hec inflammatio non eſt ſicut incenſio reliquarū febrium poſt coartationem: neqꝫ ſm periodos notas: immo cum comedunt ꝛ in quacunqꝫ hora ſit. Et eſt habens egritudinem non vehementē diſcernens illud quod eſt in eodem de caliditate: quoniam facta eſt complexio membro conueniens. Et iam ſciuiſti in libro primo qualitatem diſpoſitionis in huiuſmodi. Uerum ipſa apparet apud ſuſceptionem alicuius ciboꝝ propter vehementiam ſuam. ¶ Et de ſignificatōibꝰ ꝓmutatiōis febris ephimere ad febrē ethicā eſt vehementia fortitudinis caliditatis in .iij. valde. Nā ſm pl'm incipit febris poſt .x. horas declinare. Cū ergo ꝑtrāſit febris duodeciꝫ horas ꝛ nō app̄ent ſigna declinatiōis: imo ꝯtinuat vſqꝫ ad tertiū diei die et fit fortis: tūc illa ē ethica. ¶ Et de ſignificatiōibꝰ cōpoſitiōis ethice cū febribꝰ putredinis eſt remiſſio caliditatis ſicce poſt finē declinationis: ꝛ poſt ſudorē exuberātē: ꝛ additio in arefactiōe ꝛ extenuatione ſm illud qḋ facit neceſſarium illa egritudo et vnctuoſitas in vrina et egeſtione. ¶ Et ſi fuerit ethica illud qḋ apparet ꝛ occultū aliud ſignificat ipm̄ coartatio accedens in paroxiſmis hmōi: eniꝫ eſt nō inuētū in ethica oino. ¶ Et ſcias ꝙ qñqꝫ incipit ethica retēta cum ſtomacho quare corrūpit cōplexionē epatis ꝑ vicinitatem.

¶ De ſignis alduburen. Capitulum. 3.

SIgna vero alduburen ſunt ꝙ quando febris expellitur alduburen vehemēs fit durities pulſus et eius debilitas et paruitas ipſius et eiꝰ frequētia ꝛ ꝓprie qñ cā caſus in ethicā eſt apoſtemata qḋ nō reſoluit nā illḋ .ſ. freqntia addit valde. ꝛ ſil'r velocitas ꝛ fit pulſus eiꝰ de gn̄e eiꝰ q̄ noiat cauda muris. Qḋ ſi fuerit ex potu calidi

vini erit loco caude muris acualis. Et nō erūt accidētia aldubella ti vehementia valde; non enim dat ei ſpacium vſq ad huiuſmodi. ¶ Et appent in vrina vnctuoſitas et petala: et incipit ocul⁹ pfundari. ¶ Cū ergo alduburē puenit ad ſtatū fit fortior pfundatio ābor oculor. Et mltiplicat lippitudo ſicca. Et creſcūt extremitates oſſiū oīs mēbri et in facie. Et planātur tpa. Et tēdit cutis frōtis. Et deſtruit color cutis. Et fit quaſi ſit ſup eā puluis qdā ex aduſtiōe ſolis. Et pducit ad grauedinē eleuādi ſupcilia. Et fit ocul⁹ ſomnolētus et clauſus abſq ſomno. Et ſubtiliat naſus. Et elōgant pili. Et apparēt pediculi. Et videt vēter iā minorari et adherere cū dorſo quaſi ſit cutis ſicca que iā attracta eſt. Et attrahit cū ea cutis pectoris. Cū ergo curuant vngues et arcuant: tūc iā venit ad ſtatū et incipit tēdere ad occaſum. Et cū incipit tēdere ad occaſum liqfiūt cartilagines.

## ¶ De cura ethice. Capitulum. 4.

Intentio in curatione febris ethice eſt infrigidatio et humectatio. Et vnaqueq eār cōplet cū approximatiōe ſuar cauſarū et expulſiōe cauſar ſui ɔtrarij. ¶ Et fortaſſe eſt cā vni⁹ ear cauſa ɔtrarij alteri⁹ ſicut cā infrigidationis. ipa eīn qñq eſt cā exiccationis que eſt cōtraria humectatiōi ſicut infrigidatio cū trociſcis cāphoratis et illis que ſunt ex ſpodio et his ſimilib⁹. ¶ Et fortaſſe humectatio iterū eſt cā calefactiōis que ɔ̄ria eſt infrigidationi ſicut vinū ipſum humectat ſed calefacit: q̄re op; vt obſeruet illō. ¶ Et ſi neceſſitas vocat ad fortē infrigidationē: nō erit niſi cū re cui ɔiūgit aut quā pcedit: aut cui ſuccedit res in qua eſt virtus humectatōis ¶ Et ſilr cū vocat neceſſitas ad fortē humectatiōem velocē in ea ſicut aqua carnis et vinū: tūc op; vt adiungat ei: aut antecedat eam aut ſequatur eā illud in quo eſt infrigidatio. ¶ Et ſi fuerit cā ethice apoſtema aut leſio in mēbro: tūc neceſſariū eſt curare ipſum i primis. ¶ Et qui diligit cōponere regimē ei⁹ ex diuerſis modis ɔuenientibus ei in quo febris fit vehemēs valde: tūc neceſſariū eſt vt incipiat et det in potu trociſcos cāforatos et q̄ currūt curſu eorū cū ſirupo acetoſo diluculo in ortu ſolis: ſicut aqua ordei in cancris ſi non abhorret eos: et cum iuleb et aqua granatorum. Et admixtionem mucilaginis pſilij: ſi non fuerit prohibens aliquid propter ſtomachū et alia. ¶ Et regimē infrigidās eſt p illud qd ſciuiſti de potibus infrigidantib⁹ et de olerib⁹ infrigidantib⁹ et trociſcis ſicut trociſci de cāphora et emplaſtris et vnctionib⁹ et his ſimilibus et infrigidatione aeris eorū ita q in hyeme. Si aūt nō tolerat: alleuietur ab eo ignis. Infrigidatio nāq aeris eor eſt melior res. Et ſicut veſtire eū cū ſandalatis et cāphoratis: et facere ipm odorare illud in quo ſunt roſe et cāphora et ſandali: et fruct⁹ frigidi et ſebeſebrā et liliū cū aq̄ roſacea: et vaporatio cum ſudore et balneo. ¶ Et oportet vt nō plongetur retentio emplaſtrorū infrigidantiū valde ſup mēbra propinqua valde membris anhelitus: fortaſſe enim infert illud anhelitui

etvocі nocumentũ magnũ. ¶ Et opꝫ vt declinet ad quietẽ ⁊ ſomnũ ⁊ trãquillitatẽ ⁊ gaudiũ: ⁊ cuſtodiat eger ab eo qđ facit ipm iraſci ⁊ qđ facit ipm triſtari ⁊ qđ facit ipm anguſtiari ⁊ a fame et ſiti lõga. ¶ Emplaſtra infrigidãtia qb⁹ oꝫ eos vti ſunt aromatica. Naꝫ ipſa ſunt propinquiora iuuamẽti ⁊ ꝓprie ſuper pect⁹: ⁊ q̃ ſequũtur ipm: ⁊ ſint infrigidata: ⁊ nõ ſit in eis ſtipticitas. Stipticitas eñi cũ hoc ꝙ ipſa facit accidere ericcationẽ ꝓhibet virtutẽ medicine profundari. ¶ Et opꝫ vt aſſidue ꝑmutatio vt nõ remaneat medicamẽ et caleſiat cũ obſeruatiõe vehemẽtie infrigidationis ei⁹. Nã cum ipm infrigidat vehemẽter non elongat quin debilitet mẽbrũ. ¶ Et qñ eſt ꝓpe mẽbra anhelit⁹ nõ eſt longinquũ quin ipediat dyaphragma ⁊ alia ab emiſſione anhelit⁹ cũ facilitate. ¶ Et de regimie hũe etãte ſunt cibi leues ⁊ fruct⁹ et robub: et vnctiões: et emplaſtra: et odoramẽta: et caputpurgia: et quies: ⁊ trãquillitas: ⁊ vt nõ inferat ei violẽtia in fame aut ſiti.

¶ De rememoratiõe medicinaꝝ infrigidantiũ eos. Ca. 5.

Ille vero que de eis ſunt infrigidãtes aut humectãtes omes ſunt nutritiue: aut vincit in eis nutribilitas ſicut aqua ordei decocta cũ cãcris ex parte cancri. Et opꝫ vt euellant extremitates cancroꝝ ex pedib⁹ ſuis ⁊ corpib⁹ ſuis: ⁊ abluant cũ aqua frigida et ſale bono cum cinere vicib⁹ tribus ⁊ ſupra donec mundificent ⁊ purgent a grauitate ſui odoris: deide decoquãtur in aqua ordei: ⁊ ſicut aqua lactis vaccini de quo extractũ eſt butyrũ: ⁊ ſicut ſucci olerꝫ elixatoꝝ predictoꝝ in capitulis febriũ acutaꝝ ſicut mucillago pſilij ¶ In aceto aũt eſt vehemẽs ericcatio et virtus reſolutionis quare opꝫ vt bibatur cũ eo quod reſiſtit duabus proprietatib⁹. ſ. per commixtionẽ aque multe aut cũ quibuſdã humectãtib⁹ ⁊ lenificantib⁹ ¶ Et proximũ quidẽ eſt vt lac aſine ſit cũ humectatiõe ſua infrigidãs ita vt quidã faciant meliorẽ infrigidationẽ eius ſuper infrigidationẽ lactis vaccini de quo extractũ eſt butyrũ. Verũ ipſum conuenit ei q̃ non habet febreꝫ periodicã: neqꝫ materiã: neqꝫ hũorẽ preparatũ ad putredinẽ: ⁊ opꝫ vt caueatur ſpiſſum lac: et de illis q̃ conferũt eis eſt zuccaꝝ: et cũ ſenſeris putredinẽ accidentẽ ex lacte: tunc ſolue cũ facilitate: ⁊ ſi timueris calefactionẽ: tunc abſtine ab eo aliquot diebus: et cura in ea cũ trociſcis ⁊ aquis fructuũ: deinde itera lac. ¶ Medicine vero infrigidãtes que nõ habent humectationeꝫ ſunt ſicut trociſci noti narrati. ſ. trociſci cãphorati de dactilis ⁊ ſuccis frigidis. ¶ Et ſicut trociſci. ℞. ſpodij boliarmeni. añ. ʒ. iiij. roſarũ. ʒ. vj. ſeminis portulace et citruli ⁊ cucurbite ⁊ karabe oĩm añ. ʒ. iij. fiant ex eis trociſci ⁊ ſit doſis põd⁹. ʒ. ij. ⁊ ſunt boni valde. ¶ Et iterũ alij proximi eis. ℞. arnogloſſe amilli ⁊ gũmi et dragaganti omniũ. añ. ʒ. iij. boliarmeni ſpodij amboꝝ. añ. ʒ. iiij. papaueris. ʒ. v. roſaꝝ ⁊ ſeminis cucurbite ⁊ citruli ⁊ portulace oĩm. añ. ʒ. vj. granoꝝ cydonioꝝ excorticatoꝝ ⁊ ſemis melonis ⁊ cucumeris oĩm. añ. ʒ. vij.

ſucci liquiritie pondus.ʒ.x.ↄficiant cū mucillagine pſilij. ¶ Unctiones vero et epitbimata: et emplaſtra infrigidantia: et odoramēta et caputpurgia infrigidantia ſunt illa q̄ tu ſciuiſti. ¶ Et meliores vnctiones ſunt cū oleo de cucurbita: et de papauere: et nenufare: et ſalicibꝰ: et violis. ¶ Stratꝰ aūt infrigidantes et hūectātes ſunt q̄ ſunt plani valde de corijs aſperſis aqua roſ. aut de genere eiꝰ qđ fit in tabaſtren. ꝛ ſit impletio eiꝰ illud qđ non calefacit imo ſit de genere lini pectinati et renouati aſſidue. ¶ Aut ſit ſtratꝰ de corijs q̄ iam ſunt īpleta aqua poſtquā ſint ſup ea rectificatiōes que applanent aquā bene et ꝓhibeāt eiꝰ inequalitatē: et ſit ſtratꝰ ꝓpe aquas ꝛ curſus earū: ꝛ ſub eis folia arborū frigidaꝝ ꝛ humidaꝝ ſcʒ de ſalicibꝰ ꝛ ſemperuiue: et olera humida et odorifera frigida ſicut roſe ꝛ folia arborum frigidaꝝ et preputia vitis ꝛ his ſimilia.

### ¶ De rememoratione medicinarum humectantium eos. Cap.6.

Illaꝝ quidē q̄ ſunt cū infrigidatione rememoratio iam preterijt. ¶ Et reſtat nūc ↄſiderare in qualitate dandi in potu genera lactis: et lac de quo extractū eſt butyrū: ꝛ in qualitate adminiſtrationis tine ꝛ balnei: et adminiſtratiōe vnguētoꝝ et oleoꝝ ꝛ epithimatū ꝛ reliq̄ regiminis. ¶ Et nos quidē iam docuimꝰ modū dandi in potu genera lactis in ca. ꝓthiſis ꝛ ſiccitatis ſtomachi: quare opʒ vt ſit illđ canō. ¶ Et nō eſt lac poſt lac mulieris ſicut lac aſine poſtea lac caprarū cuiꝰ paſcua opʒ eſſe ex herbis ꝛ oleribꝰ frigidis hūidis ſicut ſcis. Nā ipm ꝛ ꝓprie lac aſine eradicat ethicā ſi fuerit ei eradicator: et nō eſt electio ſuper ipʒ niſi ꝓhibeat putredo accn̄s aut expectatio materiei ↄprehēſe. ꝛ lac quidē iuuatiuū ē eis a principio ethice vſq; ad finē eiꝰ: et lac mulieris ſugendo ſumptū ↄueniētiꝰ eſt oībꝰ: ꝛ canon in dādo in potu lac de quo extractū eſt butyꝝ ē ꝓximus illi iteꝝ: ꝛ melius quidē eſt vt incipias a.ʒ.x. vſq; ad .xxx. ꝛ qđ eſt ſupra eas ſi fuerit virtꝰ adiuuās ꝛ tibi ineſt vt ↄmiſceas cū eo aliq̄d de trociſcis infrigidātibꝰ: ꝛ tibi ineſt vt addas ſupra ſummā p̄dictā in potione prima et poſtrema ſi fuerit potēs virtꝰ ſuper digeſtiōe. ¶ Tina aūt illa eſt melior q̄ eſt tepida in qua nō eſt caliditas multa: et eſt cū hoc cū virtutibꝰ oleꝝ ꝛ herbaꝝ infrigidātiū ꝛ humectātiū: ꝛ nō ſit ita vt rorificet: nedū q͏̄ ſudare faciat: et nō lʒ vt vapor tine ſit calidus: ꝛ ſi non eſſet qđ ꝓhiberet adminiſtrationē tine frigide: nō eligeret̃ ſup eā. Ueꝝ qđ ꝓhibeat ab hoc ē debilitas corporꝝ eoꝝ: et eoꝝ extenuatio. In primis ꝟo rebꝰ fortaſſe ſanat eos illđ. Uerū debilitatē corpis ſanat iā illđ cū infrigidatiōe pauca quā facit in ↄplōne eiꝰ q̄ poſſibile eſt vt curet̃. ¶ Qđ ſi fuerit debilius illo timetur q͏̄ cadāt in ethicā ſenilē ꝛ illud ſm minꝰ. Uerūtamē cū illo tardat̃ magis tp̄s mortis: ꝛ fortaſſe viuit cū ea tēperie cui eſt q̄titas: ꝛ multotiēs q̄ dē eſt rectior ꝑmutatio eiꝰ ad illā ethicā. ¶ Illud aūt in quo ſumꝰ de relatiōe tine rectiꝰ eſt vt fiat inceptio in ea cum

aqua q̄ eſt calidũ ad terminũ: ⁊ fiat gradatio ad frigidã ⁊ ad tẽpe-ratã frigidam tolerabilẽ. Hec em̄ gradatio facit corpus ſuſceptibile aque frigide: cũ leſio nõ fiat niſi per aduentũ cõtrarij in cõplexione ſubito: ⁊ iterũ corpus acquirit ex aqua calida ſimilitudinẽ teneritatis ⁊ tolerat cũ ea aquã frigidã. Et ſi iteretur tina in die tribus vicibus erit rectũ: ⁊ opꝫ vt adminiſtretur cũ facilitate vt nõ cadat virtus: ⁊ ſi ſumpſerit aquã ordei ante tinã duabus horis erit cõueniẽs: ⁊ ſi p̄mittat tinã poſt emulſionẽ lactis ſup corp⁹ ei⁹ ſꝫ qđ dicemus vt dilatet tina meatus cibi: deinde ſuſcipiat aquã ordei ⁊ que ſunt ei ſimilia: poſtea expectet: deinde adminiſtreť aqua tine vt dilatetur cibus erit bonũ. ¶ Et adminiſtreť poſt tinã ⁊ balneũ inunctio cũ oleis infrigidãtib⁹ ⁊ humectantibus: ſicut oleo viol'. ꝓprie quã-do factũ eſt ex oleo de cucurbita: ſil'r oleo nenufarino: ⁊ oleo de cucurbita. ¶ Et ſi p̄muteť poſt tinã ad illđ qđ eſt decliui⁹ ad frig⁹ parũ tolerabile deiñ inungať. ¶ Et ſi p̄mittať inũctio ⁊ feſtineť: deiñ ingrediať aquã frigidã parũ erit rectũ ⁊ illđ ſm tolerãtiã ⁊ nõ ẽ malum gradari in eo. ¶ Et melior quidẽ hora ꝓ hui⁹ actiõis eſt poſt digeſtionẽ cibi: ⁊ ſi poſſibile ẽ vt ſubmergať poſt tinã calidã in aq̄ frigida ſubito abſq; gradatiõe eſt magis vltimũ ex p̄te cure: ⁊ magis forte ex p̄te timoris. ¶ Et effuſio ei⁹ cũ facilitate ẽ minoris timoris q̄ ſubmerſio infirmi in ea ſubito ⁊ minoris iuuamẽti: ⁊ ſit frigus ſm quãtitatẽ frigoris aq̄ eſtatis q̄ eſt inter tepidã ⁊ illã q̄ eſt vehementis frigoris. Et ſi p̄mittať emulſio lactis ſup mẽbra ſua ſi nõ fuerit debilis: aut eius qđ mixtũ eſt aq̄ ſi fuerit debilis: deiñ ſi adminiſtretur tina erit rectũ. Nã emulſio lactis ſup corp⁹ ẽ vehemẽtis humectationis: ⁊ genera q̄dẽ lactis bona ad emulgendũ ſunt p̄dicta: et opꝫ vt emulgeanť ex vbere. ¶ Et digni⁹ ẽ vt fiat fixio ſup inũctionẽ fricãdo ex medicinis p̄dictis corpori toti ⁊ iũcturis. Ingreſſio aũt balnei nõ cõceditur ei: niſi fuerit ita ne ſudare faciat: neq; igniat neq; alteret anhelitũ: ⁊ ſit calidũ aq̄ eius minus calido ſui aeris ⁊ ſit caliditas aque ei⁹ ita vt delectet ⁊ nõ ledat ⁊ nõ faciat ſudare: ⁊ q̄ñ nõ eſt in corpore ei⁹ materia p̄parata putredini ⁊ ꝓprie cũ illđ eſt ⁊ nõ digeſtus eſt cib⁹: immo opꝫ vt ſit illud cũ volũtas eſt vt expandatur digeſtũ ei⁹ in corp̄e: ⁊ nõ ꝓlõget morã ei⁹ in eo immo ſeparať ab eo velociter: ⁊ q̄ñ ſeparať ab eo ſumat aliq̄d de humiditatib⁹ ⁊ de ſorbitionib⁹ q̄ nõ nocẽt ei factis ex ordeo ⁊ lacte: ⁊ q̄ñ accidit ei i balneo ſitis ſedet eã cũ aqua ordei ⁊ aqua alraib ⁊ lac ſit lac aſine: ⁊ opꝫ vt ſit introit⁹ in balneũ: deinde exitus ei⁹ ab eo ſcđm modũ vt nõ ſit labor in eo omnino. Et iã enũciauimus illud in locis alijs ⁊ iterabimus de illo conditionem. ¶ Oportet vt permutetur ad balneum in lecto portato in quo ſunt ſtrati ſtratus ingenioſe: ita vt perueniat cum eo ad primam domũ: ⁊ permutetur ad illud quod ex duobus pannis factum eſt plenũ lana vel coto ⁊ dr̄ grece pedetolene qđ cõueniẽs eſt balneo ⁊ exuatur veſtimẽtis ſuis in ea: aut in media ſi

non fuerit calida: ꝛ non moretur in aliqua earũ niſi quãtitate ꝑmutationis ꝛ anhelitib⁹ paucis: ꝛ iã exutus veſtimẽtis: deinde ingrediatur ad domũ ſcd̃am ꝛ tertiã: verũtamẽ nõ ſit vehementis caliditatis ꝛ ſtet in ea quãtitate qua tolerat tinam. ¶ Hoc eſt illud qd̃ dictum eſt ꝛ qd̃ magis eſt dilectũ mihi eſt vt ſit tina eius in domo media tẽperata. ¶ Cũ ergo ſeparat̃ a tina frigida cooperiat̃ mantili aut farca habẽte duas tunicas: ꝛ ꝑmutet̃ ad ſtratũ ſuum ꝛ lectũ ſuũ cũ ſua ſabana: ꝛ exiccet̃ ſudor eius cum mantili ꝛ inungatur ꝛ cibet̃.

¶ De cibatione habentium ethicam. Ca. 7.

Oportet vt ſeparet̃ in eis cib⁹: ꝛ nõ cibent̃ in ſaturitate eorꝫ vice vna. Ampli⁹ meli⁹ q̃ cibãtur eſt aq̃ ordei: ꝛ ordeũ: ꝛ panis triti ci abluti infuſus in aqua frigida. ¶ Et gñа lactis cũ ab eis nõ prohibet aliq̃d eorꝫ q̃ diximꝰ. Et lac vaccinũ de quo extractũ eſt butyꝝ qm̃ eſt plurimi nutrimẽti: ꝛ almes: ꝛ cucurbita: ꝛ de fructib⁹ melões paleſtini ꝛ ſunt alraki cognominati apd̃ nos indi: ꝛ qñ ſentit rectificationẽ: tũc nõ ẽ malũ cibare ipꝫ caſeo hũido nõ ſalito: ꝛ ſi vꝫ tus debilitatur nõ eſt malũ vt cibet̃ iure iſſidebegi cũ coriãdro hũido decocto cũ eis q̃ ſunt ſicut alduragi ꝛ alteiugi. ¶ Et fortaſſe opꝫ vt det̃ eis in potu aliq̃d vini ſubtilis ꝑmixti cũ aqua multa. ꝛ fortaſſe ẽ neceſſariũ vt cibes cũ moſos ex carne alduragi ꝛ alteiugi: ꝛ alcubugi ꝛ pulli ꝛ hoſune acetoſo aut ↄgelato acetoſo ex carne hedi aut carne vaccina qñ eſt illic fortitudo digõnis: ꝛ acetũ almoſes ꝛ cõgelati eſt iuuatiuũ eis ꝛ cõfortatiuũ in hac diſpõne: ꝛ fortaſſe nõ ẽ excuſatio ab aqua carnis ꝑmixta cũ ſirupo de fructib⁹ frigidis acetoſis aut vitello oui ſorbilis: ꝛ qñ ꝓlongat̃ cũ ea debilitas ad ſyncopim eſt neceſſe vt cibent̃ aq̃ carnis accepta ex laterib⁹ hedi cũ ſale pauco q̃ colet̃ ꝛ fundat̃ ſuꝑ eã q̃rtũ totũ ei⁹ ẽ de aq̃ maloꝝ ꝛ q̃rtũ eſt decima ei⁹ de vino odorifero ꝛ potet̃ tepida. ¶ Aqua vꝫo frigida q̃ nõ ẽ valde vehemẽtis frigoris nõ eſt malũ ſi in potu det̃ eis: ſi nõ fuerit debilis: aut aliq̃d ꝓhibẽs. Et illd̃ ꝓhibẽs: aut erit apa ſub hypocũdrijs: ãt erũt in corꝑe toto chimi putridi ꝛ chimi crudi q̃ oẽs digõne indigẽt ꝛ non apparet ſignũ digõnis. Qd̃ ſi appareat timor erit minor ꝛ ſilr ſi fuerit ethica ꝑmutata ex ſirſen: ãt ſirſen naꝫ cũ hac meli⁹ ẽ vt iterdicat̃ pot⁹ aq̃ frigide q̃ cũ alijs. ¶ Ethica eñi cũ ſuꝑuenit egritudinib⁹ deſtruẽtibus virtutẽ mollificãtibus eã areꝫ facientibus oſſa ꝛ carnẽ ſuperuenit debilitati. Cũ ergo ↄiũgit̃ ei ſuper debilitatẽ poſt ſumptionẽ aque frigide nõ morat̃ q̃n cadat i genus alterius ethice q̃ cõicat huic generi in ſiccitate: ꝛ diuerſificat̃ ei in calore ꝛ frigore: ꝛ nõiat̃ ethica ſenectuti ꝛ ethica ſenij. ¶ Et illa q̃deꝫ ẽ egritudo ſeua i q̃ innat⁹ calor iã deſtruct⁹ eſt. ¶ Et ſilr aq̃ vltimi frigoris ꝛ plurimi nocet eis in omni diſpoſitione: ꝛ corrũpit innatum calorem mẽbrorum eorum radicalium: ꝛ fortaſſe feſtinat cum eis: aut permutat eos ad modum alium ethice.

¶ De ſuccurrendo dipoſitionibus ſequentibus ethicam. Ca. 8.

qm nõ deſup coartat loc⁹ ei⁹ poſt ſolutionẽ ↄtinuitatis ei⁹: ⁊ iuenit vacuitatẽ puenit res ad ẽboriſmũ qð noiat mater ſanguinis. ¶ Et arteria q̇dẽ lʒ ſit de illis q̃ nõiãtur: tñ eſt de illis quoꝝ difficilis eſt incarnatio. Et multotiẽs q̇dẽ nõ incarnat arteria et incarnat illð qð continet arteriã et coartat ſup eã: quare ſanguis nõ põt facere curſum ſupfluũ: immo egredit ex eo aliq̇d vſq ad fines cutis. ſ. quãtitas quã capit: et qñq alleuiat cum ↄpoſitiõe redit et occultat ſicut accidit rupture: et fortaſſe remanet vena ſola ſub cute: et ſentit pulſ⁹ ei⁹ et ipſius ſucceſſio: et multotiens accidit illud arterijs deintus ⁊ diſrũpitur: pręter φ diſrũpatur cutis ⁊ congregat ſub cute emboriſma ſcʒ apa leue ex ſanguine et vẽtoſitate qð poſſibile eſt q̇eſcere cũ cõpreſſione. ¶ Et hoc quidẽ multotiẽs accidit in cello et inguinib⁹ ⁊ curuaturis p ſe: ⁊ multotiẽs accidit ex cã intrinſeca aut ex flobothomia ¶ Et multi medicoꝝ exiſtimãt φ ois diſruptio arteria ↄperducit ad matrẽ ſanguis q̃ q̇dẽ plurimũ fit ſi incarnet illð qð eſt in circuitu ei⁹ ⁊ fiat apa notũ. lʒ ipſamet nõ incarnatur ⁊ res nõ eſt ita. ¶ Ille q̇dẽ q̃ negauit incarnationẽ ↄtrouerſat⁹ eſt cum ↄſideratiõe ⁊ experimẽto. Conſideratiõe vo qm vna duaꝝ tunicaꝝ arterie eſt cartilaginoſa et cartilago nõ incarnat. ¶ Experimẽto vo qm nõ viſa eſt incarnatio. ¶ Et oppoſuit eis Gal. cum conſideratiõe ⁊ experimẽto. Conſideratio vo eſt rethorica ⁊ ei⁹ forma eſt qð eſt inter incarnatũ ſicut caro ⁊ nõ incarnatũ ſicut oſſa: q̃re opʒ vt ſit incarnata: ſʒ eſt difficilis incarnatiõis et teſtimoniũ q̇dẽ qm ipe narrauit ſe medicaſſe plures arterias et fuerũt incarnate: ⁊ hec q̇dem eſt res a q̃ nos iã expediti ſum⁹. ¶ Nos vo dicem⁹ nũc φ diſpõ pceſſiõis ſanguis a mẽbris diuerſificat cuʒ diſrũpuntur ſicut epar et pulmo: et de illis ſunt a q̇b⁹ paꝝ pcedit ſanguis et in vnaq̃q duaꝝ diuiſionũ ſunt q̃ ſunt timoroſa: ⁊ de eis ſunt q̃ ſunt abſq timore ſicut emanatio ſanguis ex pulmõe in q̃ eſt timor ⁊ ab vtriſq emanat ſanguis plim⁹: ⁊ de illis ſũt: ſicut veſica ⁊ matrix ⁊ renes: ab eis ei nõ emanat ſanguis plurim⁹ valde ſummatim: imo qñq mltiplicat cũ lõgitudine ſpacij ⁊ puenit ad ſucceſſiões illaudabiles. ¶ Et diuerſificat diſpõ flu. ſanguinis ex arterijs: qm fit in q̇buſdã eaꝝ difficilis valde timoroſ⁹ ex arterijs magnis q̃ ſunt ſup man⁹ ⁊ pedes ⁊ hmõi interficiũt ſʒ plm ⁊ nõ retinet: ⁊ in q̇buſdã fit facilis ſicut in arterijs cranei: retẽtio ei flux⁹ ſanguis eaꝝ eſt facilis ⁊ ſufficit in eis ↄſtrictio ſola: ⁊ multotiẽs q̇dẽ currit ex arterijs puis ſanguinis: deide retinet p ſe. ¶ Et differẽtia q̇dẽ inter ſanguinẽ arterie ⁊ alioꝝ cognoſcit: qm ſanguis arterie egredit cũ ſaltu ⁊ ipulſiõe ⁊ eſt vehemẽtioris purpureitatis q̃ ali⁹: neq declinat ad nigredinem ſanguis venerei⁹ eſſentie. ¶ Et ſcias φ ois cui accidit euatio ⁊ pprie ſanguinea ⁊ pprie arterialis ⁊ ſupfluit ⁊ accidit ei ſpaſm⁹ eſt malũ: ⁊ ſimiliter ſi accidit ei ſingult⁹ eſt mortalis. Qð ſi fuerit ſincopis cũ ſingultu: tũc mors ẽ feſtina: ⁊ alienatio ⁊ pmixtio ratiõis ſunt male. Qð ſi fuerit ſpaſmus: tunc eſt mortale ſm plurimum.

De canone curationis fluxus ſanguinis. Ca.17.

Oportet in curatiōe fluxus ſanguis vt incipiaſ ⁊ retineaſ: deīde cures vlc⁹ ei⁹ ſi fuerit: ⁊ nō eſt tibi poſſibile in eo cui⁹ cauſa eſt ſi ra ex corrodēte ⁊ ſilib⁹ niſi ita vt auferaſ cā: ⁊ ſi diſpoſitio nō tolerat vt auferaſ cauſa ē neceſſariū vt retineaſ cū ſuis retētiuis: ⁊ ſunt i cauſis q̄ ſunt ei ⁊ abſcindūt ſanguinē currētem ⁊ ille cauſe ſunt ſcite in libro pmo. Verū ergo narrabo eas ſm modū feſtinatiōis. ¶ Dico ergo ꝙ iſte cauſe: aut ſunt ꝓhibētes in illo illō qḋ egrediſ ab exitu: aut ſunt aggregātes rē de illo aut res. ¶ Et diuiſio pma eſt cōuerſio ad partē aliā q̄ aut fit cū attractiōe ad cōtrariū ꝑter qḋ fiat exit⁹ ali⁹: ſicut ponūtur vētoſe ſup epar ⁊ remoueſ flu. ſan. ex nare dextra: aut ita ꝙ accidit exit⁹ ali⁹ ſicut flobothomaſ patiēs fluxū ſan. nariū ex manu ꝑtinēte nari flobothomia ſtricta. ¶ Retinēs aūt ſine exitu eſt illō qḋ ꝓhibet motū ſang. ⁊ ei⁹ penetrationē: ⁊ eſt aut ꝑ cāȝ ignīētē: aut ꝑ cām ſtupefaciētē: ⁊ ſtupefaciēs q̇dē aut eſt medicina: aut eſt diſpoſitio corporis ſicut in ſincopi: ipa em̄ multotiēs retinet ſanguinem. ¶ Cauſa aūt retinēs ſanguinē in locis eſt oppillās exitū: aut cū ligatura: aut cū repulſiōe ex bucellatiōe: aut cū repulſiōe abſq; bucellatione: aut eſcara cum cauterio: aut medicina cauterizante: aut cū ꝯgelatiōe rei retēte: aut cū luiſcatiōe: aut cū īcarnatiōe: aut cū coartatiōe carnis circūdātis venas: q̄ reoppillat ipȝ ⁊ claudit ipȝ clauſiōe vehemēti. ¶ Et opȝ vt ſcias ꝙ quādo aſſociaſ vulneri apoſtema cū quātitate plurima hui⁹ nō eſt poſſibile ligare cum filis neq; intromittere licinia neq; ſtrictura laborioſa: ⁊ neq; eſt poſſibile tūc niſi adminiſtrare glutinationem ⁊ ſtipticitatē ⁊ ſtupefactionē ⁊ inſpiſſatione ſanguinis. ¶ Et ſi eſt curatio ex ſtrictura: aut fiſſura aut propinquitate medicine: quādo eſt dolor eſt mala valde: ⁊ omnis preparatio doloroſa eſt mala. ¶ Et oportet vt preparatio ſit aggregans duas res: quarū vna eſt defect⁹ doloris: ⁊ altera eſt refrenatio partis curſ⁹ ſanguinis quare non adiuuatur cum appenſione et ſuſpenſione ⁊ fiat facilis proceſſio ſanguinis ⁊ eius exitus: ⁊ cum probibent due intentiones declinetur ad leuiorem ſecundum illud quod preſens eſt: et propinquius ad tolerandum in diſpoſitione. ¶ Et eſt neceſſariuȝ vt narremus modum eius poſtquam ſciueris ꝙ primum quod oportet conſiderare eſt vt cognoſcas an vena ſit arteria: aut vena per ſigna ſua: quare agas cum arteria ⁊ ſis ſollicitus pluſquam ſollicite ris ⁊ agas cum vena. ¶ Amplius dicemus quod de attractione vera ad contrarium non ad exitum eſt neceſſe mēbro cum fricatione aut ligatione et ſtrictura: aut cum ventoſis. ¶ Et oportet vt ſit membrū communicans poſitum ex membro cognito ſuper extremitatem linee vnius continuitatis inter ea ambo cum longitudine et latitudine: et eligitur diuerſificato in ſitu longitudinis ⁊ latitudinis quodcumq; amborum eſt longinquum: ⁊ dimittitur quod eſt propinquuȝ ſicut ſit in duobus lateribus capitis; aut duobus lateribus manus:

nã lõgitudo iter iſta duo eſt ꝓpinquioꝛ ꝙ illa ex q̃ opꝫ timeri nocumẽ tũ cõpletũ: et hec res exigit vt rememoꝛemur illud qđ in ea diximꝰ vbi locuti fuimꝰ i libꝛo.j.de canonibꝰ euacuatiõis. ¶ Et opꝫ vt ſint extẽſio et fricatio et his ſimilia aſſidua ex eo qđ eſt ꝓpinquus mẽbꝛo ſcđo deinde deſcẽdat ab eo: et opꝫ vt nõ expectetur in diſruptiõibus arteriaꝝ et eis ſimiliũ qđ ſit hoc artificiũ ſufficiẽs in retinẽdo fluxũ ſanguis et adiuuãs: et ſimiliter eſt iudiciũ in flobotbomia lateris cõis lõginq̃. ¶ Unꝰ aũt duoꝝ modoꝝ diuiſiõis ſcđe et eſt cã ſtupefaciens eſt. vbi gratia. vt cibetur ille cuiꝰ fluxꝰ ſanguinis nariũ multiplicat aut aliꝰ ab illo cibis groſſi chimi ingroſſantibꝰ ſanguinẽ ſicut ſunt lẽtes et iuiube et eis ſilia. ¶ Modus autẽ ſecundꝰ eſt. vbi grã vt in potu dẽtur ſtupefaciẽtia. frigida vo exponũt coꝛpus frigoꝛi: et foꝛtaſſe accidit ſincopis et retinetur fluxus ſang. ¶ Modus autẽ pꝛedictus in diuiſiõe alia eſt; qñ opꝫ vt obſeruetur in eo capitulũ vnũ. ꝛ eſt qñ foꝛtaſſe arteria nõ eſt vna duaꝝ que cõtinuãtur coꝛdi: immo duoꝛũ lateruꝫ eius ita vt cum ſtrinxeris eã iuenies eã firmioꝛẽ immo foꝛtaſſe ꝯtinuatur cũ latere altero ramus alterius arterie q̃ accidit in eo: ꝛ adducit ad eã ſanguinẽ ꝑ terviã quã ſtrinxiſti quare indiges ſtricturis duabus. ¶ Et añ illđ opꝫ vt cognoſcas partẽ que eſt ꝑncipiũ vene: in q̃buſdã eñ locis eſt inferius: et in quibuſdã eſt deſup: ꝛ in quibus eſt ſuperius ſunt ſicut in collo: et in q̃bus deſup ſunt ſicut in coxa et pedibꝰ. Et qñ cognoueris ꝑtem adminiſtra in ea ligaturaꝫ ꝛ ſtricturã. ¶ Et de regimine in illo eſt vt puenias ad extrahẽdã venã cũ vncino: et ẽt cũ inciſiõe pauce carnis q̃ velat eã et occultat ipſaꝫ: deinde inuolue eã: poſtea adminiſtra medicinas quas dicemus. Qđ ſi fuerit pulſatilis: tunc melius eſt vt veles eã cum filis lini. Et ſilr ſi fuerit nõ pulſatilis: veꝝtñ multotiẽs eleuatur ſanguis eius. ¶ Cũ ergo feceris illud: deinde annexueris ei medicinas: tunc dimitte ligaturã vſqꝫ ad diem tertiuꝫ et quartũ tũc. ¶ Qđ ſi videris medicinã glutinationẽ faciẽtẽ adherẽtẽ loco eiꝰ: tũc nõ eradices eã omnino: ſꝫ pone in circuitu eius de genere ipſius aliq̃d qđ madefaciat ipam parumper. ¶ Qđ ſi accidat ei ꝓceſſio ex ſeipo: qñ tu auferes illđ qđ eſt ſuꝑ ipm: tunc tene qđ eſt ſub loco in via itineris vene et ꝑme ꝑſſiõe cũ qua fiat ſecuritas de ſaltu ſanguinis: et eradica illđ qđ eleuat de eo in loco ſuo: et ꝑmuta illđ cuꝫ alio: ꝛ ſit ꝑparatio tua quã facis mẽbꝛo in iſta hoꝛa ſm qđ opꝫ: et eſt vt ſit oꝛificium eius magis imum ꝙ ꝑncipiuꝫ ita vt quãdo eſt. verbi gratia. in inferioꝛibus inteſtini ꝛ matricis tũc ſternatur ſtratũ aliqđ qđ eleuet inferioꝛa et deponat ſuperiora ſm maioꝛem elongationeꝫ q̃ eſt ex doloꝛe: deinde dimitte ipſum tribus diebus: deinde annecte ei hunc modum vſquequo eleuet ſanguis. ¶ Refrenatio aũt cum bucellatione nõ eſt poſſibilis niſi in arterijs magnis: fac ergo liciniũ ex pilis lepoꝛis: aut tela aranee: aut ſubtili cotto: aut panno lini veteri: deinde pulueriza ſuper ipſum medicinas pꝛohibentes ſanguinem: ꝛ mitte ipſam arteriam ſicut bu

cellā:deinde ſtringe ſup ipam ligaturā:ꝛ foꝛtaſſe adminiſtra licinū ex pilis lepoꝛis ſolū excuſat ſollicitudinē:ꝛ opꝫ vt ſtringas ſtrictura adherēte q̄ nō ſeparet donec incarnet. ¶ Liciniū vero ex ſe natura regit in extractiōe ei⁹ paulatim ꝛ expulſiōe ei⁹ aut alijs ab hoc. ¶ Impletio vero ſine bucellatiōe eſt vt imponat verbigratia. illa res in oꝛificium ei⁹ ꝛ liget deſuper pꝛeter penetrationē ei⁹ in venas:ꝛ vt retineatur cū eis q̄ ſunt ſicut puluilli ꝛ ꝓpꝛie ſpongia ꝛ cū vittis foꝛtis ſtricture ſtringētibus ipſuꝫ cū ꝯuerſiōe ſtricture q̄ eſt attrahēs. ¶ Strictura vero pꝛima opoꝛtet vt ſit ꝓpe oꝛificiū deinde inuoluatur vadēs retro ꝛ ſolue ſtricturā gradatim. ¶ Et ſcias ꝙ ſtrictura puluilloꝝ ꝛ vittaꝝ qn̄ eſt debilis venit ex ea nocumētū ſtricture ꝛ eſt attractio: et nō ꝓuenit ex ea nocumētum ſtricture ꝛ eſt retētio ꝛ impletio: opꝫ ergo vt ſubtiliet in hoc capl'o. Cum ergo ſtringit ſtrictura bona ꝛ ſtringit iterū ex latere diuerſo declinat materia ꝛ reſiſtit attractiōi ex ſtrictura. ¶ Et nō opꝫ vt ꝓueniat cū ſtrictura ꝛ ꝓhibitiōe niſi q̄ ſit infra doloꝛē niſi ſi illō fuerit neceſſariū in pꝛimis:deinde mollifica eā paulatim. ¶ Et multotiēs q̄dē opꝫ vt ſuas figurā carnis ꝛ colligas labia ei⁹ ꝛ vittis tegas:multotiēs eīn ſufficit collectio labioꝝ ꝛ poſitio puluilloꝝ ſeruat ea colligēdo venas ipſoꝝ. ¶ Amplius ſtringe ſup medicinas puluerizatas rare:ꝛ inclina ante alguidegi qn̄ ꝯtrahitur vbi coartat apō ꝑncipiū ſuū cū digitis vni⁹ duaꝝ manuū:deīde ānecte ei medicinas ꝛ puluillos apō oꝛificiū ei⁹ cū manu altera. ¶ Impletio vero cū refrenatiuis ꝓuenit aut cū ſtrictura ipl'ētis i facie oꝛificij ei⁹ cū manu altera nō ceſſante retinere donec ꝯgelet ſanguis ꝛ fiat ipletio:aut cum re infrigidante valde q̄ infrigidat ſanguinem ꝛ ꝯgelat ipm in oꝛificio eius:aut ꝓpterea ꝙ caro coartat locum ſicut ſi incidatur vena in latitudine ꝛ ſuſpendat ad duo latera in pꝛima vice:quare claudit ſuper eam caro ex latere ex quo currit: ꝛ hoc non fit niſi in loco carnoſo. ¶ Et multotiens quidem accidit ꝙ neceſſarium eſt incidere ramum extremitatis vene vt ſit introitus eius in pꝛofundum vehementioꝛ:deinde ponuntur deſuper medicine:et multotiens accidit incarnatio meatus abſq̄ matre ſanguinis. ¶ Strictura aūt cū eſcara fit cum igne ipſo qn̄ magnificat timoꝛ: ꝛ fit cum medicinis cauterizantibus ſicut calce. ꝛ floꝛe eris ꝛ generibus draganti ꝛ generibus arſenici ꝛ cymino etiam ꝛ ſimilibus et cū eo qō eſt debili⁹ qn̄ puluerizatur ſuper locum et ſtringitur ꝛ retinet. Uerum timoꝛ in illo eſt ꝙ eſcara eſt velocis eradicationis ex ſe et ex quolibet reſiſtente ex eruptione ſanguis ꝛ qualibet aliaꝝ cauſaꝝ. ¶ Et qn̄ cadit eſcara redit timoꝛ nouus:ꝛ ꝓpter illud pꝛeceperunt vt fiat cauterium cum ferro vehementer ignito pꝛofunde ita vt faciat eſcaras pꝛofundas groſſas:quarum caſus non fit facilis:ꝛ cadant in tempoꝛe longo in quarum ſimili caro iam eſt nata ex cauterio namq̄ debili pꝛoueniūt eſcare debiles que cadunt ex debili cauſa et cum hoc facit accidere ſaniem ꝛ calefacit vehementer. ¶ Cauterium vero foꝛte implet cuꝫ eſcaris foꝛtib⁹ ꝛ remouet rupturā ꝛ detumeſcere eā facit:ꝛ contrahit

eam. ¶Et de cauterizantib⁹ bonis tẽperati regiminis eſt vt ſumat albugo oui ⁊ aggregetur cum calce nõ extincta: ⁊ inuoluãtur cum eo pili lepoꝛis aut ei ſilia: ⁊ ponatur ſup locum et ſtringatur. ¶Et de bonis ꝑuenientib⁹ ad vltimum multotiens eſt vt ſumatur exmi nũ ⁊ calx ⁊ ponant̃ ſup locũ et ſtringãtur: et quandoqꝫ ſuperaddit̃ eis colcotar. et genera dꝛaganti in hac ſumma ſunt habentia ſtip⸗ticitatem cum cauterio. ¶Calx vero eſt cauterium in q̃ non eſt ſti pticitas de qua ſit curandum: et illð qð generat̃ de eſcaris cũ caute rio in eo quod habet ſtipticitatem eſt longioꝛis fixionis et ꝑfundi⁹ ¶Et ſuccus fimi aſininí ⁊ ſubſtãtia ſtercoꝛis aſinini ſunt de illis q̃ aggregant ad cauterium acuitatem ⁊ glutinationeꝫ. ¶Medicine vero reſiſtentes conglutinationi ſunt ſicut gypſum ablutum ⁊ glu⸗tinum decoctum: ⁊ amilum: ⁊ puluis molendini: et, gumme: ⁊ thus: ⁊ reſina: ⁊ iterum paſſe de vuis ipſis: ⁊ rane ſunt huius generis ſm qð dr: ⁊ iteruꝫ ſtella ſcemius. ¶Medicine vero retinentes cũ exicca tione ⁊ incarnatione ſunt ſicut aloes: ⁊ coꝛtex thuris: ⁊ ſicut inte⸗rioꝛa paſſularũ vue cõtrita valde: ⁊ galle cum oleo aliquo: ⁊ ꝯburat̃ ¶Et qñ ꝯpletur inflammatio earũ extinguant̃: ⁊ papyꝛus aduſta ⁊ reſina: ⁊ ſcoꝛia ferri ⁊ ſtercus equi. ⁊ ſtercus aſini aduſta: et cinis oſſium non ablutoꝛũ: qm̃ abluta ꝓhibent glutinationẽ: ⁊ ſpongia noua ſubmerſa in oleo aut vino; deinde adurat̃: ⁊ pili aduſti.

¶De narratione medicinarum ſimpliciuꝫ et compoſita⸗rum ſpecierum diuerſarum foꝛtium in pꝛohibitione flu⸗xus ſanguinis. Cap. 18.

Et de illis q̃ dixit Gale. ⁊ narrauit bene ⁊ experta ſunt poſt ipꝫ ⁊ inuenta ſunt plurimi iuuamẽti eſt vt ſumat̃ de colcotar. xx. ⁊ de minuto thure. xvj. et de aloe ⁊ glutino ſicco. añ. viij. ⁊ de arſenico 4. ⁊ de gypſo vehemẽter trito pulueriꝫato vt atomi poſt cribellatio nem. xx. curetur cum eo pulueriꝫando ſuper licinia ⁊ ſpargendo ſup locũ: qm̃ eſt mirabile. ¶Aut ſumatur ſarcocolla de mecha et aloes et ſanguis dꝛaco. et ponatur ſup liciniũ ⁊ ſtringat̃ ⁊ aloes et thus ſolum cum pilis ſecundum quod ſciuiſti. ¶Et iterum ſpõgia aduſta ſicut diximus et later aduſtus: ſumãtur ſpõgia et ſcoꝛia plũ bi ⁊ tutia ⁊ aleos: aut ſumant̃ thus et aloes ⁊ ſulfur aut thus ⁊ ſul⸗fur: fiat puluis: aut adminiſtret̃ liciniũ cũ albumĩe oui. ¶Aut ſu⸗mat̃ de colcotar. xx. ⁊ de thure ãt minuto thuris. viij. ⁊ reſine. viij. ⁊ de gypſo aduſto. 8. aut ſumat̃ colcotar ⁊ de gypſo aduſto. 8. ¶Aut ſumat̃ colcotar eris vſti ⁊ calcadis ⁊ dꝛagãti aduſti ptes eq̃les. Et de bonis ad fluxũ ſanguis ⁊ ꝓpꝛie ex dꝛaganto eſt vt ſumat̃ aloes. pars. j. et. 5. pꝛimum amboꝛum in coꝛpoꝛe graui: et ſecundum eoꝛũ in coꝛpoꝛe leui et coꝛticũ thuris in coꝛpoꝛe graui. dꝛagma. j. et thu⸗ris ipſius groſſi pinguis in coꝛpoꝛe leui. pars. j. ſint contenti ſuper ea ambo. ¶Aut ſanguis dꝛaconis: et ſarcocolla conficiantur cum albumĩe oui et ponant̃ ſuper pilos lepoꝛis: et ꝑparent̃ ſcðm locum.

## ¶ Tractatus tertius de vlceribus.

### ¶ De ſermone vniuerſali de vlceribus.

### Capitulum.j.

Vlcera gn̄antur ab vlceribus ⁊ ab exituris eruptis ⁊ a pu
ſtulis: ⁊ ſolutio ↄtinuitatis in carne qn̄ facit ſaniem ⁊ pus
nominatur vlc⁹. ¶ Et non facit pus niſi ꝓpterea quod
cibus qui venit ad ea ↄuertitur ad corruptionē ꝓpter de
bilitatem membri: et qm̄ ꝓpter debilitatem ſuam reſol-
uūtur ad ipm ⁊ attrahuntur ꝟſus ipm ſuperfluitates membroꝝ vici
nantium ei: aut propter vnguenta mollificantia membrum ⁊ liniē
tia ipſum cum humiditate ſua ⁊ vnctuoſitate ſua. ¶ Et quod eſt de
genere pus ſubtile noiat̄ virus: ⁊ qd̄ eſt groſſum noiatur ſordities:
⁊ eſt res ſpiſſa coagulata alba: aut ad nigredinem declinis aut ſi-
cut fex. Et virus quidē nō generatur niſi ex ſubtilitate humoꝝ aq-
ſoꝝ ⁊ ipſoꝝ calidoꝝ: ⁊ ſordities generatur ex groſſitie humoꝝ: ⁊ vir⁹
quidem multiplicatur cum generatione apoſtematis: ⁊ vir⁹ eget ex
iccante: ⁊ ſordities abſtergente: ⁊ vlcera ſunt apparentia ⁊ ſunt hn̄
tia ꝓfunditatē. ¶ Et vlc⁹ quod ꝓfunditatem h₃ non euacuatur q̇n
aut iam indurata ſit caro circūdans ip₃ et nominatur fiſtula et eſt
ſicut canna penetrās in mēbrum aut non induratur aliq̇d et nomi
natur abſcōſio et cauerna. ¶ Et quandoque dicunt quidam abſcō
ſionem illud quod elongatum eſt ſubcute et ſeparatur ab ea cutis: ⁊
cauernam illud quod inflectitur ſub carne et dilatatur in ea. Di-
cunt q̇dā: immo dilatatū eſt cauerna ⁊ ſtrictū ꝓfundū fiſtula: ⁊ nō eſt
cōtrarietas in noiatiōe. ¶ Et qn̄ eſt duricies ſup vlcus apparēs no
minat̄ vlcus oſtracinū. ¶ Et fiſtula q̇dē mala eſt illa q̄ nō ſentit: ⁊ ſ₃
q̄titatē elōgatiōis ei⁹ a ſenſu erit ei⁹ malitia. ¶ Et de ipſa q̄dā eſt
equalis: et de ea eſt quedam obliqua: et que vadit ad neruum dolet
vehemēter et ꝓprie qn̄ tāgit ei⁹ inferi⁹ cū₃ tēta et fortaſſe difficilis
fit operatio illius membri et eſt humiditas ſubtilis tenuis ſicut fit
ad illa que peruenit ad os: et quando peruenit ad ligamentum eſt il
lud quod currit propinquum illis. Verum dolor in oſſuoſa et liga-
mentali fortaſſe non magnificatur: ⁊ humiditas que vadit ad os eſt
ſubtilior et declinior ad citrinitatem. ¶ Et ex perueniente ad venas
et arterias multotiens egreditur fex: et quandoq₃ ſi fuerit tendens
ad venam ſanguis plurimus et ad arteriā ſanguis ſubalbid⁹ cū flu
xu ſanguinis et proceſſione. ¶ Et ex ea que peruenit ad carnem hu
miditas viſcoſa groſſa turbida cruda: et multotiens ſunt fiſtule
orificia plurima cuius eſſe ambigitur et non ſcitur an ſit fiſtula vna
¶ Et multotiens effunditur in quodam orificiorum eius humidi
tas habens tincturam: et tunc ſi fuerit fiſtula vna egreditur ex ori-

ficijs alijs color vnus qui eſt fiſtule.ſ.diuerſus albus et tenebroſus et ali⁹. ¶ Et vlcera quidē diuidūtur in ſpecies diuiſionū: ⁊ dr̄ ꝙ vlceꝝ q̄dā ſunt que ſunt doloroſa: ⁊ q̄dā ſunt q̄ ſunt priuata dolore: ⁊ q̄dā ſunt apoſtemoſa ⁊ q̄dā ſunt priuata apate: ⁊ q̄dā ſunt mūda ⁊ q̄dā ſunt immūda: ⁊ immūda q̄dem ꝓpterea ꝙ in eis ſuperfluit humor plurim⁹ ⁊ humiditas copioſa q̄uis nō ſint mala: ⁊ de eis ſunt ſordida: ⁊ de eis ſunt minorata ⁊ de vlcerib⁹ ſunt putrida. ¶ Et de reb⁹ magis nociuis eis ſunt meridies ⁊ hūiditas aeris cū caliditate ipſius ⁊ de eis ſunt corroſiua: ⁊ de eis ſunt ambulatiua: ⁊ de eis ſunt mollia aut dura aut frigida aut calida: ⁊ mollia ſunt de vlcerib⁹ facientib⁹ cadere pilos ab eo qd̄ ſequit̄ ea. ¶ Et ſunt qn̄qꝫ de vlcerib⁹ q̄dam reſudantia ex quib⁹ reſudat virus citrinū calidū. Et fortaſſe eſt calidū comburens qd̄ eſt in circuitu ei⁹ ⁊ eſt malum mortificās ⁊ de eis ſunt difficilis conſolidatiōis: et putrefactio eſt p̄ter corroſionem ꝙ ſi fuerit: erunt ambe ambulatiue: ⁊ fortaſſe corrodens eſt corrodēs illud qd̄ continuatur ei ꝓprie ꝓpter acuitatē ⁊ abſqꝫ putrefactiōe ⁊ neqꝫ eſt febris omnino. ¶ Verū cum ambulatiuo putrefactiuo multiplicatur feb. aut non ſeparat̄ ab eo. ¶ Et Galenus quidem nominauit hmōi vlcera corroſiua ignem pſicum ⁊ formicā ambulatiuā: ⁊ poſt vlc⁹ putrefactū eſt ꝯpoſitū ex vlcere ⁊ ex egritudine putrefacta: ⁊ vnicuiqꝫ eorūꝫ eſt diſpō. ¶ Et vlcera quidē dura incipientia ire verſus viriditatē ⁊ nigredinē ſunt mala: ⁊ vlcera frigida ſunt mollia alba quieſcentia ꝓpter medicinas calefaciētes ⁊ calida ad rubedinē decliuia delectātur frigore. ¶ Et qn̄ vlcerib⁹ malis aſſocietur color corporis mal⁹ ſicut alb⁹ plumbe⁹ aut citrin⁹: tūc illud eſt ſignificatio propter corruptionē cōplexiōis epatis ⁊ corruptionē ſanguinis q̄ venit ad vlcus quare fit difficilis ei⁹ ꝯſolidatio ¶ Et vlcerū quidē quoꝝ radices ſunt acute: et cū quib⁹ eſt prurit⁹ ſuperfluitates ſunt acute: ⁊ quoꝝ radices ſunt late albe pauci pruritus illoꝝ cōplexiones ſunt frigide. ¶ Et vlcera generata ſucceſſione egritudinū ſunt mala: qm̄ natura expellit ad ea reſiduū corruptōis ſuꝑfluitatū: ⁊ vlcera deijciētia pilos ab eo qd̄ ſequit̄ ea ſunt mala. ¶ Et meliores ſiḡatiōes ſignificātes ſalutē vlceꝝ ⁊ vulnerū ſunt cū in ſuccedētia eoꝝ decliuia ſunt ad ſaniē. ¶ Et dr̄ in ſignis mortis velocis cū ſunt homini apata ⁊ vlcera leuia ⁊ deſtruit̄ ei⁹ ratio morit̄. ¶ Et malignoꝝ quidē vlceꝝ cauſe ſunt qn̄qꝫ vulnera obuiātia ſuperfluitatib⁹ malignis corpis: aut regimini corrupto: et qn̄qꝫ ſunt ſequētia puſtulas malas: quare fiūt ab eis feſtinātia ad vlcerationē poſt puſtulas ⁊ ſignificat malignitatē vlceris ei⁹ putrefactio ⁊ ipſi⁹ ambulatio et corruptio ei⁹ qd̄ eſt in ipſi⁹ circuitu: ⁊ difficultas ſanatiōis in ſeipſo cū rectificatiōe curatiōis exhibite ei. ¶ Et meliores ſignificatiōes ſignificātes ſalutē vlceꝝ: ⁊ vulnerū ſunt cū in ſucceſſionib⁹ eoꝝ eſt ſanies que eſt cū medicina faciente pus ⁊ ex operatiōe nature: illa eīm operatio nature eſt ſm̄ curſum

naturalē:et nō generatur ſanies niſi a digeſtione naturali:et nō aſ ſociatur ei malū ex acnītibus vlcerū malorū:et proprie ſanies lau dabilis alba lenis equalis q̄ ꝯſecuta eſt cōplementū digeſtionis: et neq̄ aſſociat ei fetor cū in ea nō ſit putrefactio.ꝛ fortaſſe nō euacua tur a fetore paruo ſanies cui accidit cū adiutorio caliditatis inna te ꝛ alteriꝰ extranee. Et nos q̄dē iā locuti ſuimꝰ de ſanie in locis alijs ¶ Ulcera aūt q̄ accidere faciūt ſpaſmū ꝛ vlcera putrefacta ſcrofu loſa ꝛ algeromati et corroſiua ꝛ cācEroſa:ꝛ q̄ eoꝝ curſu currūt:ſunt in quibꝰ nō gn̄atur ſanies:immo qn̄ apparet in vlcere ſanies ꝛ ap̄a eſt ſignū bonū cū quo nō timeť ſpaſinꝰ ꝛ ꝑmixtio rōnis ꝛ his ſimilia quāuis ſint in loco qđ facit illud neceſſariū ſicut ſunt mēbra poſte riora et anteriora ꝛ niſi res ꝑtranſierit terminū. Quod ſi ap̄a oc cultet ſubito ꝛ redeat nō ſoluetur ꝑ pus aut ei ſil'ia. ¶ Ampliꝰ ſunt vicināntia mēbris neruoſis ſicut vlcera dorſalia:qm̄ ſunt in vicini tate dorſi ꝛ nuche:et vlcera q̄ cadūt in anteriore parte coxe ꝛ genu: qm̄ ipſa iteꝝ ſunt ſicut lacerti neruoſi:in quibꝰ res cōuertiť ad ſpaſ mū et permixtionē rationis etiā. ¶ Si aūt euenit in mēbris neruo ſis:plurimū quoꝝ eſt in antecedēte extenſionis corporis timeť aut curſus ſanguinis ſi ceciderit in medietate inferiori extenſiōis:ſimi liter timeť ex eis quādoq̄ permixtio ratiōis:ꝛ timeť ꝙ cadat pleu reſis et ſanioſitas poſt ip̄am:aut ꝙ proueniat ſputum ſaguinis ſi ceciderit in medietate ſuperiore eius:ꝛ tu iā ſciuiſti intentionem ſa nioſitatis in pectore ex libro tertio. ¶ Et quādoq̄ timeť in eis iteꝝ ꝑmixtio rationis. ¶ Et de ſignis bonis in vlceribꝰ eſt vt in circuitu eorum naſcantur pili qui ceciderunt. ¶ Et corpora ſuſceptibilio ra curationis vlcerum ſunt que ſunt melioris cōplexionis ꝛ paucio ris humiditatis ſuperflue cū intenſione ſanguinis in eis. Illa vero q̄ ſunt multe humiditatis aut ſiccitatis ſunt tarde ſuſcipientia re ctificationē vlcerū:quāuis humida ſicut infantium ſint ſuſceptibi liora q̄ ſicca:ſicut ſenum:ꝛ ꝓprie qn̄ cōplexio eſt radicalis ſicca pri uata ſanguine mūdo ꝛ accidentalis humida mollis:ſicut in ſenibꝰ iterū ꝛ ꝓpter illđ iteꝝ fit in hydropicis curatio vlcerū eorū difficilis ꝛ in pregnātibꝰ iterū ꝓpter retentionē ſuperfluitatū earū:propter ea ꝙ ipſarū mēſtrua retinētur. Sed in ſenibꝰ nō ſananť eorū vlcera ꝓpter illud ꝛ propter paucitatem ſanguinis eoꝝ boni. ¶ Et qn̄q̄ ſa nantur vlcera:deinde reſcinduntť:qm̄ nō generatur in eis caro niſi an̄ mūdificationē:qn̄ ergo retinetur in eis ſuperfluitas nō mūda: opꝫ inde vt corrūpatur ꝯtinuitas proueniēs ſecundo. ¶ Et qn̄q̄ exi ſtimantur fiſtule propterea qđ accidit eis diſpoſitio exiccationis et retentionis prohibentis reſpirationē ꝙ ipſe ſunt ſanate: qm̄ ea rū diſpoſitio eſt ſimilis ſaluti ſicut diximus:deinde reſcindūtur ꝓ pter quēlibet motū ꝛ ꝯmotionē et tuſſim et offenſionem ꝛ maliciam iacendi et alia. ¶ Et de vlceribus in quibꝰ naſciť caro quedā ſunt in quibꝰ naſciť caro addita:ꝛ q̄dā in q̄bus nō naſciť illud: et illa in

quibus generatur caro addita ſunt illa in quibus fit feſtinatio naſcētie carnis ante mūdificationē: ⁊ illa in quibꝰ nō naſcitur illō ſunt illa in quibus nō naſcit caro niſi poſt mūdificationē. ¶ Cū ergo ꝓlongat ſpaciū vlceris ⁊ corroditur ⁊ putrefit ⁊ deſtruit de ſubſtantia eiꝰ res plurima: tūc nō expectatur ꝯſolidatio eiꝰ niſi ſm ꝓfundum. Et proprie qn̄ vlcꝰ eſt antiquū retinēs ſpaciū anni: ⁊ ꝓprie qn̄ eſt diſruptū ⁊ incipit ex eo diſruptio. ſ. fiſtula: ⁊ antiquū: neceſſe eſt vt educat os ex oſſibus q̄ eis ſunt vicina. Et vlcera q̄dē melācholica nō ſanantur niſi ab eis auferat tota eoꝝ corruptio vſq; ad carnē ⁊ oſſa ſana. ¶ Et cāe q̄ cū accidūt corrūpunt vlcera ſunt debilitas virtutis mēbri. quare recipiūt omnē materiā: ⁊ malitia ꝯplexiōis mēbri: et malitia eius qō aduenit ei de ſanguine aut in q̄litate aut in quātitate. In qualitate vero plurimū eiusē ꝓpter malitiā ꝯplexionis epatis: ⁊ color eſt in eo decliuis ad albedinē plūbeā aut citrinitatē aut ꝓpter ſplenē ⁊ eſt color ad nigredinē ⁊ alterationē decliuis ⁊ lētiginoſitatē: quare eſt cū eo malitia oīm humoꝝ in corpore. ¶ Et huiuſmodi quidē p̄ter qō ex ipſo nō acquirit qō ꝯuertatur in carnē nocet ꝑ illō qō ꝯuertitur ad ipſum de ſuperfluitatibꝰ. ¶ In q̄titate vero: q: additur aut diminuitur: quare nō inuenitur cuꝫ quo caro vlceris generet. Et eſt vlcus clarū mundū properās ad eſcarā et neſcitur ſi eſt corpus mundū pauci ſanguinis: aut eſt ꝓpter oſtracoſitatē q̄ accidit parieti eiꝰ ⁊ margini ipſius: aut ꝓpter dilatationē venarū que adueniunt ei: aut propter corruptionē eius incipiētem verſus tenebroſitatē ⁊ viriditatē ⁊ nigredineꝫ: aut propter mēbrum male ꝯplexionis quod vicinatur ei. ¶ Et vlcera quidē praue curationis ⁊ eis ſimilia ſunt interficientia infantes non tolerantes vehementiam doloꝝ ⁊ vlcerum: ⁊ difficultatem curationis eoꝝ et ipſorum prauitatem.

## ¶ De canone curationis vlcerum. Ca. 2.

Scias ꝙ omnia vlcera indigent exiccatione quadā preter facta ex attritione lacertoꝝ ⁊ ipſoꝝ ꝯtuſione. Iſta eñ indigent in primis vt mollificentur ⁊ humectētur. Et cū hoc ꝙ indigēt vlcera in dominātiore diſpoſitionum exiccatione indigēt qn̄q; diſpoſitionibꝰ aliis mūdificatiōis ⁊ abſterſionis ⁊ alioꝝ ꝯſequentibꝰ vlcera p̄ter ipſa vlcera. ¶ Et q̄to plus eſt vlcus maius ⁊ ꝓfundius indiget exiccatione vehemētiore: ⁊ vt aggregētur labia eius vehemētiori ꝑſcrutatiōe: ⁊ fortaſſe ē tibi neceſſariū fuere ea. Et ꝯſidera ex diſpoſitionibus neceſſitatis ad ꝑſcrutandū in illo ⁊ eis ſimilibꝰ illō qō diximꝰ in. c. vulnerū. Et ſcias ꝙ vlcera fortaſſe indigēt in curationibus ſuis adminiſtratiōe medicinaꝝ quaꝝ quedā ſunt currētes penetrātes ⁊ q̄ iniiciuntur ꝓfundātes: ⁊ tūc neceſſariū ē vt ſint vnguēta ⁊ eis ſīlia: quare opꝫ tūc vt ſit illō quod appet hūidū ⁊ qō occultū ē ſiccū ⁊ ꝓpue in illis q̄ ſunt ad fiſtulā opꝫ vt ſit ſiccitas orificioꝝ eiꝰ vincēs humiditatē ſubſtātie eius vehemēter. ¶ Et eſt q̄dē qn̄q; ne

ceſſarium vt earũ medicine permiſceantur cũ eo qđ currit: vt fiant viſcoſe adherentes. Scias ergo illud iterũ in eis. Et ſcias ꝙ vlcera indigent ligaturis ⁊ ſtrictura ꝓpter tres modos. Quoꝝ vnus eſt vt currat ſordities: quare opꝫ vt ſit fortitudo ſtricture eius apđ eius orificiũ vt ipſius expreſſio bona fiat. Et ſcđs eſt ſeruetur medicamẽ incarnatiuũ ſup vlc⁹: ⁊ nõ indiget ſtrictura vehemẽti. Et tertius eſt ad incarnationẽ labioꝝ: ⁊ opꝫ vt nõ ſit ſtrictura in ipſo mollis apđ duo labia: immo ꝯplicata cõplicatione vehemẽti. Et nõ opꝫ vt cuꝫ ligatura ꝑueniat ad leſionẽ: ita vt apoſtemet: ⁊ opꝫ vt ſit adiuuãs in ꝓhibẽdo apã qñ nõ ẽ poſſibile cũ apate vt curet vlc⁹. Et ſi nõ eſt tibi poſſe vt ꝓhibeas ⁊ apparet apã: tũc occupat⁹ ſis cũ apate et cura eius qđcũqꝫ apoſtema fuerit cũ obſeruatione ipſius vlceris vſquequo ſeparaueris ex curatiõe apãtis: ⁊ tũc remanebit ſola obſeruatio vlceris.

¶ Et ſimiliter qñ corrũpit qđ eſt in circuitu vlceris ⁊ viridescit ⁊ nigreſcit cura illđ cũ ſcalpellatiõe ⁊ extractiõe ſanguinis: ⁊ ſi etiã cũ vẽtoſis: deiñ adhere ei ſpongiã ſiccã poſtea medicinas exiccãtes. Et cũ ſeparatur vlc⁹ aut inuenis vlc⁹ purũ: tunc opꝫ vt obſerues in primis an ex corpore aliqđ ad vlc⁹ effundat: aut non effundat: immo iam ſit abſciſſum. Quod ſi nihil effundat ad ipm ſit intẽtio tua in medicãdo ipſuꝫ: ⁊ ſi aliquid effundat ad ipſuꝫ: ſis ſollicicitus in eo qđ ad ipſum effundit ex flobothomia aut ſolutione vẽtris aut vomitu: qñ vomit⁹ qñqꝫ cõfert etiã in hoc: ⁊ Hyppo. teſtificat de eo. Et ſi in vlcerib⁹ fuerint fruſta oſſiũ ⁊ panniculi aut alia: nõ ꝑperes in extrahẽdo ea: ſꝫ fac illud qđ dixim⁹ in capitulo oſſium. Et primũ quidẽ qđ opꝫ te preparare de eſſe vlceris eſt apertio cũ medicinis ſuis: deinde mũdificatio cũ medicinis ſuis: deinde naſcẽtia carnis ⁊ cõſolidatio. Et ſi inueneris vlc⁹ mũdũ equale qđ non hꝫ ꝓfunditatẽ: tũc ꝯſolidatio tñ fiat cũ eo qđ nõ hꝫ mordicationẽ. In ſordidis vero neceſſariũ eſt abſtringẽs mordicans. Et in primis cum curant: indigent mordicatione: qñ ſenſus nõ ſentit ipſum: deinde gradatim perueniatur ad illud qđ eſt leuioris mordicationis vſquequo ſentiat hora naſcẽtie carnis. Et caue in oĩb⁹ illis ne dolere facias quãtũ potes ⁊ ꝓprie qñ eſt illic caliditas ⁊ inflãmatio. Et opꝫ vt remoueas cauſas ꝓhibẽtes a cõſolidatiõe: ⁊ ſunt cauſe quas numerauimus ⁊ dixim⁹ q̃ declinãt cũ vlcere ad malitiã nã ſi tu curaueris eas in primis nõ eris vacãs ad curationẽ vlcerũ ſicut opꝫ: immo nõ erit tibi poſſibile. Et multotiẽs quidẽ rectificata eſt complexio membri ⁊ ſufficit in rectificatione vlceris. Et multotiens eſt vlcus molle ſuper qđ oritur caro mala q̃ eſt in ſeipſa ad rubedinẽ ⁊ calefactionẽ dediuis: ergo curetur cum epithimatibus infrigidãtibus carnem circundantem ipſum ſicut ſuccus ſolatri cuꝫ bolo ar. ⁊ aceto ⁊ epithimatha de ſandalis ⁊ cãphora infrigidata cũ niue: quare non ceſſat cõſolidari vulnus ⁊ cõſtringi.

¶ Et opꝫ vt in vlcerib⁹ doloroſis que ſunt vehementis doloris ſis occupatus in

primis in ſedādo dolorē ⁊ illud cū mollificatiuis que tu ſcis ꝓculdubio: ⁊ꝗuis ſint cōtraria vlceri: veruntamē cū non ſedatur dolor nō preparaꝫ nobis vt curemus: cū ergo ſedauerimꝰ conſequemur. Et vlcera quidē ſordida indigēt vt mūdenꝫ: ⁊ ſunt illa quoꝝ humiditas ⁊ qđ ex eis currit eſt plurimū: ⁊ forſitā mūdificanꝫ cū melle: et fortaſſe mūdificanꝫ cū puluerībꝰ ⁊ vnguētis: ⁊ qn̄ nō mūdificanꝫ nō eſt poſſibile vt obuiet eis medicamē purū vſqꝫ ad corpꝰ eoꝝ ⁊ ꝓprie puluere: quare opꝫ vt mūdificentur: deinde naſcaꝫ caro: et in mundificante quidē eſt abſterſio plus ſicut ſciuiſti ante. Et fortaſſe oriꝫ caro mala quare eſt neceſſariū vt corrodatur cū medicamine acuto ⁊ liniatur deforis cū infrigidantibus: deinde eradiceꝫ cū eo quo eradicatur eſcara: deinde cureꝫ. Et medicamē quidē vnū ſ̄m quedam corpora facit naſci carnē ⁊ ſ̄m quedā eoꝝ eſt corroſiuū vehementis abſterſionis cū corpora illa ſint leuia: valde aut ē ſ̄m quedā eoꝝ nō abſtergēs neqꝫ faciēs naſci: ⁊ ꝓpter illud eget medicamē vt cōforteꝫ aut frāgendo ꝯmixtionē eius aut minuendo eius vnctuoſitatem aut iniūgēdo ei medicamē aliud in quo ſint exiccatio ⁊ abſterſio ⁊ in corpore alio eſt per ꝯparationē ad ipſum corroſiuū indigens vt minuaꝫ de pondere eius aut addaꝫ in vnctuoſitate eius aut adiunganꝫ ei ſtiptica aliqua. Digniora ergo vlcera vt confortetur eoꝝ medicamē ſunt illa quorū difficilis eſt ꝯſolidatio. Et de illis que ſunt neceſſaria eſt vt dimittaꝫ medicamē ſup vlcus tribus diebꝰ deinde diſſoluatur: naꝫ ſi ipm̄ tūc nō operatū fuerit non faciet ſuā operationē. Et opꝫ vt elongetur oleū qđlibet ab vlceribꝰ qđ ſi fuerit neceſſariū tūc ſit oleū de kerua ⁊ oleū myrtinum ⁊ oleū maſticinū. Et cū ibi nō eſt niſi vlcus: tunc opꝫ vt alleuieꝫ inſenſibili mēbroꝝ nō tolerātium ipſum: ⁊ caueatur a doloratione eius cuꝫ medicamento forti. In illo vero qđ eſt parui ſenſus nō abſtineat a neceſſaria medicatione. Et intrinſeca quidē ⁊ ſublimia precioſa ⁊ multi iuuamenti ⁊ ſuſcipientia nocumenta velociter ſunt de capitulo ſenſibili ⁊ iudicio eius ⁊ eorū contraria ſunt de capitulo inſenſibili: ꝗ̄t quorum ſenſus eſt debilis. Et propter huiuſmodi cauſam nō ſuffe runt vlcera intrinſeca ea que ſunt ſicut floſeris ⁊ eis ſimilia ⁊ proprie ea que bibunꝫ: ⁊ indigēt illis q̄ faciunt glutinationē plꝰ ſicut dragagantū ⁊ gūmi ⁊ illa quibus clyſterizaꝫ indigent eo qđ eſt inter duas res. Et de illis que recta ſunt in curatione vlcerum eſt vt quieta ſint mēbra eoꝝ ⁊ nō moueanꝫ et ſi mouētur in principio motu paruo minꝰ nocumentū eſt ꝙ̄ ſi moueantur poſt principium motu laborioſo ⁊ proprie in corpore malorum humorum. Et oportet vt timeatur in vlceribus ꝙ cadat ex vicinitate eorum incarnatio inter duo membra vicinātia ſicut adherētia que accidit inter palpebrā ⁊ oculum et inter duas palpebras et inter duos digitos: ⁊ cauerne ⁊ abſconſiones ſunt velocis ꝯuerſionis ad fiſtulas. Et vlcera quidē vicinātia arterijs et venis magnis perducunt ad ap̄a illud

qđ vicinaꝛ eis de carne molli ſicut teſticuli ⁊ ſub aſcelle ⁊ quod ē poſt aurem ſicut perducit ſcabies ⁊ ei ſimilia de his q̄ diximꝰ ꝑpter illā eandē cauſā ⁊ ꝓprie qn̄ corpꝰ eſt plenū mala ſuperfluitate: ⁊ tūc q̄dem vehemēs fit dolor ⁊ ꝓuenit ad vlcus: quare opꝫ vt cureꝛ illđ cū mūdificatione corporis: ⁊ cū eo qđ eſt dcm̄ in caplo. Et dū mūdificatur aīa nō ſperaꝛ eius curatio: ⁊ eſt neceſſariū in hmōi vt tuearis vlcꝰ ex nocumēto cū baſilicō ⁊ ei ſimilibꝰ ſi corpus fuerit mūdificatū: ⁊ ponas inter ipſū ⁊ inter mēbrū qđ diſtinguat ⁊ ꝓhibeat nocumentū ꝑuenire ad vlcꝰ in oī diſpoſitione. Et opꝫ vt audias ſermonē cōmunē ⁊ eſt ꝙ de illis q̄ ſunt neceſſaria eſt vt ſit illđ quo curatur vlcus aut cōueniēs aut incōueniēs ſꝫ nō cōferat in diſpoſitione tamē nō aſſociat ei nocumētū ⁊ incōuenientis diuerſificatio aut eſt qm̄ ipſum eſt debilꝰ: ⁊ ſignificat illud additio eiꝰ qđ eſt cōtrariū ei qđ ex ipſo expectatur de exiccatione aut mūdificatione aut alijs ꝑter corruptionē aliā: quare opꝫ vt addaꝛ in virtute eius. ¶ Aut eſt diuerſitas ꝑpter modos alios ſicut qꝛ ipſum calefacit vltra q̄ꝫ neceſſe ſit ei quare facit accidere rubedinē ⁊ inflāmationē: quapropter opꝫ vt minuatur de fortitudine eius ⁊ extinguatur de inflāmatione eius cū emplaſtro infrigidāte: aut declinat cū eo ad nigredinē ⁊ obfuſcationē: quare ſcitur ꝙ infrigidat ipſum: aut nō calefacit ipſum menſura qua indiget: ergo opꝫ vt addatur in virtute calefactionis eiꝰ. Aut mollificat ipſū q̄re idiget vt addaꝛ i v̾tute ſtiptici ⁊ exiccatiuoꝝ ſicut ſunt balauſtie ⁊ galle: ⁊ eis ſiſa q̄ exiccāt: vt ſuccuraꝛ cū exiccatiōe eoꝝ de illis de quibꝰ diximꝰ tibi. Aut corrodit ⁊ ꝓfundat ipſum ſicut oſtēſū eſt quare opꝫ vt frāgaꝛ fortitudo abſterſiōis. Et multotiēs quidē nō ꝯuenit medicamē propterea ꝙ ꝯplexio infirmi eſt ſuperflua in capitulo eius cuiusmedicamē opꝫ eſſe fortius in cōtrahendo illud capitulum adeo donec reducat ipſum ad ꝯplexionem ſuam: aut debilis in capitulo ꝯueniente ei.

¶ De curatione vlcerum virulentorum. Ca.3.

Neceſſariū ē vt in eis adminiſtrētur medicine exiccatiue vt mūdificeꝛ virꝰ: deiñ fit occupatio in naſcētia carnis. Qđ ſi fuerint mollia: tuc adminiſtrenꝛ ſuꝑ ea medicine ad faciendū naſci eorū ꝓfunditatē ⁊ ipſoꝝ margines ꝑpter debilitatē corpoꝝ illoꝝ vlceꝝ ſꝫ opꝫ vt exiccētur in primis deiñ adminiſtrētur. Et cū tu adminiſtraueris medicamē ⁊ nō inueneris humiditatē minui: aut videris eā augeri: tūc ſcias ꝙ medicamē ſm̄ illđ corpꝰ nō ē exiccatiuū: q̄re adde in cōfortatiōe eiꝰ ⁊ ipſiꝰ exiccatiōe ⁊ adiuua ipm̄ cū abſterſione pauca: ſicut eſt mel: verbi gratia: ⁊ medicinis ſtipticis ſicut ſunt balauſtie ⁊ alumē. ⁊ minora de v̾tute olei ⁊ pone ipm̄ oleū in q̄ ſit exiccatio. Qđ ſi vř vlcꝰ iā ſuꝑfluere iteꝝ in exiccatiōe tūc minue de v̾tutibus oībus ſcꝫ exiccatione ⁊ abſterſione ⁊ ſtipticitate: ⁊ ſerua hoc ꝑceptū in medicinis faciētibꝰ naſci carnē vlcerū ⁊ nō faciat te errare quidā: ⁊ eſt vt ſit medicamē magis abſterſiuū q̄ꝫ opꝫ: quare cor-

rodit mēbrū ⁊ reſoluit carnoſitatē eius ad hūiditatē currētē quaſ exiſtimas vir⁹ et addis in virtute abſterſiōis. ¶ Et hmōi q̄dē medicamē ponit vlc⁹ pfundi⁹ et calidi⁹ et magis ſimile cū apoſo: et ſentit infirm⁹ mordicatiouē manifeſtā. ¶ Et ſcias q̄ medicinaꝝ exiccantiū vlcera quedā ſunt q̄ ſunt vehemētis infrigidatiōis ſicut iuſquiamū albū ⁊ opiū et radix mādragore: et q̄dā ſunt vehemētis calefactiōis ſicut reſina ⁊ pix: q̄re tibi ineſt vt tēperes vnā earū cū alia et ſm oppoſitionē alicui⁹ ꝯplexionū particulariū. ¶ Et medicine q̄dē mūdificantes virus ſunt iſte medicine exiccatiue ſicut alumen et galle et cortices granatoꝝ et cortex thuris et merdaſengi et farina ordei et ei⁹ ſauic et flores papaue. ruffi et folia arboris ſalicū. Cuꝫ ergo fit empl'ꝫ cū folijs nucis recētis et fit empl'ꝫ cū nuce ſicut ē aut decocta cū vino ꝯfert valde et exiccat hūiditates abſq̄ nocumēto. ¶ Empl'ꝫ bonū: ſumaſ merdaſengi et imbibaſ aceto vice vna ⁊ vice alia oleo donec albeſcat: deinde ſumatur antimonij ⁊ calcucecaume nō et venaꝝ ⁊ gallarū et balauſtiarū: et ſang. dra et aluminis ⁊ climie argēti oīm partes equales: terātur bene: et ſit de vnoquoq̄ ſexta pars ei⁹ qd̄ preparatū eſt de merdaſengi: et miſceātur oīa: et adminiſtrenſ medicine quas dicem⁹ in antidotario in vlcerib⁹ pfundis. ¶ Et de illis eſt aqua maris. Aqua v̄o aluminis ablbit et repcutit et exiccat. ¶ Et oēs iſte medicine p̄dicte nūc nocēt ſi cū vlcere eſt apā. ¶ Et aqua in q̄ decocta ſunt ciperi eſt bona ad exiccatiōeꝫ ⁊ decoctio myrabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ belliricoꝝ. ⁊ emblicoꝝ et decoctio ceterach ⁊ folia aſcedre ſunt bona in illo.

¶ De curatione vlcerum ſordidoꝝ. Cap̄. 4.

Opꝫ vt in eis adminiſtrētur medicine abſtergētes: ⁊ incipiaſ in primis ab eo qd̄ eſt fortis mordicatiōis ſm qd̄ dixim⁹ in canone: deīde gradatī puemaſ ad illd̄ qd̄ eſt ſicut tapſia ⁊ ariſtologia cū melle et pauco aceto. Et iterū glutinū albotin cū equali mēſura ſui olei ro. aut butyri. ⁊ iteꝝ radix lilij cū melle: et iteꝝ farina horobi et herba oppoponaci. ¶ Et de cōpoſitis empl'm indūr vnguēta viridia omnia cū flore eris et ſimplicia aut pmixta cū ammoniaco ⁊ ſiſib⁹. ¶ Et empl'a corticalia ⁊ empl'a facta cū farina horobi: ⁊ ēpl'ꝫ de ſale: ⁊ trociſc⁹ niger ⁊ trociſcus viridis. ¶ Et medicinis exiccatiuis ſumāſ fecis olei ⁊ mellis et aluminis iameni ptes eq̄les ⁊ ſumanſ ceruſe ⁊ polij ptes equales ⁊ qn̄ vehemēs fit ſordities ſumaſ praſſiū cū melle. ¶ Et de empl'is bonis ſunt oliue ſalite: ⁊ qn̄q̄ accidit neceſſitas hic iteꝝ adminiſtrādi aliq̄d de currētib⁹ quo abluaſ ſm qd̄ dicemus in ca. pfundoꝝ et oīa ledūt ea ſi fuerit apoſtema.

¶ De cura vlceꝝ pfundoꝝ et cauernaꝝ ⁊ abſconſionū. Cap̄. 5.

Iſta indigent curatione ſua vt carne repleanſ. Et illd̄ quidē nō fit niſi cū vbertate cibi ⁊ ſanguinis.

¶ Et ſunt neceſſarie in hoc medicine vehementis exiccationis et mundificationis ſimul. ¶ Et oportet vt ſit ſitus eorum talis ne

in eis retineat virt⁹:immo currat:⁊ ſi inuenis hūc ſitum ꝯueniētē ⁊ eſt in eo radix vlceris mēbri ad ſuperiora ⁊ orificiū ei⁹ ad inferiora tūc iſte eſt. Qđ ſi fuerit diuerſuȝ illi⁹ ⁊ fuerit poſſibile homini vt alteret ſitū ꝓfundi cū eo qđ poteſt facere de preparatione et alteratione naturali faciat:⁊ ſi nō eſt ei poſſibile non eſt excuſatio quin ſecetur vlcus vſq; ad radicem ſuam ſectione exquiſitiſſima que non reliquat cauernā: aut quin fiat vt accidat curſus aut meatus in radice ſua preter eius orificium talis vt recipiat ſalutem:⁊ obſeruetur in hoc diſpoſitio membri ⁊ an accidat ei timor ex illo. ¶ Cuȝ ergo factum fuerit illud ſtringatur vlcus cum ligatura incipiēdo ab orificio eius ⁊ perueniēdo ad radicem a qua detectio facta eſt:⁊ in pricipio ecōtrario illius ⁊ ponatur ſtrictura in parte ſuperiore in duobus modis ſimul. Et nō opȝ vt perueniatur cū ligatura ad dolorē. ¶ Et qñ nō eſt tibi poſſibile vt ſcindas:adminiſtra ablutionē ⁊ intromitte tentas facientes naſci mūdificantes quarū mundificatio nō deſtruit eius natiuitatē ꝓpter virtutē duarū rerū in eis:⁊ nos quidem iā experti fuim⁹ emplaſtrū apoſtolicon ⁊ fuit bonū vltimū conferens p medicationē:⁊ cētaurea qñ ab ea implet eſt mirabilis valde:deinde ſufoton poſtea yreos:deinde farina herbi. ¶ Et abſcōſionib⁹ qñ non adheret cutis ꝯglutinatiōe bona. Uerū eſt poſſibile vt exiccet cutis ita vt ꝯglutinet ꝯglutinatiōe ſimili ſane. ¶ Et vlcera quidē ꝓfunda ⁊ abſcōſiones ⁊ cauernas nō immundificāt medicine mūdificatiōe vltia:neq; faciūt in eis naſci carnē niſi fiāt currētes lauātes q̄ in ea iniiciūtur cū iniectoriis aut mittunt cū tētis et ꝓprie qñ eorū figura nō eſt figura in mūdificatiōe quorū ſufficiāt ꝑparatio ⁊ exꝑſſio ligature ſm qđ oſtendim⁹. ¶ Et mel quidē eſt ex lauatiuis et ꝓprie mixtū cū vino:⁊ in aqua cineris eſt ablutio fortis quā non ſuffert qđ ex vlcerib⁹ parū eſt ſordidū:et aqua maris ꝓpinqua eſt illi qñ ipſa lauat ⁊ exiccat. Et aqua aluminoſa eſt lauatiua et cum hoc eſt prohibitiua ei⁹ qđ attrahit ad mēbrū:et qñ eſt apa non ꝯuenit aliq̄d de illis neq; vinū. ¶ Et opȝ vt ponant ſup iſta vlcera ſupra medicinas in ligaturis earū pāni liniti ex eis quib⁹ indiget membrum in rectificatione ſue complexionis:et quibus indiget ad rectificandum empl'is q̄ interius adminiſtrant:⁊ ſuper orificiū vlceris pann⁹ ali⁹ linit⁹ cū eo qđ opȝ ex medicamine. Et ſignatio qꝫ ipm ꝯglutinat eſt paucitas ei⁹ qđ currit et deſceſio ei⁹ ad inferiora et fortaſſe exprimunt ab eo cū ligatura et ꝟtute medicine hūiditates plurime ſubito:deinde exiccat et conglutinatur.

¶ De curatione vermiū vlcerum. Cap. 6.

De rebus ꝯferentib⁹ ad illud eſt ſuccus calamēti fluuialis et medicine quas dixim⁹ in cap. vermiū auris in lib. iij.

¶ De naſcentia carnis in vlceribus. Capitulum. 7.

Oportet vt nō trahat caro donec mūdificet:aut trahat ad ipſum nutrimentū ſi minorat ⁊ nō peruenit ad ipm.

¶ Cum ergo mũdificata ẽſt: tunc elongetur om̃e mordicatiuũ et abſterſiuũ cum fortitudine qualiacunq; ſint vlcera: et vbicunq; ſint. ¶ Et opꝫ vt in adminiſtratione obſeruentur medicinaꝝ facientiũ naſci carnem precepta p̃dicta de eo quod oportet ex ſupfluitate humiditatis: aut ſupfluitate exiccationis: fac ergo illud quod diximꝰ in capitulo vlcerum virulentoꝝ ꝛ non inquantum remanent vlcera humida aut fuerint ſicca exiccatione vehemẽti: immo quantum ad carnem que creatur cũ eſt vehementis humiditatis: aut pauce exiccationis. ¶ Et de illis que minorant exiccationem eius eſt additio in cera eius ꝛ ipſius oleo ſi eſt emplaſtrum: ꝛ de eis q̃ addunt in eiꝰ exiccatione eſt vt ingroſſetur et inſpiſſetur et minoretur eius vnctuoſitas et multitudo medicinarũ: aut addatur in eis ſicut mel. ¶ Et creatio quidem carnis in eis cum emplaſtris ꝯuenientior eſt ꝛ tardior: ꝛ cum pulueribꝰ difficilior et velocior: et quandoq; idurat caro: et eſt tũc de rectificatione vt puluerizẽtur pulueres ꝛ circũdet cũ emplaſtris ꝛ vino ꝛ ꝓprie ſtiptico. ¶ Medicamẽ bonũ ad oĩa vlcera cũ eo qđ lauat ꝛ exiccat. Nos quidẽ iam diximꝰ medicinas creatiuas carnis ĩ cap. vulneꝝ: ꝛ fortaſſe rememorabimur d̃ electoribus eaꝝ hic aliq̃d ꝛ eſt digniꝰ in hoc loco ꝛ eſt antimoniũ aduſtũ et ſarcocolla et glutinũ piſciũ et limacie aduſte et icoria aſcerebachã et plũbum aduſtũ et acorus et bereniaſif et dracontea et ciperi et ꝓprie ad ſordida: et polium eſt forte: et centaurea eſt vltimũ: et nitrũ aduſtum eſt mirabile in exiccatione eorum et ipſoꝝ ꝯſolidatione.

¶ De curatione vlcerũ corrodentiũ ſe. Cap. 8.

Canon vniuerſalis in curatione corroſiuoꝝ ꝛ fraudulentoruꝫ eſt vt mundificetur corpus ꝛ membrum ſi fuerit corpus mundum cum ventoſis ꝛ miſſione ſanguiſugarum ſuper ipſum ꝛ permutatione cõplexionis eius cũ epithimatibꝰ ꝛ rectificatiõe cibi abſq; tarditate ꝛ dilatatione: nã dilatatio in hoc eſt ex eis q̃ addũt in malitia eorum: ꝛ qñq; facit eſſe neceſſariũ ambulatio corroſiõis vt incidat membrum et cõfert corroſiuis cũ q̃bꝰ non eſt putrefactio. ¶ Embrocatio cũ aqua frigida et aqua myrti et aqua ro. ꝛ aqua virge paſtoris ꝛ vino ſtiptico ſi nõ fuerit caliditas ꝛ aceto ꝑmixto cuꝫ aqua ro. et aqua pura plurima ſi fuerit caliditas ꝛ ſimilibꝰ ex aq̃s infrigidãtibus exiccãtibus. ¶ Et ſi fuerit illic putrefactio tunc aq̃ maris ꝛ reliqua de illis q̃ dicemus in cap. putridoꝝ. ¶ Amplius melior curatio eoꝝ eſt adminiſtratio ſtipticoꝝ exiccantiũ infrigidantiuꝫ ſicut corticesgranatoꝝ ꝛ lentes et folia maſticis et ſemen roſarum ꝛ ſpina egyptiaca: ꝛ grana myrti ꝛ embroce harũ medicinarũ ꝛ cõfortent hm̃oĩ cũ alumine: ꝛ ſimilibus. Et ſimiliter ẽplaſtratio cũ folijs acetoſe ꝛ ramis eiꝰ bullitis cũ vino ꝛ emplaſtratio cũ bolo armeno ꝯfecto: aut ſirupo acetoſo: aut cucurbita ſicca aduſta aut arnogloſſa cum ſauicaut folijs oliuarum.

¶ De curatione vlcerum putridorum ꝛ malorum. Ca. 9.

HOrum malorum vlcerũ curatio melior eſt mundificatio corporis aut mẽbri ipſi⁹ ſi corp⁹ fuerit mundũ cũ eo qđ mũdificat ipſũ ſolũ ex vẽtoſis ſanguiſugis ⁊ epithimatib⁹ rectificãtib⁹ cõplexionẽ ſm qđ dixim⁹ multotiens ⁊ ſimilib⁹ ⁊ cibo. ¶ Et nõ opꝫ vt ſit dilatatio in curatiõe eorum. nam eorum putrefactio addit ipſorum malitiã ⁊ opꝫ vt prohibeãtur ab eis apata calida. ¶ Et de illis q̃ eam ſedãt eſt ſemẽ iuſquiami albi cũ ſauic: et iterũ cũ hmõi vlcera ſuperfluunt in corruptiõe fit neceſſariũ vt eleuent cũ cauterio cũ igne aut cũ medicamie acuto: aut cũ inciſiõe vt nõ remaneat niſi caro ſana cognita per bonitateꝫ ſanguinis ei⁹: aut coloris ipſi⁹ et os ſanũ albũ mundum. ¶ Et medicamẽ q̃dẽ acutũ accipit oẽm oſtracitatẽ et extrahit ipſaꝫ ⁊ ſuccurrit cõplemẽto ei⁹ cuꝫ butyro ponẽdo deſuper viceuna poſt aliã. iſta eñi licet nõ ſint fiſtule neq̃ oſtracata tñ ſunt mala fraudulẽta ⁊ fortaſſe fit neceſſariũ incidere mẽbrũ vt ſaluet ex putrefactiõe ſua. ¶ Et embroce q̃ conueniunt eis ſunt ſicut aqua maris et aque predicte in cap. fiſtularũ: ⁊ cũ ſuper iſta vlcera ⁊ alia adminiſtrãtur medicine opꝫ vt dimittant dieb⁹ aliquot ⁊ nõ ſoluãtur. ¶ Et medicine q̃s opꝫ adminiſtrare i iſtis ſunt ſicut farina ordei ⁊ farina horobi cũ aliquãtulo aluminis aut caro piſciũ ſalita ſicca cũ aliquãtulo medulle panis ⁊ ariſtologia ⁊ radix caulis ⁊ radix ſicle ⁊ radix cucumeris aſi. ⁊ ſemẽ lini cõtritũ cũ calcadis ⁊ baſce cum paſſis aut ficub⁹ cũ melle aut empl'a cũ cepa muris decocta cũ melle aut caulib⁹ aut cucurbita ſicca cõbuſta ⁊ folijs oliuarum recẽtib⁹. ¶ Cõpoſitũ. ℞. ariſto. ⁊ ſucci foliorum alhenua amborum. añ. ptẽ. i. floris eris ptẽ. ß. fiat ex eo linimẽtũ cũ aq̃ in ſpiſſitudine mellis. ⁊ fortaſſe ẽ neceſſariũ vt cõfortet cũ ſucco cucumeris aſini. ⁊ alſurie et ponant deſuper pãni ſicci. ¶ Et iterũ ariſt. ⁊ gallarũ ⁊ olei eq̃les partes: fiat ex eis linimentũ vlceri ⁊ in circuitu eius: aut calcis colcotar ptes eq̃les arſenici partẽ. ʒ. Et iterũ alſurie. ptes. xij. colcotar. x. dragãti. iiij. fiat ex eis linimentum decoquant in aceti fortis media cotilla donec cõſumat acetũ: deinde ſumat ex eis infrigidatis ⁊ poſtea liniat cũ eis vlc⁹. ¶ Et iterum ſumãtur colcotar dragãti amborum. añ. xx. corticũ ferri. xvj. gallarum perforatarum. x. aut ſumat ſalis pars. j. aluminis vſti ⁊ corticuꝫ eris abrotani vſti pars. ʒ. ¶ Empl'm bonũ ſarcocolle calcucecaumenõ ⁊ gallarum ⁊ flos eris ⁊ ariſto. aggregent cũ aliquãtulo glutini vt medicinis ſit cõglutinatio ⁊ admiſtret poſt mũdificationẽ vlceris. ¶ Medicamẽ vltimũ expertũ draganti rubei. xxiiij. calcis viue. xvj. aluminis. xvj. corticũ granatorum. xvj. thuris ⁊ gallorum amborum. añ. xxxij. cere. cxx. olei antiq̃ cotilla. i. ¶ Aliđ bonũ: plũbi vſti cũ ſulfure eris vſti ceruſe plũbi thuris merdaſengi climie ãmoniaci oppoponaci maſtic] oĩꝫ. añ. ʒ. ij. adipis renũ vacce reſine glutin] alibat olei myrtini cere oĩꝫ. añ. ʒ. iij. ſoluãt q̃ ſoluẽda ſũt i q̃titate aq̃ ⁊ cõficiãt ea q̃ diſſoluunt ⁊ q̃ terũt cõficiant. ¶ Medicamẽ cõferẽs qđ Gal. ⁊ alij aggregauerũt. ℞. ſcorie eris. ʒ. j. floris eris fricati. vnc. j. cere. lib. ß. pinguẽ lindris. ʒ. j. ß. fiat ex eis empl'm ſm deſcriptiõeꝫ ſuã ſoluãt ea q̃ ſoluũt ⁊ terant ea q̃ te

runt et addat ceram et minuat ſecundum quantitatem neceſſitatis et diligunt ut miſceatur cũ eo. ¶ Et qñ fuerit vlcera difficilis ſanatiõis adminiſtrent in eis charte combuſte et medicamen andronij et cucurbita ſicca combuſta aut lana ſordida combuſta aut emplaſtrum foliorum cupreſſi aut foliorum dulb aduſtorum.

¶ De curatione eorũ que ſunt difficilis conſolidatiõis et aliorum que ſunt in vltimo malitie. Ca. 10.

Scias quod vlcera difficilis conſolidatiõis abſolute ſunt pter corroſiua et pter putrida ſicut eſt cõe pter ppriũ. ipa eñ ambo ſunt ambulatiua et cũ iſtis qñq nõ eſt ambulatio et ſtãt ſm diſpoſitionẽ ſuã p aliqd ſpaciũ. et iſta ſunt p fiſtulas item: qñ oportet ipa ſint incedẽtia: et ad vltimũ corroſiua putrida et fiſtule ſunt ex ſumma difficilis conſolidatiõis abſq cõuerſiõe. Alie reuati vero ſunt vltia in corruptiõe in elõgatiõe et conſolidatiõe. ¶ Et canõ in curatiõe horum vlcerum eſt vt ſi cã fuerit malitia cõplexiõis rectificet: aut ſi fuerit malitia ſanguis ponat cib⁹ q generet ſanguinẽ bonũ cõtrariũ illi aut paucitas ei⁹ multiplicatio ei⁹ et dilatatio in cibo bono. Qd ſi cã fuerit mollificatio et ſordidatio tũc cura curatiõe mollis et ſordidi. ¶ Et ſi cã fuerit exiccatio ſuperflua et non fuerint fiſtule adhuc: tũc cura cum humectatiõe equali. ¶ Et de eo quod bonum eſt in illo eſt vt facias ea ſudare cũ aqua calida vſq quo ſudet mẽbrũ et rubeat et inflet: deinde abſtine et nõ cõtrãſeas illã quãtitatẽ: qñ attrahes cũ eo materiã plurimã et nocumẽtũ maximum ad mẽbrũ Et facit medicamẽ poſt illud ſit minoris exiccationis: et fortaſſe cõfert ponere pannos infuſos aqua tepida. ¶ Et qñq eſt neceſſariũ fricare vlcus et fricare mẽbrũ eius et adminiſtrare emplaſtra attractiua picea. ¶ Et ſi cauſa fuerit malitia diſpoſitiõis accidẽtis ei qd cõtinet cũ eo cum de carne: cura cũ eo qd ſciuiſti ex ſcalpellatiõe et extractiõe ſanguinis et ſuccurſu cũ exiccatiuis. ¶ Et ſi cã fuerit vitis ambulatiua icide eã: et fac currere ſanguinẽ ei⁹: aut extrahe eã: qñ multotiẽs facit qeſcere illud: et ſi fuerit repletio tunc incipe cũ flobothomia et euacuatiõe humoris ei⁹ melãcolici ſi fuerit: deinde obuia viti et fac currere ex ea ſanguinẽ quãtum tibi poſſibile eſt vt nõ accidat ex obuiatiõe tua ad inuicẽ qd eſt deteri⁹ vlcere pmo: deinde cura vulnus qd accidit ex vite poſtea vlc⁹ difficile. ¶ Et ſi cã fuerit debilitas mẽbri et illud eſt ppter malitiã cõplexionis ſuperflue elongate ab equalitate quã exiſtimam⁹ ex calore et frigore et qd ſequit cõplexiões ex raritate ſuperflua: aut ſpiſſitudine vehemẽti: et pmũ eſt vt ſeq tur caliditas et hũiditas: et ſm frigiditas et ſiccitas oportebit vt curetur faciẽs illd cũ cõtrario. ¶ Et multotiẽs qdẽ cõtingit quod cã eſt a caliditate attrahẽte materiã et mittẽte eã et ſunt neceſſaria in curatiõe eius infrigidãtia ſtiptica. ¶ Qd ſi cauſa fuerit fiſtula: tũc cura curatione fiſtule: et ſi cauſa fuerit corruptio oſſis quod ſequitur ipſum incidemus et detegemus ab oſſe. ¶ Et ſi fuerit poſſibile auferre illud quod eſt ſup ipm cum fricatione faciem⁹ et ſubtiliſſime inquiremus

et ſi nõ incidem⁹ ꝛ faciem⁹ illđ cuius expoſitio eſt in ca. corruptionis oſſis. ¶ Inq̄t Ga. Fuit adoleſcẽs habẽs fiſtulã in pectore ſuo q̄ iã ꝑuenerat ad os: qđ eſt in medio caſſi ſui. detexim⁹ ergo iã ab oſſe caſſi totũ illđ qđ ꝯtinet ipm ꝛ inuenim⁹ iã aduenisse corruptionẽ: ꝛ fuit nobis neceſſariũ incidere ipm: ꝛ fuit loc⁹ corrupt⁹ ex eo loc⁹ ſuꝑ quẽ figit ſuſpẽſoriũ cordis: poſtq̄ ergo vidim⁹ illđ ſtetim⁹ ſtatiõe vehemẽti in ablatiõe oſſis corrupti: ꝛ fuit finis nr̄ dimittere pãniculũ regẽtẽ ipm deintus ꝛ ſeruare ipm ſm ſalutẽ ſuã: ꝛ fuit illđ qđ ꝯtinuat de hoc pãniculo cũ caſſo iã putrefactũ. ¶ Iteꝝ inq̄t: ꝛ nos aſpexim⁹ ad cor aſpectu manifeſto ſicut illđ qđ vidim⁹ cũ detexim⁹ ab eo cũ volũtate cũ anathomia. ¶ Inq̄t. Sanat⁹ eſt ergo iſte adoleſcẽs ꝛ nata eſt caro in illo mẽbro qđ incidimus ex caſſo donec repletũ eſt: ꝛ cõtinuatũ eſt adinuicẽ ꝛ factum eſt ſtãs inter velamẽ cordis ꝛ velamẽ ipſum ſicut ſtetit cum eo ante illud caput capſule cordis. ¶ Inq̄t. ꝛ nõ eſt hoc maius q̄ vulnera in q̄bus reſpirat pectus: ꝛ hoc dixit ꝙ qñ putreſiũt vel veterantiquãtur: tũc de eo qđ eſt rectũ eſt vt currat ex eis ſanguis ſm quãtitatem q̄ licita eſt in eis. ¶ Medicine vero ꝑparate ad difficultatem ꝯſolidationis in dominãtibus diſpoſitionibus ſunt ſicut ſcoria eris ꝛ flos eris adustus ꝛ non adustus: ꝛ ſcoria alchefebrã: ꝛ ſcoria reliqui ferri ꝛ ꝯglutinatio auri: fiãt ex eis cerata ꝛ colcotar et dragãtum et q̄ ſunt eis ſimilia cum rebus ꝓhibẽtibus attractionẽ ad mẽbrum ſi fuerit ſicut ſunt alumẽ et galle. ¶ Et de illis q̄bus curãtur ea q̄ ſunt difficilis ꝯſolidatiõis eſt illđ qđ. ℞. climie ꝛ ꝯſolidationis auri ꝛ aluminis oĩm añ. viij. floris eris ꝛ corticum eris añ. j. gũmi cupreſſi. iiij. cere ꝛ olei alicui⁹ quantum ſcis. ¶ Et iterum ſumãtur cere gummi pin añ. vij. climie. iij. ꝛ colcotar. vj. ꝛ olei myrtini quantum ſufficit. ¶ Et iteꝝ decoquãtur colcotar ꝛ climia cuꝫ aq̄ maris: aut aq̄ acreſte: aut aq̄ in qua decocta ſunt alkali ꝛ calx decoctiõe pauca ſm cõmixtionẽ nutritiõis eoꝝ in ſole i eſtatẽ: deinde coletur ab eis ꝑter ꝙ fiat ſal deſuꝑ aq̄ maris: aut aq̄ alkali. ¶ Et iteꝝ ſumaꝛ eris vſti ꝛ reſine ꝛ ſalis gẽme oĩm añ. vnc. ij. cere olei myrtini quãtum ſufficit. ¶ Et ꝯferũt eis medicine fiſtulares qñ exiccãtur ꝛ terunt: ꝛ ex eis ſunt farine horobi ꝛ zeos: ꝛ ariſtologia aduſta ꝛ es vſtuꝫ ꝛ terra thuris: ſꝫ diuerſitatẽ quã meretur oẽ corp⁹ ex ꝯpoſitiõe. ¶ Medicamẽ bonuꝫ ſumantur limatura eris et limatura ferri et conficiantur cum aqua aluminis ꝛ argillẽtur cum argilla rubea ꝛ adurãtur in furno: deide extrahãtꝛ terãtꝛ admiſtrẽtur pulveriꝫata: aut fiat ex eis et ex merdaſengi empl̄m ¶ Mod⁹ empl̄i aurei bõi. ℞. merdaſengi aurei bõi minã vnã: cere ꝛ radicis almezeriõ. añ. auꝛ. xxxvj. floris eris auꝛ. xviij. limature auri trite limature almerdaſengi añ. auꝛ. xl. olei antiqui lib. iij. ponantur ſuper ipſum in primis merdaſengi ꝛ aurum et flos eris; deinde relique medicine. ¶ Et iterum ſumantur oſtracum furnorum ꝛ cinis venarum et plumbum combuſtum ablutum et fiat ex eis emplaſtrum cum oleo myrtino. ¶ Et oportet vt ſit illud oleuꝫ

inſpiſſatũ cum merda ſengi.⁊ bi gratia.vnc.j.⁊ ex aceti acuti triplo ipſius ⁊ olei myrtini: aut olei anetini: vnc.j.moueantur cum facilitate donec reſoluatur merda ſengi ⁊ inſpiſſet ⁊ nõ aduraẽ. ¶ Et aliere uati ꝺ eis corticeseris ⁊ flos eris ⁊ calx abluta ſine exq̃ſitiõe: fiat ex eis puluis ⁊ añ cedat ⁊ liniat ea cũ melle: ꝺcide pulueriʒet ſup ea hũc puluerẽ ꝯtritũ: eris ptes.ij.cere.x.diſſoluãtur digitis in ſole et adminiſtrẽt aut ceruſe et alumis añ.viij.corticũ eris ſalis gẽme thuris floris eris corticũ granatoꝝ oim añ.partes.ij.calcis pars.j.cere.x.olei myrtini quãtũ ſufficit. ¶ Et iteꝝ merda ſengi olei añ.lib.j.gallaꝝ nõ perforatarum ariſt añ.vnc.j.ammoniaci vnc.j.minuti thuris vnc.ij. fiat ex eis linimẽtum ſup ignẽ et moueatur cum raꝺ.canne.

¶ De curatione fiſtulaꝝ et corioꝝ que nõ ꝯglutinãtur. Ca.II.

IN fiſtulis ꝯo et eaꝝ iudicijs ⁊ ſpẽb⁹ ipaꝝ iã eſt dictũ qꝺ dictuʒ eſt. ¶ Uerũ qꝺ neceſſariũ eſt de regimine curſus vir⁹ ⁊ humiditatũ corruptaꝝ ab eis cum preparatione aut ꝑforatione iã declarauimus iterum in locis ante hunc locum. ¶ Curatio aũt ꝓpria fiſtulis diuerſificatur iterum. Fiſtule eñ aut ſunt recentes currẽtes: aut ſunt antique quaꝝ ꝯcauitates iã ꝓfundate ſunt in carne vehemẽter et iſte q̃dẽ ſunt difficilis curatiõis. nã illud qꝺ neceſſariuʒ eſt in hoc eſt acceptio illi⁹ ꝯcauitatis totius cum inciſione eradicãte ex lateribus cum nouacula: aut alijs: aut per cauteriũ cum igne: aut cũ medicamine: et illud eſt paruum et inquietum et ꝓprie qñ eſt in vicinitate nerui aut mẽbri ſublimis: ⁊ fortaſſe eger eſt decliuior ad hoc: vt remaneat illud cum eo ⁊ toleret illud q̃ꝫ vt patiatur eius curã. ¶ Et fortaſſe eſt poſſibile vt exiccetur et corrodatur eius caro vnctuoſa fraudulenta intra ipſam et exiccetur reſiduum carnis eius mortue et ꝯſolidetur ⁊ remaneat quieta ſpacio longo preter ꝙ ſit adhuc cõſolidata integre. ¶ Et qui vult illud opꝫ vt mũdificet fiſtulã a carne fraudulẽta vnctuoſa que eſt in ea: deinde impleat eã medicinis exiccatiuis et dimittat eã cum diſpoſitione exiccationis eius: qñ ipa remanet dum nõ cadit timor in repletione aut humiditate ꝯplexiõis aut aduentu aque: aut ſitu iacendi ſuper eam doloroſo: aut offenſione: aut ꝟberatiõe: aut tuſſi: aut tremore. ¶ De curatiõe ꝯo eradicationis ei⁹ et ipi⁹ euulſiõis ſcias ꝙ cũ ipa eſt fraudulẽta putrida antiqua nõ eſt medicamẽ niſi abſciſſio cum aduſtiõe: aut cauteriʒare eã igne ſm ꝙ oſtẽdimus cum perforatione meatus tortuoſi inter meatus eius vt ſciatur intentio cauterij et penetratio cum cautela intentionis eius donec coquat vel cauteriʒet et abſcindatur. ¶ Et cauterium cum medicinis acutis eſt ſicut ſunt ſal ammoniacum et arſenicum et ſulfur et flos eris et argẽtum viuum eſt de ſumma eorum extingaẽ arg.viuũ ⁊ miſceaẽ cũ tãto limature ferri q̃tũ ipi ẽ ⁊ alkali q̃tũ eſt ei⁹ medietas ⁊ calcis q̃tũ eſt ei⁹ medietas ⁊ ſublimeẽ i aluchel aut ꝑfoceẽ in kimina ſm ꝙ ſciunt q̃ occupati ſunt cũ hoc ca. et ſublimetur ſicut ſal. Cũ ergo ponitẽ ex eo ſup fiſtulã inflãmatur ⁊ aſſaẽ ⁊ ſe

parat a carne qđ recipit cũ forcipib⁹ extrahatur. ¶ Et aſſiduetur cibatio inebri ex butyro vna hora poſt aliã vt quieſcat dolor: deinde curet curatiõe vlcex. ¶ De fiſtulis xo q̃ eſt recẽs currẽs opʒ vt abluatur cũ medicinis fortibus ſicut kitrã z aq̃ cinerum: z aq̃ maris z ſicut ſalſa z aqua ſaponis permixtis cum ea arſenico z ſale ammoniaco z aqua ſublimata et calcucecaumenon z ſale ammoniaco ſicco z ex ſanſuco nõ currẽte z aqua in qua decoquũtur alcbali et calx corticũ ouox z calx. Cũ ergo mũdificata fuerit: ponat ſup eam medicamẽ de cberua. ¶ Et emplaſtrũ de arſenico reiterato in medicinis algarab eſt mirabilis iuuamẽti. ¶ Et medicamẽ Sal. alcartuſin: z medicine cõpoſite ex dragagãto et calcodis z ereviſtor flore eris z q̃ ſunt ſil'ia il lis z ex cẽtaurea et farina borobi et yreos et ſuructas. ¶ Et iã experta eſt radix ſcolopendrie: nã ipſa cũ fiſtula impletur ex ea ſanat ipaʒ ¶ Et ſimiliter cũ fiſtula impletur ex elleboro iterũ z dimittit trib⁹ diebus ſanat ipam: et ſimiliter alſenij: z ſimiliter ſucc⁹ cucumeris agreſtis cũ glutino albotin: aut ſucc⁹ radicis almaroth: aut floseris: aut ammoniacũ z calcadis et dragantum et colcotar et gummi cũ aceto ¶ Aut ſumatur vrina infantiũ z ſine ceſſatiõe terat in mortario plũbeo donec inſpiſſetur z exiccet et adminiſtretur. ¶ Medicamen quo vtunt illi de alexandria: oppoponaci dragãti aſſari et colcotar et floris eris et aluminis omniũ añ. pars. j. cantaridax pars. v. fiat puluis aut emplaſtrum: aut aggregetur cum aceto in quo decocte ſunt cantarides: et fortaſſe ponitur cum eo mel. ¶ Et iterum ſumantur aloes et flos eris et merda ſengi et cortices ouorum calcinati quod eſt eis fortius plurimum et ꝯmiſceãtur. ¶ Et iterũ medicine fortes quas diximus in ca. eox que ſunt difficilis ꝯſolidatiõis. ¶ Et cũ apparet caro bona: adminiſtra ꝯglutinãtia faciẽtia naſci carnẽ: z quãdo eſt ꝑpe eã os corruptum: tũc opʒ vt rectificet et curetur curatiõe ſua: et cum vides humiditates virulentas minorari aut ſanioſas redire: tunc iam curatio confert.

¶ De carne addita ſuper vulnera. Ca. 12.

IN curatiõe illius ſunt neceſſarie medicine abſterſiue et exiccatiue: et quãto magis ſunt minoris mordicationis tãto ſunt meliores. ¶ Et oportet vt non expectetur hic de adiutorio nature quod expectatur in naſcentia carnis: naſcentia enim carnis eſt opus nature: z omne quod natura naſci nõ facit ſiue ſit cũ adiutorio medicine aut abſq; eius auxilio eſt ꝯtrarium operationi nature: propter illđ igit opʒ vt ſit plurimũ ſuſtẽtationis ſup medicinã. ¶ Et ſcias ꝙ trociſci facti ad hoc non ꝯferunt illi qđ ex ea antiquum eſt: immo recenti. Quod ſi ex eis fuerit aliquid neceſſarium: tunc oportebit vt in faciendo trociſcos ſit ꝯſeruatio: et reponãtur in loco quem non corrũpat aer: et iã laudate ſunt ad hoc feces aceti: ſed illud non eſt apud me penitus ſanum: et facere eos trociſcos et formas ſimiles auellanis eſt magis conſeruãs virtutem. ¶ Quod vero dicitur ꝙ ipſa in

diget vt imbibatur aq̄ calida de arſenico ⁊ alijs eſt illō qō ꝑparat eā ad reſolutionē virtutis:⁊ adiuuat aerem corrumpētē eam. ¶ Et medicamē q̄dē quod eſt groſſius ⁊ fixioris virtutis eſt magis iuuatiuū in hoc capitulo nō ex parte virtutis quoniā fortaſſe ſubtile eſt forti⁹:ſed ꝓpterea ꝙ paſſio ei⁹ ex aere ⁊ humorib⁹ ꝯmixtis ē minor ⁊ fixio ei⁹ cū diſpoſitiōe ſua eſt maior. ¶ Et iſte medicine ſunt ſicut cortices eris et oſtraca aduſta ⁊ due ſpecies eritiorum aduſtorum cum carnibus ſuis verum eritij remanent et conſtringunt carnem pluſquam oporteat. ¶ Et fortius de illis que numerauimus eſt flos lapidis nominati eſie:⁊ fortius eo eſt ſcorie et glutinum auri ⁊ colcotar:⁊ dragātū aduſtio minorat virtutem eorum:⁊ eſt mordicationis ſimilis:⁊ addit eorū ſubtiliationē:⁊ flos eris eſt fortis ⁊ nō eſt ſicut ziniar ⁊ ꝓprie factū ex corticib⁹ eris. ¶ Et ex eis q̄ corrodūt carnē additā eſt vt ſumanť alkali ⁊ calx:nō extincta ⁊ dimittātur in ſexcuplo ſui aq̄ in ſole ſeptē dieb⁹ ⁊ moueanť oī hora donec ingroſſenť ⁊ fiant ſicut lutū:⁊ fiāt ex eis trociſci ⁊ adminiſtrētur:et ſil'r trociſcus fiet lic⁹. ¶ Et vnguentū viride eſt mirabile ⁊ viride factū cuȝ ſale gēma:⁊ vnguētum qō noīať aleſcorexerin corrodit carneȝ ſine mordicatiōe ⁊ medicamē dudume ⁊ medicamē dianor:⁊ medicamē factū ex corticib⁹ eris ⁊ minuti thuris ꝯueniēs carni male:⁊ accipit hūiditatē ſicut cottū:⁊ oēs medicīe fctē ad hoc vt mittanť in naſuȝ.

## ¶ De regimine vlcerū diſruptoꝝ poſt ꝯſolidationē. Cap. 13.

Curatio poſt eorū diſruptionē eſt vt accipiať caro mala:⁊ os q̄dem ſequitur eam:deinde occuperis in deſiccatione eius ſecūdum quod ſcis. ¶ Et extrahentia oſſa fortaſſe ſunt cum medicinis attractiuis ſicut ſunt folia papaueris nigri emplaſtrata cum folijs fici ⁊ ſauich:aut ſemen iuſquiani albi et calcadis equalibus partibus emplaſtrata.

## ¶ De eradicatiōe veſtigiorū vlcerū ⁊ vulnerū. Cap. 14.

Indiget eradicatio veſtigioꝝ vlcerū ⁊ vulnerū medicinis abſterſiuis fortis abſterſiōis mūdificatiuis ⁊ ſint ꝟtutes earū ꝓprie ꝟtuti ei⁹ qō abſtergūt:ꝗ cureť forte cū forti:⁊ qō eſt min⁹ eo cū eo qō eſt min⁹ eo. ¶ Medicine aūt mūdificatiue fortiū virtutū ſunt ꝟbi grā. vt ſumať ſquama ferri cū lacca:⁊ trifera ⁊ liniať deſuꝑ calx et mel aut ſucc⁹ calamenti ⁊ albugo oui ⁊ arſenicum ⁊ lapis pipis. ¶ Medicine aūt leues lenibus ſunt ſicut fabe et farina ciceris et ſemen raphani et lutum molle rarum ⁊ cortices melonis. Et adeps aſini eſt bona valde ⁊ ꝓprie qn̄ aſſocianť ei q̄dā ꝑdicta. ¶ Veſtigia aūt vlceratiōis aut ꝟberatiōis abſterſio cū oleo de lilio delet velociter. ¶ Ampli⁹ trociſci quos ego dicā in capitulo decorationis.

# ¶ Tractatus Quartus de ſolutione ꝯtinuitatis neruorum et quod non pendet cum reſtauratione de ſo-

lutione continuitatis neruorum.

## ¶ De vulnerib⁹ neruorum ꝛ que currũt curſu eorum. Cap. primum.

NEruis ꝑꝑ vehemẽtiã ſenſus eorũ ꝛ ꝯtinuitatẽ ſuã cũ cerebro accidũt ex vulnerib⁹ dolores vehemẽtes valde ꝛ leſiones valde magne ſicut ſpaſm⁹: ꝛ ꝑmixtio rõnis: ꝛ multotiẽs ꝑducũt ad ſpaſmũ abſq; anteceſſiõe leſiõis praue: ꝛ nõ fit ĩ eis excuſatio q̃n illic ſit apoſtema magnũ abſq; dolore magno: ꝛ faciliores eo꞉ diſpoſitiões ſunt febres: ꝛ apoſtemata multa apparẽt in alijs locis q̃ in vulneribus: ꝛ ſitis: ꝛ vigilie ꝛ deſiccatio lingue ꝛ ꝓprie q̃n accidit illic apoſtema. ¶ Et ſilr̃ eſt diſpoſitio vulnerũ chordarũ lacerto꞉ ꝛ ꝓprie in latere capitis earũ. ¶ Et q̃n apoſtemant nerui ꝛ que ſunt eis ſimilia aut aduenit eis frigus ſpaſmãtur: et ſi aduenit eis putrefactio corrũpitur mẽbrũ et augmẽtat. ¶ Et putrefactio q̃dẽ feſtinat ad eos q̃m ipſi ſunt creati ex humiditate quã ꝯgelauit et coagulauit frig⁹ et ad hmõi q̃dẽ ꝑperat putrefactio ex humiditate et ex caliditate humida et decoquit in eo. ¶ Et ſilr̃ aq̃ q̃dẽ frigide nocent ex parte ſpaſmi et calide ex hoc q̃ putrefaciũt: et ſimiliter oleũ: verũ oleũ q̃n q̃ eſt neceſſariũ. ſ. illud qḋ eſt calefactũ ꝓpter neceſſitatẽ ſedãdi dolorẽ. aut ꝓpter ſubtiliãdas medicinas et facere eas currere ꝛ ſunt medicine reſiſtentes q̃litati humectãti: ꝛ pũgentes ſole q̃nq; ꝓficiũt hãc opationẽ. ¶ Et q̃nq; q̃ ex eis vulnerat⁹ eſt apoſtemat etiã: ꝛ eſt ei⁹ opatio tardior: ꝛ ſimiliter ei⁹ maturatio et curationis ſuſceptio eſt tardior. ¶ Et q̃nq; vlcerant nerui ꝛ ſunt vlcera tardioris ꝯſolidatiõis ꝛ tardioris maturatiõis. ¶ Et oẽ vuln⁹ qḋ fit in neruis aut eſt punctura aut ſciſſio. Et fiſſura q̃dem aut fit cũ detectiõe nerui aut ſine ei⁹ detectiõe. ¶ Et illḋ q̃dẽ aut fit ĩ lõgitudine: aut latitudine: et vulnera q̃dẽ cadẽtia ſm̃ lõgitudinẽ in neruis ſaluiora ſunt cadẽtib⁹ in latitudine: ꝛ vill⁹ eĩn ſan⁹ ledit ex vicinitate ĩciſi ꝛ nocet ꝑ ipſũ ꝛ nocet cerebro: ꝛ facit accidere ſpaſmũ ꝛ egritudines magnas ¶ Et fit iterũ multotiẽs neceſſariũ tũc abſcidere vulneratũ ꝛ pũctũ cũ totalitate: ꝛ ꝑuenit ex eo q̃es ꝛ ſeparãt accidẽtia mala. ¶ Et vulnera q̃dẽ in pãniculis ſunt leuiora eis q̃ ſunt in chordis nedũ eis q̃ ſunt in neruis: ꝛ tu q̃dẽ ſcis pãniculũ cũ teſtimonio: ꝛ fortaſſe ſciuiſti eũ ex anathomia. ¶ Et ſi pãnicul⁹ apoſtemat nõ videt in eo ĩceſſus villo꞉ in lõgitudine: ꝛ in chorda pãniculari videt ĩceſſ⁹ pãniculorũ in longitudine: ꝛ chorda eſt dura valde et nõ eſt pãnicularis in ei⁹ duritie: ꝛ pannicul⁹ ſuffert ſuturã. ¶ Et in vulnerib⁹ ꝛ diſruptiõib⁹ que aduenĩũt ligamentis naſcentibus ex oſſe ad os nõ eſt malum ꝛ ſufferunt vehementiorem curam: ꝛ nõ timet ex abſciſſione neruorũ illud qḋ timetur de eorum conquaſſatione: ꝛ de inciſione partis eo꞉ in latitudine q̃uis membrum contrahatur.

¶ De canone curationis ſolutiōis ꝯtinuitatis neruoꝝ. Cap. 2.

Medicamen vulnerū neruorū eſt illud qđ eſt calidū ſiccū ſubtilium partiū equalis caliditatis: ita vt nō mordicet ⁊ ſit eius exiccatio vehemēs valde cū attractiōe nō cum ſtipticitate omnino. ¶ Et oē in quo eſt caliditas ſubtilis cū exiccatiōe vehemēti ſubtilis ſubſtātie nō euacuaꝛ ab attractiōe. ¶ Et caueaꝛ ſtipticū in eis ⁊ ꝓprie in principio rei niſi ſit cū abſterſiōe ſicut es vſtū ⁊ ſcoria eris: ⁊ qđ eſt hui⁹ generis ſubſtātie: ſubtilia ipm cum trituratiōe in aceto in quo nō eſt ſtipticitas: ⁊ qñqꝫ timeꝛ ex aceto ⁊ ſubtiliatiōe eius ꝓceſſio caliditatis ſubtilis in re ſpiſſa: et ſi neceſſaria eſt fortis caliditas: qñqꝫ tūc neceſſaria eſt vt nō ſit profundās tm̄: ſꝫ vt frāgatur et declinetur cū ea ex eo qđ ei admiſceatur ad q̄litatē vt calefaciat cū mēſura ⁊ excitet cū fortitudine. ¶ Et ſi fuerit neru⁹ detect⁹ nō ſufficit aliq̄d cui ſit acuitas oīno ⁊ eſt nocumētū illi⁹ cū eo magnū: ⁊ ſilr ſi inuenerit medicamē aut pannū qđ adminiſtratur ſup vuln⁹ cui obuiat dum eſt frigidum actu: tunc leſio nerui ab eo eſt vehemens. ¶ Et quando accidūt vulnera in neruis: tūc nō opꝫ vt ꝓperēt ad incarnationē ſꝫ qđ opꝫ vt incipiaꝛ a ſedatiōe doloris vaporādo cū pānis calidis ⁊ cū oleis calidis: ⁊ cū oleo omphacino ꝓprie qm̄ in ipſo eſt ſtipticitas q̄dā ⁊ cū adipib⁹ iteꝝ: ⁊ ſit eoꝝ calefactio ſupra tepidū propter frigida: et ſilr ſit tua intētio in ſedatiōe apātis. ¶ Et de illis q̄ adminiſtrātur etiā tunc ſūt emplaſtra facta cū ſirupo acetoſo ⁊ cū aqua cineris. ¶ Et ex cibis ⁊ potib⁹ ſicut farina fabarū ⁊ hordei et ciceris ⁊ lupini amari et ſauic ordei et aliis: imo iſta iteꝝ adminiſtrātur āteqꝫ apoſtemētur: et qñqꝫ ꝯfert adminiſtrare illđ qđ ē leue. ¶ Cū ergo fit in eis illđ et accidit ſecuritas ex ſupfluitatib⁹ q̄ effūdūt per illud qđ adminiſtratur de flobothōia ⁊ euacuatiōe: tūc incarna: ⁊ nō ſedes dolorē eoꝝ cū aq̄ calida oīno: imo cū oleo ſubtiliū partiuꝫ in quo nō eſt ſtipticitas calida vſqꝫ ad terminuꝫ nō ſupfluū calidū ei ſupflue et frigidū nō ꝯueniūt ei. ¶ Et multotiēs q̄ d ēꝯtigit ꝙ vuln⁹ iā appropinquat ſanitati et nocet ei frig⁹ et fit vehemēs dolor ⁊ redit leſio: quare fit neceſſariū vt ſuccurratur ſtati cūꝫ ſedatiōe ⁊ cuꝫ oleis calefactis embrocādo cū eis. ¶ Qđ ſi neru⁹ ille fuerit diſcooꝑtus ⁊ fuerit inciſio in longitudine: tūc ſtude vt cooperias ipꝫ carne ⁊ pone ſup ipm medicinas pūgitiuas quas dixim⁹. Et ſtrige ipm cū pannis lōgis ſtrictura colligente ⁊ aggregāte ſemp rem magnā loci ſani. ¶ Si aūt diſrūpaꝛ in latitudine tunc neceſſariū ē ſuere ipꝫ ⁊ ſi non nō ꝯglutinaꝛ. ¶ Et ſi qñ properat res et times putrefactionē ſuccurre quātum tibi eſt poſſibile. ¶ Qđ ſi apemeꝛ ⁊ aduėniat frig⁹: ꝓueniet ei ſpaſm⁹: et putrefactio ꝯtrahit mēbꝛū: quapropter nō opꝫ vt incarneꝛ caput vulneris neqꝫ colligaꝛ niſi poſt ſanitatē. ¶ Cū ergo eſt in eo ſtrictura amplieꝛ: qm̄ illđ perducit ad putrefactionē vulneꝝ per illđ qđ aggregaꝛ in eis de viru et aliis: et cū hoc dolor fit vehemēs quare nō opꝫ vt incarneꝛ oīno niſi poſtqꝫ exiccaꝛ

exiccatione decenti: et ſecuritas fit ex omni a parte et putrefactiõe. Et propter illud oportet vt ſoluatur ſtrictura ſuper medicamẽ vt feſtinetur ex alio. Et fortaſſe ſoluit in die: aut in nocte bis: aut ter. Et fortaſſe eſt neceſſariũ vt facias illud iterũ in nocte illi⁹ diei: aut die illi⁹ noctis ſi fuerit in longitudine: ꝛ proprie qñ illic eſt mordicatio⁹. Qđ ſi nõ fuerit: tũc neceſſitas illi⁹ erit minor ꝛ ſufficiet bis facere illud mane et veſpere. ¶ Et opꝫ vt obſerues in medicinis eorũ ne calefaciant vltra ꝙ ſit neceſſe: neqꝫ abbreuiet in calefactiõe neceſſaria: et ſiſr in abſterſiõe et exiccatiõe et in ɔtrario vtriuſqꝫ. Cũ ergo videris qđ iã calefactũ eſt: tũc infrigida ipm.ſ.mẽbrũ cũ mẽſura q̃ minuat additionẽ ab eo qđ eſt neceſſariũ. ¶ Et qñqꝫ experiũtur cerata facta cũ euforbio ſup crus hominis ſam ſimilis infirmo in ɔplexione ſua ꝛ ipſius forma: et ɔſideratur an ſuperfluant in calefactione eius: an non calefaciãt ipm in aliquo de quo ſit curãdũ: aut calefaciãt ipm calefactiõe tp̃ata: ꝛ tũc ſm illã quãtitatẽ: poſtea adminiſtrãtur ſup infirmum: et experiũtur ſup ipm ſcđo. verꝫ vt experiãtur ſup aliũ de illis q̃ ſimilant ei in primis eſt melius vt nõ ſit neceſſaria in experiẽtia eoꝝ ſup ipꝫ alteratio plurima. ¶ Et cũ hoc toto cũ neru⁹ eſt diſcoopt⁹ et vuln⁹ amplũ valde: nõ ſuffert aliq̃d valde calidũ ſicut euforbiũ ꝛ ſulfur et eis ſimilia: imo indiget medicamine qđ eſt ſicut tutia ꝛ iteꝝ medicamine facto ex calce abluta ablutiõe vltima in hora vna. ¶ Et opꝫ vt ſit oleum qđ adminiſtratur in ceratis ei⁹ ꝛ ei⁹ linimentis ſicut oleũ ro. et myrtinũ qđ non tetigit ſal et glutinũ iteꝝ qñ adminiſtrat in iſtis medicinis opꝫ vt ſit ablutũ: ꝛ mel iterũ opꝫ vt ſit ablutũ et tutia opꝫ vt ſit abluta: ꝛ non oportet omnino vt ſit in eis de acuitate et mordicatione. Et ſi fuerit in eis ſtipticitas parua in curatione diſcooperti licet cum virtute reſoluẽte ſine mordicatione: ꝛ proprie quãdo infirmus eſt debilis ɔplexiõis. ¶ Mẽbra itaqꝫ digniora elõgari a frigido ꝛ aquoſitate et vẽtoſitate vel vnctuoſitate ꝛ eis ſiſib⁹ ſunt cũ ſunt diſcooperta: nõ eñi eſt eoꝝ nocumentũ in diſcooperto cui obuiat et qđ ledũt: ſicut eſt eoꝝ nocumentũ in eo cui nõ obuiat niſi parum et nõ obuiat niſi ei qđ ɔtinet ipm: ꝛ ipſum ſequit: ꝛ ſi nõ fuerit excuſatio tũc ſm ꝙ diximus. ¶ Qđ ſi fuerit illic virt⁹ aliqua in creatiõe: nõ erit malum ſi adminiſtres trociſcos de colcotar ꝛ trociſcos andronij ꝛ praſſiũ cũ vino cocto aut cũ oleo. in hyeme quidẽ cũ oleo ſubtili: ſꝫ in eſtate cũ oleo roſ. ꝛ thus et glutinũ albotin ꝛ albexard cũ quãtitate minore ꝙ de medicinis diſcooperti. ¶ Et de eo qđ rectũ eſt qualiacũqꝫ ſint vulnera eſt vt ponat ſuper medicamen methabazalenis infuſus in oleo: ꝛ ſicut neruus diſcoopertus eſt dignior alijs neruis vt alleuiatio fiat in eo: ſimiliter ligamẽta q̃ naſcũtur inter oſſa ſunt figura ꝛ dignioꝝ vt operetur ſup ea cũ medicamine forti. Ligamẽta aũt q̃ cõtinuãtur cum lacertis ſunt inter vtraſqꝫ res.

¶ Et de vulneribus a quibus neceſſe eſt magis elongare aquam eſt

vulnus nerui: ꝛ ſilr frig⁹ q̄uis minoꝛ ē: tñ eſt de rebus nocibilioꝛi⁊bus ei: ꝛ oleū iterū noceт: ꝛ nō eſt neceſſariū niſi apō ſedatione dolorís calidū. Et non opꝫ vt abluat vuln⁹ neq̄ cuꝫ aq̄: neq̄ cuꝫ oleo immo ſollicitus ſis vt abſtergas humiditatē cuꝫ pānis aut lana in fine lenitatis neq̄ etiā cum vino cocto niſi ſis ſecur⁹ a nocumēto humiditatis ei⁹. Et qñ exigit aliq̄ egritudinū vt ſup ipſaꝫ ponat: ꝛ ꝓprie ſup illō qō eſt diſcoopertum oleūꝫ: tūc opꝫ vt trāſeat ſup ipſum in primis vinuꝫ coctuꝫ: deinde oleum. ¶ Inquit Gal. Accidit cuidā hoi punctura cum ferro minuti capitis ꝛ diſrupta ē cutis ꝛ ↄtinuata ē quibuſdā neruis man⁹ ei⁹: medic⁹ ergo poſuit emplaſtrum qō iā expert⁹ fuerat in incarnatiōe vulnerū magnoꝝ in carne: quare apatus eſt loc⁹. Et poſtq̄ apat⁹ fuit: poſuit deſup medicinas mollificātes ſicut emplaſtruꝫ de farina tritici ꝛ aq̄ ꝛ oleo q̄re putrefacta eſt man⁹ hois ꝛ moꝛtu⁹ eſt. Et qñ accidit ſpaſm⁹ ex vlcerib⁹ in eis tūc de eo qō neceſſariū ē ſi iā ſtricta fuerit ſciſſura cutis eſt vt aperiatur ꝛ adminiſtrētur medicine ↄferētes illis vlceribus exiccātes ea ſubtiles valde. Et vt ſit ſollicitudo in hoc vt ꝑueniat ad ꝓfundū Et qñ eſt vulneris diſruptio ꝛ pūctura ꝛ nō eſt apa: tūc curatio eſt curatio localis. Et opꝫ vt ſit foꝛtioꝛis caliditatis ꝛ foꝛtioꝛis exiccationis q̄ꝫ illō qō adminiſtratur ſup ſciſſurā qm̄ illō penetrat ad egritudinē facilius. Et opꝫ vt ſit regimē vulnerati in neruis ſubtile: ꝛ vt ſit in vltimo ſubtiliationis. Et cum doloꝛ facit accidere apoſtema tunc neceſſariū eſt dare cibum ꝛ ꝓpꝛie quādo vulnera ſunt in latitudine: nam neceſſaria eſt flobothomia vene ſine ſollicitudine ꝛ ſine timoꝛe ſincopis: verbi gratia: ꝛ opꝫ vt ſit ſtratus eius humidus. Et obſerues mēbꝛa pꝛopinqua vulnerib⁹ cū inunctione ꝛ ſimiliter caput eius ꝛ collum ꝛ ſub aſcellas ipſius cum inunctione ſi fuerit vulnus in ſuperioꝛibus: ꝛ ſilr pectinē ꝛ inguina: ꝛ ꝓpꝛie ſi fuerit vuln⁹ in inferioꝛibus ꝛ partibus cruris.

¶ De medicinis vulnerū neruoꝝ ꝛ vlcerū ipſoꝛum. Ca. 3.

Glutinum albotin eſt de melioꝛibus medicinis vulnerū neruorum: verum illis q̄ ſunt ſicut infantes ꝛ mulieres ꝛ cui⁹ ↄplexio eſt vehemētis humiditatis ſufficit qō eſt ſicut glutinū albotin ſoluꝫ pulueriꝫatum cū pauco oleo qō ipſum leniat ꝛ viſcoſum faciat ſi fuerit ſiccū ꝛ reſina loco eius. In illo autem cuius ↄplexio eſt ſiccioꝛ ꝛ caro durioꝛ: opꝫ vt miſceatur cū eo eufoꝛbiū ꝛ quod eſt ei ſimile aut vetus aut recens aut parum aut multum ſm complexionē coꝛpoꝛis ꝛ eius calefactionem. Et ſit ſumma eius quod datur de foꝛti recēti. xij. pars kerat: aut de glutino albotin aut ei ſili iſit tertia ꝑs kerat aut ei⁹ cum quo miſcetur. Et quandoq̄ admiſcetur ei pꝛeter eufoꝛbium de lacte titimali qm̄ eſt mirabile: ꝛ de aſſa ꝛ de ſerapino et de oppoponaco: et quod eſt debilius. ſ. baurach ꝛ ſpuma eius: ꝛ ſulfur calefactū cū oleo ſm q̄ntitatē ſoꝛditiei balnei: ꝛ flos lapidis aſſ⁹: ꝛ omne attractiuū humiditatū ad exterioꝛa ꝛ dꝛagantum iterū: et

cinis purgationis eris ⁊ ꝯglutinatio auri. Et fortaſſe non reperit in principijs vulnerum neruoꝝ niſi fermentũ ⁊ adminiſtratur ⁊ confert eis: ⁊ attrabit ex profundo attractione bona. ¶ Et multotiẽs iuuatur cũ sorditie vaſorũ apũ cũ non eſt preſens euforbiũ: aut farina lolij cum aqua cineris emplaſtrata: ⁊ adminiſtratio glutini albotin eſt melior rescũ qua incipitur: ⁊ poſt ipſum ſicut emplaſtrũ basilicon ꝯfortatũ cũ eo cum quo opꝫ vt ꝯfortetur de illis q̃ dicta ſunt Et fortaſſe permiſcet cũ ceratis ⁊ calefacit ea: ⁊ opꝫ vt ſit ablutum. Et quod eo melius eſt: eſt illđ qđ eſt ablutũ cũ aqua marisin ſole calido ⁊ quãto plus abluitur: ſit magisiuuatiuũ. Et de medicinis bonis eſt medicamẽ Gal.cõpoſitũ ex cera ⁊ euforbio ⁊ pice ⁊ oleo groſſo ⁊ de vnoquoqꝫ ſit parsmedia: ⁊ de oleo pars vna: ⁊ oleũ balſami cũ ſubtilitate ſua non eſt multe calefactionis: dico ꝓpter velocitatem ſue reſolutionis. ¶ Et cũ vulnera fuerit gauziratũ aut pũctura ⁊ nõ aſſociat eis apa neqꝫ putrefactio: tũc opꝫ vt adminiſtret emplaſtrũ cũ euforbio aut fimo colũbino ponat i corpore ſubtiliore euforbium ⁊ i ſpiſſiore fimus colũbinus: ⁊ adde ⁊ minue ſm qđ vides de diſpoſitione corporis ⁊ eius forma: ⁊ dilata ſi ſunt ſtricta. Et ſcias ꝙ medicamẽ qđ neceſſariũ eſt in gauzi neceſſariũ eſt vt ſit forti⁹ eo quod eſt neceſſariũ in ſciſſione. ¶ Et cũ accidit in vulneribus putrefactio tũc ſerapinũ eſt bonũ ⁊ farina borobi veꝝ cũ accidũt apata: tũc farina ordei ⁊ farina fabarũ ⁊ farina borobi iteꝝ q̃ iaꝫ decocte ſunt cum aqua cineris aut aqua pura in qua ſit virtus ſerapini. ¶ Et cũ vides vulnera ad ſanitatem peruenire non timeas tũc adminiſtrare deſuper vinũ coctuꝫ: opꝫ ergo vt adminiſtresmedicinas infuſas in eo: deinde calefac ipſum: ⁊ accipe ipſum cũ pannis infuſis ⁊ ſtringe deſuper.

¶ De apoſtematibus que accidũt neruis vulneratis. Ca.4.

Iam ſcit ex eis q̃ premiſimus ⁊ ſcire fecimusex canone curationis neruoꝝ quis ſit mod⁹ curatiõis apatũ: q̃ accidũt eis cuꝫ vulnerant: ⁊ opꝫ vt iterem⁹ illđ explanãdo. Dico ergo illđ qđ Gal. dixit in libro catagenis. ¶ Inquit. Cũ accidit in vulnerib⁹ neruoꝝ ⁊ mẽbroꝝneruoſorum flegmõ: ⁊ flegmõ eſt fortis inflamãs valde: tũc opꝫ vt adminiſtrẽtur in curatione ei⁹ medicine facte cũ aceto ⁊ lapidib⁹ mineralib⁹ quas dixit: ⁊ plurimũ eoꝝ eſt in tractatu ſecundo catagenis: quaꝝ vna hec eſt. ℞.calcadis.ʒ.ſ. ⁊ quartã: ⁊ dragan ti.ʒ.ix. ⁊.ʒ ⁊ quartã ⁊ ſcorie plũbi.℥.ij.⁊.ʒ.ij.ʒ ⁊ corticũ thuris.℥.ſ.ʒ. bezard.℥.ſ. ⁊ cere.℥.vij. ⁊ olei.℥.ix. ⁊ aceti fortis lib.ij. ⁊ quartam: terãtur medicine ſicce ⁊ infundant cũ aceto.x.diebus ⁊ ſoluantur ea q̃ ſoluunt ⁊ infrigidẽtur: ⁊ miſceant oĩa in olla ⁊ miſceant motu exquiſitiſſimo donec equẽtur: et opꝫ vt diſtillet ſuper membrũ infirmũ ex oleo bis ãt ter in die. Et cũ ponitur hoc medicamẽ deſuꝑ opꝫ vt ponat ſuꝑ ipſum deforis lana iã infuſa in aceto ⁊ oleo calefactis equali caliditate. Nam non eſt aliquid nocibilius omnino neruis infir-

inis neq; deterius ſuper eos q̄ illud qḋ eſt frigidum. Qḋ ſi neceſſariū ſit emplaſtrare iſta membra in diſpoſitione emplaſtro facto cū aceto ⁊ melle ⁊ cinere: tūc oportet vt emplaſtrum ſit coctū: ⁊ vt ſit farina eius farina borobi. Si autē non fuerit tibi preſens tunc adminiſtra farinam fabarum aut ordei.

❡ De attritione neruorū ⁊ eorum torſione. Ca. 5.

Cum neruis aduenit attritio tūc ſi nō fuerint cū eo vulnera neq; apa̅ta ad hoc curet̄ cū eo qḋ ſedat dolorē: ⁊ ſil'r quando accidit apa̅ tūc nō cures ipſum cū eo qḋ rūpit ſicut aqua cineris et ſimilia: immo cura ipſum cū ſedātibus dolorē. Et ſil'r op; vt embrocetur membrū cū oleo calefacto embrocatiōe ꝯtinua: ⁊ ſint in virtute illius olei mollificatio ⁊ reſolutio. Et de oleis bonis in hoc eſt anetinū ⁊ oleū de alacboen ⁊ oleū de ruta: et ſil'r emplaſtra ꝯuenientia ad illud. Et ſimiliter maluauiſc⁹ eſt mirabilis cū terit̄ ⁊ ponitur ſuper neruos tritos. Et caro vereneriarum eſt mirabilis: ⁊ fortaſſe curat̄ cū cepa bis cocta. Quod ſi fuerit illic apa̅ tunc regimē in ſedatione apa̅tis eius eſt vt adminiſtret̄ deſuper ꝯgelatū vue cum vino ⁊ pauco aceto ⁊ oleo cū quātitate ꝯueniente; ⁊ calefiat cum equalitate et ſubmergatur lana ſordida ⁊ ꝓprie lana yſopi: et ponatur deſuper: et ſi fuerit hec leſio in iuncturis tūc illic eſt meli⁹ vt ſedetur dolor: ⁊ ponat̄ medicamē forti⁹: et ꝯpoſitū cū eo qḋ maturat et reſoluit ſed cū ſtipticitate tēperata: ⁊ opponat̄ ꝑ id apa̅ti et non addat in eo: ⁊ ꝯſidera in dolore et apa̅te: et intēde ad id ex eis qḋ ē vehemētioris intētionis: et qn̄ nō eſt dolor tunc ꝓfora et adminiſtra id qḋ eſt forte ſicut aq̄ cineris et acetū et vinū item. Et qn̄ apa̅ iā prolōgatū eſt tūc ꝯforta medicamē factū cū aqua cineris ⁊ quod ſit cū forditie balnei. Quod ſi fuerint illic in cute vulnera: etiam tunc neceſſaria ſunt illa in quibus ſunt exiccatio fortis ⁊ aggregatio et ſtrictura q̄b⁹ colligātur ꝑtes ſicut farina fabarū et acetum et mel et ē medicamē bonū. Et ſi vis vt ſit fortioris exiccatiōis pone in eo farinā borobi: et ſi adeſt voluntas vt ſit forti⁹ item ponat̄ in ipſo radix lilij. Et ſi fuerint vulnera taliter vt nō curet̄ de eis tunc curentur nerui cū eo qḋ prohibet apoſtemationē neruorū: ⁊ non ſit occupatio cū eis ⁊ caro oſtrearū eſt mirabilis: ⁊ qn̄q; curatur cū cerato ex ſale: ⁊ emplaſtrū cū olibano: ⁊ myrrha eſt cōis iuuamētij in vtriſq; diſpoſitionibus: ⁊ ſi fuerit cū vtriſq; rebus dolor clamoſus: tunc op; vt miſceatur cū medicinis pix ⁊ emplaſtret̄ cū illo calido. ❡ Et op; vt caueatur in torſione neruorū aqua ⁊ nō approximet̄ neq; calida: neq; frigida: immo adminiſtrentur olea q̄bus eſt virtus aromaticorū ſtipticorū calefacta ⁊ ſpērū quibus eſt hec diſpoſitio.

❡ De indicijs neruorū corruptorum. Ca. 6.

Quādoq; accidit fruſtis neruorū corruptio. Et eſt neceſſariū vt extrahat̄: op; ergo vt extrahat̄ extractione vene ciuilis.

❡ De neruorū duritie ⁊ eorū torſione. Ca. 7.

Hoc multotiēs accidit a verberatione: aut caſu: ꝛ qñ premit ſentitur cū eo ſtupor: ꝛ cura duritiei neruoꝝ prima eſt cura-tioni apatum duroꝝ ꝛ alroſbot: ꝛ nos diximus in tabulis medicina-rum ſingulariū ꝛ in antidotario ꝙ neceſſariū ē rememorari de me-diciniseius. Et qđ narrabim⁹ hic ſunt medicine expte: in eo de qb⁹ ſunt leues ſicut vt ſumat bdellij iudaici pond⁹.ʒ.x. ꝛ infundat in aq̄ ꝛ ſoluat in ea ꝛ cōficiatur cū eo quātum ipſ m eſt de radice maluaui ſci ꝯtriti valde ꝛ emplaſtret cū eo. Et ſilr radix lilij ꝯfecta cū ꝯgela-to vue. Et iteꝝ ammoniacū ꝛ galbanū ꝛ euforbiū aggregata cū fece olei: ꝛ iteꝝ ſumat ſemē alnaru ꝛ fiat emplaſtrū cū vino cocto: ꝛ iterū medicamē dyaqlon cū medietate ſui de ſtercore caprino ē vltimum.

¶ De rememoratione egritudinū oſſium. Ca. 8.

In oſſibus aūt accidūt egritudines ex corruptione ꝯplexiōis ꝛ ex ſolutione ſingularis ꝛ fractura ꝛ diſlocatione ꝛ putrefa-ctione ꝛ vlceratiō e ꝛ excorticatione. Et nosquidem loquemur de fra-ctura ꝛ diſlocatione que indigent reſtauratione poſt hunc locū. Il-las aūt que de eis indigēt alijs medicinis dicem⁹ hic querentes au-xilium a deo.

¶ De ventoſitate ſpine ꝛ corruptione oſſis. Ca. 9.

Ventoſitatis ſpine cauſa ſunt humores acuti penetrantes in os corrodentes ipſum: ꝛ inceſſus vētoſitatis ſpine et inceſſus doloris iuncturaꝝ veruntamē materia in dolore iuncturarū eſt in carne: ꝛ materia in vētoſitate ſpine eſt in oſſe: ꝛ ei⁹ additio corrūpit oſſis partē vnā poſt aliā. Dixerūt quidā ꝙ ſpina eſt ſpaſmus in to-to corpore propter vlcus ꝛ non affirmatur.

¶ De ſignis corruptionis oſſis. Ca. 10.

Cuȝ oſſi accidit corruptio vides carnē ſup ipſum molleſcere: ꝛ mollē fieri: ꝛ incipit in via fetoris ꝛ vir⁹. Et penetrat p eā ten-ta facillime ad os. Cumqȝ puenit ad os nō inuenit ipſuȝ lene ita vt lubricet ab eo imo adheret ei parūper ꝛ q̄ſi inuenit rē nō firmaȝ in ſeipſa imo hñtē fracturā aut putrefactionē: ꝛ fortaſſe deſtruit ꝛ le-nitur: ꝛ pprie qñ nō eſt corruptio in pncipio: nā in hora pncipij nō appet illđ cū tēta. Et qñqȝ ſignificat lubricitas ei⁹ ſupflua corru-ptionē ei⁹ ex hoc ꝙ qñ lubricat in eo tēta: in ei latere ſignificat ſe-parationē pāniculi ab eo ꝛ illđ ppter corruptionē q̄ incepit ꝛ illa q̄ īcipiet cū corrūperet caro ſupra ipȝ: ꝛ cū diſcooperueris eā ab eo: in uenies ipſum mali coloris: ꝛ multotiēs qđē antecedit ipȝ apa ꝛ cor-ruptio carnis ꝛ mēbri in primis ꝛ mors deinde venit ad ipſum.

¶ De curatione eius. Ca. 11.

Curatio corruptionis oſſis eſt eius fricatio ꝛ ipſius deſtructio ꝗt ei⁹ abſciſſio ꝛ ipſius ſerratura ſiue fit fiſtula ſiue non fit. Nā neceſſe eſt fricare ipſum ꝛ radere aut cauterizare perueniēdo ad vl-timum corruptionis eius: vt cadant cortices corrupti ꝛ remaneat ſanum. ¶ Et quandoqȝ cadunt cortices oſſiū per medicinas iteruȝ

ſicut cadũt cortices capitis ꝛ alioꝝ. ¶Et de illis ẽ medicamẽ cuiꝰ hec eſt deſcriptio. ℞. ariſtologiã ireos myrrhã aloẽ cortices plãte opoponaci cãbil aduſtũ ſcoriã eris cortices pini aggregẽt: ꝛ ẽ mirabile faciẽs cadere cortices oſſium ꝛ naſci carnẽ bona ſuꝑ ea. ¶Et ſi fuerit corruptio oſſis ꝓfundior illa: tũc neceſſe eſt ↄcauare ipſũ. Qđ ſi corruptio iã ꝑſecuta ẽ medullã nõ ẽ excuſatio qñ aſſumat̃ illđ os cũ medulla ſua. ¶Et ſi corruptio fuerit de illis quas nõ ſanat niſi abſciſſio: ꝛ ſerratura totiꝰ oſſis mẽbris: aut ꝑ̄mũ eiꝰ qđ circũdat ipſũ: tũc ſciat locũ ĩ quo opꝫ vt icidat̃ ita vt reuolnat̃ tẽta vſqꝫ ↄſeq̃t̃ locũ in q̃ iueuit adherẽtiã oſſis vltimã: qm̃ illic ẽ terminꝰ. veꝝ qñ ẽ os corruptum ex capite coxe ꝛ anche: ꝛ ſicut ſpõdilis dorſi: tunc fugere ab eiꝰ curatiõe ẽ meliꝰ ꝓpt̃ nuchã. ¶Et ſi timet̃ ꝙ corruptio oſſis ſeq̃t̃ corruptionẽ carnis cuiꝰ caſus accidit priꝰ: tunc ĩfrigidare ꝛ accipere carnẽ ab eo ẽ ↄueniẽs ꝛ ẽ eiꝰ cura. ¶Et opꝫ vt ĩfrigidet̃ mẽbrũ ſanũ cũ epithimatibꝰ q̃ ſciuiſti in cap. corruptiõis carnis diſcoꝑte ab eo etiã ꝛ cũ eoꝝ ſilibꝰ.

¶De modis ſeruãtibꝰ os corruptũ. Ca. 12.

INquit: eleuet̃ caro ab oſſe ita vt ponat̃ in extremitate eiꝰ filũ cũ quo tẽdat̃ ad ſuꝑiora vite: ergo tẽdat̃ cũ eo membrum: aut aliđ ex illo loco ad iferiora vt nõ aſſocient̃ ei dẽtes: ꝛ ſerra ipſũ. Et qñ eſt tibi neceſſariũ ſerrare coſtã: aut os ſub quo eſt tunica aut aliq̃d nobile ſicut tunica coſtarũ ꝛ nuche: pone ſub ſerra laminã qua ↄſeruet̃ mẽbrũ nobile. ¶Qđ ſi caro fuerit ſm̃ rotũditatẽ ſuã tota diſcooꝑta tũc ſerra ipm̃ qm̃ orit̃ caro ſuꝑ os qđ iã diſcoopertũ eſt ex oĩbus lateribꝰ ſuis. ¶Qđ ſi ꝑtes oſſis corrupti fuerit ꝓꝑie iuncture: tũc extrahe ipm̃ ex iũctura. ꝛ ſi corrũpit̃ os brachij totũ aut cruris: tunc auferat̃ totũ. Caput aũt anche ꝛ coxe ꝛ ſpõdiles dorſi qñ corrũpunt̃ tũc fugiat̃ ex curatiõe eoꝝ propter locum nuche.

¶De eo qđ remanet de fruſtis oſſiũ et corticũ eorum in vlceribꝰ conſolidatis. Cap. 13.

ILlđ qđ ẽ meliꝰ ẽ vt nõ feſtinet̃ in extractiõe eoꝝ: imo dimittãt̃ nature ꝛ adiuuẽt̃ ꝛ illđ cũ attractiõe pauca eoꝝ q̃ extrahũt̃ i ſpacio nõ feſtino. ¶Et nõ moueant̃ cũ medicinis et operatione manꝰ. nã quod extractũ eſt violenter nõ euacuat̃ qñ faciat accidere vlcera fiſtuloſa. Cũ ergo expellit ea natura ad cutẽ: et incipiũt exire ꝛ iã ſeparata ſunt tũc incarna ꝛ cura vulnꝰ. ¶Et ſiĩe eſt indiciũ in fruſtis eoꝝ ꝛ pãniculis: de quoꝝ veritate eſt vt manifeſtent̃: nã cũ tu ꝓperas ꝛ extrahis ea violenter: tũc eſt in eis timor ſpaſmi ꝛ ꝑmixtionis et febrium. ¶Qđ ſi fiãt ſanioſa non eſt in eis magnum nocumentum. ¶Si autem vis ſcire medicinas illius tunc de illis eſt medicamen huiuſmodi. ſumantur oleum vetus: ꝛ cera citrina et ſordities vaſorum apum que vtreqꝫ ſint quantum eſt oleum: deinde ſoluantur omnia: deinde ſumatur pars vna euforbij ꝛ pars

vna lactis titimalli r tres partes ariſtologie ꝛ fiat ex eis ſicut cera tũ. ¶ Et ſumantur iterũ ammonia cũ ꝛ bdeliũ ꝛ liniãtur cũ oleo de lilio: deinde aggregãdo totum cũ cõtritiõe fiat emplaſtrum: ꝛ ponat deſup. ipm. n. eſt de illis q̃ extrahũt oſſa cũ velocitate ꝛ facilitate.

¶ De medicinis fracture oſſis. Cap. 14.

Fracture eſt curatio cũ manu quã dicemus ꝛ curatio cũ medicinis quas dicemus conferentibus fracture oſſium ꝛ torſiõi. ¶ Epithima ad fracturã et torſionẽ. Rx. mugatb mes excorticato rũ. añ. x. aloes maluauiſci al. acatie. añ. v. luti. xx. liniãtur cum albumine oui ſi fuerit apa calidum. Iterũ folia alethil et cupreſſi ꝛ myrthi ꝛ ſalicis terantur ꝛ exprimantur ꝛ ſumantur galle: et roſe ꝛ cepa narciſci eſt de illis q̃ dicta ſunt ꝛ de rub. et boluſar. et laudanuꝫ et fauſel et hamaba et altea et mes et acatia et mellitotũ ꝛ ſanſuccũ ꝛ adde in eo ſi indiges calefactiõe ſanſuccũ enullã et cupreſſum. ¶ Ad fracturam ꝛ torſionẽ cum apate calo. Rx. mes excorticatoꝝ. ʒ. xx. mugat balauſtie acatie emplaſtret: ꝛ eſt forte valde. ¶ Et de medicis ei⁹ ſunt folia myrthi et laudanũ ꝛ gallia et crocus et lutum eſt bonũ attritioni et oleum iterum eſt iuuatiuum ad fracturam et ad diſlocationem et ad torſionem. Iterũ mugab ꝛ mes altea acatia lutum aloes myrrha liniantur cũ aqua myrthi.

## ¶ Fen. v. incipit de reſtauratiõe ꝛ eſt tractat⁹ tres.

## ¶ Tractatus primus de diſlocatione ꝛ reſtauratiõe.

### ¶ De ſermone vniuerſali de diſlocatione.

### Capitulum. j.

Diſlocatio eſt egreſſio oſſis ex loco ſuo q̃ eſt per naturam apud illum qđ ei vicinũ exiſtit integre. ¶ Si aũt nõ egrediatur integre nominat ſeparatio iuncture ad partem profundã aut procedentẽ aut eminentem que cognoſcitur ſenſu. Et eſt ſeparatio non integra quam quidaꝫ nominant torſionẽ. ¶ Cum ergo eſt leſio que nõ mouet os ſed attrahit qđ continet ipſum: tunc eſt alguaenu ꝛ nõ eſt ex genere torſionis ꝛ qñ accidit iuncture res tertia ꝛ eſt vt elongetur ꝛ addat ſup lõgitudinẽ ſuam naturalem: et non ꝯſequitur ad hoc diſlocationẽ: veruntamẽ fit facilis diſlocatiõis: ꝛ illud quidẽ multotiẽs accidit in adiutorio ꝛ coxa. ¶ Et de hoĩbus eſt quidã qui preparat⁹ eſt diſlocationi in iuncturis ſuis qñ cõcauitates oſſiũ iuncturarũ ſuaꝝ nõ ſunt pfunde: et bucelle q̃ ingrediũtur eas nõ ſunt intrantes: et ligamentũ qđ ordinat inter ea ambo nõ eſt firmũ: imo debile in creatione ſua minutũ. Aut humidũ ſuſcipiens extenſionẽ.

¶ Aut iam effuſe ſunt ad ipm̄ hũiditates viſcoſe lubricare faciẽtes Aut fracti ſuut margines cõcauitatũ oſſiũ i q̃s igrediunt̄ de oſſib⁹ iuncturaꝝ q̄re fiũt ꝯcauitates pſtrate ſup q̃s nõ eſt diſtinctio. ¶ Et de iũcturis q̃dã ſunt iuncture facilis diſlocationis. Et de eis ſunt iũcture praue diſlocationis: ⁊ de eis ſunt medie. ¶ Facilis ergo ſicut iũctura poplitis ꝑpter lenitatẽ ligamẽti ſui: qm̄ ipſa ẽ creata lenis ligamẽti ꝑpter iuuamẽta ſcita in anathomia. ergo fit ꝑpter illud facilis diſlocationis ⁊ ꝑpter illud ſuſtentatur cũ pila: ⁊ fit iterũ facilis reditionis ad ſalutem. nam facilitas reditionis eſt ſm̄ quantitatẽ facilitatis diſlocatiõis: et difficultas ei⁹ eſt ſm̄ difficultatẽ ei⁹ ⁊ iũctura humeri eſt prima ei in macillẽtis nõ i pinguib⁹. ¶ Praue vero diſlocationis ſunt ſicut iunctura digitoꝝ ipſe enim fortaſſe non diſlocantur: immo franguntur anq̄ꝫ diſlocentur ⁊ ſicut iũctura cubiti ⁊ ꝑpter illud reditio ei⁹ eſt praua. ¶ Medie vero ſunt ſicut iũcture anche. Et qñqꝫ accidit vt fiat facilis diſlocatiõis q̃ nõ ẽ facilis diſlocatiõis ꝑp aliquã cauſaꝫ. q̄re fit ẽt facilis reditiõis ſicut accidit vt fiat ꝑtis anche plena humiditate: quare fit facilis eius diſlocatio: et cũ hoc fit facilis eius reditio ſicut accidit habentibus venam vaſe. quare ei omni hora diſlocatur eius ancha et redit per quemlibet laborem: deinde diſlocat̄ poſtea redit: et hoc idiget cautela et non alio. ¶ Et prauior diſlocatio eſt cum qua abſcinduntur capita fruſtorum oſſis quod conglutinat os cum oſſe et parum reuertitur ad diſpoſitionem ſuam naturalem: et plurimum illius fit in capite anche deinde in capite adiutorij: ⁊ in duobus focilib⁹ duorũ pedũ apud calcanenm. ¶ Et diſlocatio quidem eſt fedior quam fractura cum neque redit diſlocatio: necꝫ reſtaurat̄ fractura.

## ¶ De ſignis diſlocationis vniuerſalibus. Cap. 2.

ACcidit in iunctura inclinatio ⁊ ꝓfunditas inſolita ſicut accidit accidens apparẽs in magnitudine carnis ſpatuleti diſlocatione iuncture pedis: ⁊ magis apparens quam illa que eſt in iunctura colli: et cõparatio eſt ex illis que extrahunt illud extractione ſana: ⁊ eſt vt conſideres locum infirmum cum ſorore ſua ſana illi⁹ infirmi eiuſdem non alterius: et cum videris iuncturam non moueri tunc iudica quod diſlocata eſt diſlocatione integra ſicut quando mouetur motu ſuo ad oẽs ꝑtes et peruenit ad oẽs fines ſuos nõ eſt cum ea egritudo pendens cum ſeparatione.

## ¶ De ſignis declinationis. Cap. 3.

EST vt videatur concauitas cum augmento alterius lateris et priuetur in ſenſu augmento quod fuit ſenſatum ad interiora in huiuſmodi cum hoc quod quidam motus eſt poſſibilis.

## ¶ De ſignis additionis lõgitudinis iũcture abſqꝫ diſlocatione. Cap. 4.

SIgnũ ei⁹ eſt vt ſit ſicut ſuſpenſa: cũ ergo ꝯpreſſeris eã redit ad mẽſurã ſuã naturalẽ abſqꝫ labore: ſi vero dimiſeris eã redit mẽſu-

ram ſuam accidẽtalem. et accidit ꝓfunditas in quam fortaſſe ĩgreditur digit⁹ vbi nõ eſt caro vehemẽtis multitudinis: ſicut humer⁹.

¶ De curatione declinationis et diſlocationis. Cap. 5.

Non euacuatur quin diſlocatio: aut perueniat ad medicũ ſingularis: aut cõpoſita cũ egritudine alia ex vlcere et vulnere et apa te et alijs. ¶ Quod ſi fuerit cũ alia tũc oportebit vt cõſideres: qm̃ ſi diſlocatio fuerit ex illisq̃ redeũt cũ tenſiõe leui nõ faciẽte dolere vl᷒ dolore vehemẽti qui perducit ad apã nõ tolerabile fac redire diſlocationem: et ſi res fuerit ecõtrario tũc op₃ vt curetur in primis vlcus aut vuln⁹: deinde cura diſlocationẽ et ꝓprie in iũcturis difficilibus ¶ Cũ ṽo volum⁹ curare diſlocationẽ tunc fortaſſe pducit illud ad ſpaſmũ maximũ ſm pl'imũ: et ꝓprie qñ diſlocatio eſt in mẽbris primis mẽbris pncipalib⁹: et ſil'r eſt diſpoſitio in apatib⁹ in q̃b⁹ eſt regimen ſm qd nos experimur. Nã ſi res fuerit facilis et nõ cõmouet ex ea dolor: neq₃ reditio cũ ea eſt difficilis reſtauram⁹ diſlocatione₃ et nõ curam⁹. ¶ Si aũt accidit dolor: tũc op₃ vt nõ p̃ſumam⁹: et ſi fecerim⁹: tũc op₃ vt deſtruam⁹ ligaturã ſi fuerit doloroſa. Quod ſi ingrediat cũ facilitate: curabim⁹ apã ite₄ et vl᷒. Et ſi fuerit diſlocatio et fractura ſil'r et fuerit tẽſio: i pte vna pmittẽs regimẽ vtriuſq₃ rei fiat Et ſapiẽs q̃dẽ narrauit q cecidit lapis ſup extremitatẽ hũeri hominis: et vulnerata ẽ cutis et caro donec appruit extremitas lacerti nuda: et iã diſlocatũ erat ſubt⁹ eã caput furcule. tũc g q̃dã ſtolido₄ experimẽtato₄ occupat⁹ ẽ i equãdo os: et reduxit ſup ip₃ carnẽ et cutem: et emplaſtrauit et ſtrinxit: quare accidit vt feteret caro et corrũperet propter vicinitatem ſuam os donec factum eſt viride. Et non ſciuit quod oportet vt huiuſmodi caro abſcindatur: et coquatur ille locus cum oleo feruente: et ſimiliter ſi fuerit illic apa magnũ op₃ vt curetur apa in primis. ¶ In diſlocatiõis aũt ſingularis et ſimplicis rectificatione regimẽ eſt vt tendatur ad cõtrariũ partis a qua ſeparatũ eſt donec opponatur extremitas oſſis extremitati oſſis alteri⁹. deinde reducatur ad locum a quo exiuit et tunc redit. ¶ Et multotiens quidem ſignificat illud vox que auditur: deinde ligetur et i ligatura eſt ſecuritas ab apate: aut adiutoriũ ne apoſtemetur: et neceſſitas ad ꝓhibendũ apa laborioſũ eſt maior: et abhorret vt mẽbro obuient pãni calidi: qm̃ ipſe calefaciũt et addũt i apoſtemate: immo op₃ vt ſint infuſi cerato infrigidato: aut vino pontico: verũtamẽ Hyppo. iuſſit vt tardetur tenſio et reditio vſq₃ ad diem tertium et quartum niſi in diebus exceptis. ¶ Et declinationi iterum neceſſaria ſunt huiuſmodi: deinde ligetur: et quando membrum diſlocatur i omni motu et q̃tiens redit: diſlocatur tũc illud eſt ꝓpter mollificationẽ: et humiditatẽ: q̃re idiget cauterio. ¶ Et qñ remanet poſt reditionẽ diſlocatiõi: ãt ſeparatiõi durities et q̃ſi apoſtema: adminiſtra epythimata et ẽbrocas lenificãtia. In iceptiõe ṽo idiget epithimatib⁹ et ẽbrocis cõfortãtib⁹. ¶ Et meli⁹ eſt vt ẽbrocetur ſup ſtricturam proculdubio: in

hyeme q̄dē cū oleo calefacto qđ fit ex oleis ꝯfortātibus et in eſtate cū aq̄ frigida. ¶ Et opꝫ vt ſit cibatio in diſlocatis cū eo qđ ꝯfortat iuncturā et ligat eā ſecundum ſimilitudinem neceſſitatis.

¶ De curatione elongationis iuncture. Ca. 6.

Oportet vt reuocet̄ os mollificatū ad interiora illi⁹ in quo q̄eſcit a quo mollificatū eſt: ⁊ emplaſtret̄ cū emplaſtris in q̄bus eſt virtus ſtiptica ꝯmixtis cū eis q̄ habent virtutem calefactiuā: ſicut ſi miſceātur galle et balauſtie et acatia: et ſimilia ſunt ſicut cū aliquātulo cāphore et coſti et vſnee. ¶ Et iterum ſufficiat qđ eſt ſicut nux cupreſſi et iuniperus ⁊ reliqua que cadūt in emplaſtris rupture: deinde ſtringatur ſicut caput.

¶ De diſlocatione mādibule. Ca. 7.

Accidit mādibule inferiori vt diſlocetur ab ordine ſuo: quare remanet os apertum: q̄uis ſit illud de illis q̄ parum fiunt ⁊ nō accidit caſu ꝯpleto. ¶ Et cum diſlocatur inclinat̄ ad interiora ex cōtrario eius qđ accidit apud mollificationem que fortaſſe accidit ei apud ſaltū: ⁊ eſt applicatio vnius eoꝝ ad aliā difficilis: lꝫ non priuet̄ motu cū lacertis ſuis qui veniunt ei a poſterioribꝰ. ¶ Et q̄n̄qꝫ accidit diſlocatio ex latere vno: eſt ergo tunc forma ſignificās ipam cuꝫ declinatio mādibule eſt ad anteriora cum trāſuerſione: ⁊ curatio q̄dē eſt vna. ¶ Et eſt de ſumma eiꝰ qđ indiget vt feſtinetur ad reducendum ipſum: ⁊ ſi non perducet ad egritudines ⁊ nocumēta: et cū hoc fit praua eiꝰ reditio: nā facilior reditio eius eſt illa que eſt velocior. qꝛ ſi differatur indurat ⁊ apoſtemat ⁊ extendit lacertos: et ꝯmouet febres inſeparabiles ⁊ dolorē capitis ſtātem ꝑpter illud qđ aſſociatur ei de vehemētia tenſionis lacertoꝝ: ⁊ fortaſſe fit res praua donec interficit in decimo. ¶ Et q̄n̄qꝫ accidit vt ſoluatur ei vēter cum ſuperfluitatibus colericis multis puris: et euomat ſimile eis quare oportet vt feſtinetur ad curā. ¶ Et modus regiminis eiꝰ eſt vt teneat vnꝰ caput eius: deinde intromittat reſtaurator pollicem ſuum in os et conuenit infirmo mollificare mādibulā ſuā ex omni modo. Nā illic ſunt lacerti qui iam tranſuerſati ſunt propter vehementiā diſlocationis: poſtea moueat mādibulā dextrā et ſiniſtrā: deinde extendat eā ſubito: deinde reducat eā. ¶ Et ipſa quidem non intrat ad illđ a quo ſeparata eſt niſi retro: q̄re opꝫ vt extendat eā ita vt equetur ſm̄ illā ꝑparationē. ¶ Et ſignū eq̄tionis eius eſt equatio quadruploꝝ ⁊ coopertura et clauſio oris: deinde ſuſtentetur cum puluillis et cerato ex cera ⁊ oleo ro. deinde dimittat eā q̄m̄ ſanabitur q̄ velociꝰ eſt poſſibile. ¶ Si autem non feſtine fiat: et iā acciderit durities oportebit tunc vt incipias ⁊ lenias duritiem cū embrocis ex aqua calida ⁊ oleo in balneo embrocatione plurima donec leniatur: deinde ſedeat reſtaurator poſt infirmum ⁊ trahat mandibulam eius ad poſteriora donec locetur ⁊ ſtringatur. ¶ Et opꝫ poſt illud vt reſupinetur eger

ſuper puluinar cuiꝰ impletio ſit lenis:et teneat vnus caput eiꝰ vt nõ moueatur vſq̃ quo compleatur ſanatio.

❡De diſlocatione furcule. Ca.8.

ITaq̃ furcula nõ ſeparat̃ a latere interiore: qm̃ ipa eſt ꝯtinuata cũ pectore nõ ſeparata ab eo:ꝛ ꝑpter hoc nõ mouet̃ ex hoc latere. Et ſi ꝑcutiat̃ de foris ꝑcuſſiõe vehemẽti ꝛ ſtringat̃: tũc ipa eq̃tur ꝛ curat̃ curatiõe q̃ curat̃ ſi frãgit̃. Uerũtñ extremitas eiꝰ q̃ ſequitur humeꝝ ꝛ ſeparat̃ ex eo nõ diſlocat̃ plurimũ: qm̃ lacertꝰ q̃ hꝫ duo capita ꝓhibet eã ab hoc. ꝛ ꝓhibet eã iteꝝ caput ſpatule. ꝛ nõ mouet̃ iteꝝ furcula motu vehemẽti: qm̃ ipa nõ ẽ poſita niſi vt ſepet pectꝰ ꝛ ãplificet ipꝫ. Et ꝑpter hoc eſt furcula facta homini ſoli inter alia aĩalia. ❡Et ſi accidat ei diſlocatio ex luctamie aut ex re alia ſiſi huic tũc ipa eq̃tur ꝛ ingredit̃ ad locũ ſuũ cũ manu aut puluillis plurimis q̃ ponunt̃ ſuꝑ eã cuꝫ ligatura q̃ neceſſaria eſt. ❡Et rectificat hec cura extremitates humeri iteꝝ cuꝫ ſeparãtur ꝛ reducit eas ad locuꝫ ſuuꝫ: ꝛ illd̃ q̃ ligãtur furcula et humerꝰ eſt os cartilaginoſum ꝛ ipꝫ ingroſſat̃ in macillẽtis: ꝛ qñ remouetur: exiſtimat ille cui nõ eſt experiẽtia ꝙ caput adiutorij iã ſeparatuꝫ ſit: aut exiuit de loco ſuo ꝛ ꝙ caput ſpatule videt̃ tũc acutiꝰ ꝛ videtur locꝰ q̃ eſt ea inferior ꝯcauus: veꝝ opꝫ vt diſtinguatur cũ ſignificatiõib ꝰ. ❡De curatiõe eiꝰ eſt vt nullo mõ applicetur ad caput et ſimiliter humerus.

❡De diſlocatione humeri. Ca.9.

Priuatio quidem fetoris contingit ex priuatione coctionis ⁊ digeſtionis aut ex indigeſtione ratiōe cibi indigeſtibilis. 316.

Omne illud quod eſt vltimati fetoris eſt vltimate corruptionis. 317.

Si autem odor eius ſit extraneus horribilis: ſcito illū cuius eſt pati morbum veſice. 318.

Jam quidem retuli genera vrine ſimplicia. Ex dictis meis poterit quis vti in iudicijs compoſitorum ex eis. 319.

Interdum atteſtantur feces ſuper ſtomachum ⁊ interdum ſup inteſtina: ⁊ ipſum epar. 320.

Feces quidē minuūtur rōne magne trāſmutatiōis alimēti cū ꝯuertitur in mēbris: niſi illiꝰ cuiꝰ expulſiua fuerit debilis ⁊ attractiua fortis: ⁊ rōne alicuiꝰ nocumēti cōtingētis. Et hoc quidē ſignificat repletionē corporis patientis ex malis humoribꝰ. 321.

Si aūt fuerint magne in quātitate: erit quidē ſignū ꝙ cibꝰ nō prebeat augmētū corpi: aut ꝙ attractiua ſit in eo debilis ⁊ diminuta ⁊ expulſiua fortis rōne alicuius morbi vel nocumēti. 322.

Si aūt feces fuerint albe erit oppilatio vel ſclirofis in meatibꝰ hiſtis fellis ⁊ icteritia quidē ex ſignificātibꝰ ſuper hoc ſenſibiliter. Sub hoc etiā genere eſt vrine citrinitas: niſi cū corporibꝰ humore flegmatico vel mala ꝯplexio ne frigida inficiatur. 323.

Si vero appareāt rubee vel ignite ſignificant ſuper exceſſum ⁊ dominiū colere rubee. 324.

Sed ſi ſimilētur porro aut viridi eris in colore: ſignificabūt quidē morbum et malitiam magnam. 325.

Cum autem apparebunt nigre in colore: hoc quidem contingit ex forti ⁊ antiqua frigiditate corporis cuiꝰ ſunt. Et ſi tales appareant in morbo acuto ſignificabunt ſuper mortem futuram in propinquo. 326.

Si aũt feces fuerint dure ſignificabunt ſuper fortitudinẽ attractiue aut ſuper calorem urentem: vel ſuper cibum ſtipticũ ꝛ conſtrictiuum. 327.

Si vero fuerint feces molles ꝛ liquide nõ erit fortis attractiua in corpore: aut in corpore erit frigiditas mala aut hoc cõtingit ex mala alia diſpoſitione corporis: vel ex cibo qui ſoluit ventrem et mollificat per naturam ſuam. 328.

Si differatur ꝛ tardetur egreſſus fecum poſt cibum ſumptum: hoc quidem contingit ex difficultate digeſtionis ipſarum: aut diminutione ꝛ debilitate expulſiue: aut forti frigiditate: aut ex ventrẽ neceſſario conſtringentibus. 329.

Si autem citius debito egrediantur: hoc quidem erit ratione cibi non conſtrictiui: ſed potius per naturam ſuam mollificantis et ſoluentis: aut ratione humorum ꝛ humiditatum ad eas fortiter impulſarum: vel ratione meatuum ſugentium ꝛ attrahentium aut ratione nocumentorum in inteſtinis contingentium vtpote apoſtematis in al'. vlceris corruptionis digeſtionis ꝛ aliarũ ſpecierum morborum eiſdem contingentium. 330.

Si egrediantur cum ſomno ſignificabunt ſuper magnam ventoſitatem. Si vero fuerint mixte ſaniei ſignificabũt ſuper apoſtema in organis cibi exiſtentia. 331.

Sed ſi appareat ſanguis cum eis ſignificabit quidem ſuper vlcera ꝛ tenaſmonem. 332.

Si aũt ſunt mltũ fetide ſignificabũt ſup magnã corruptiõez. Si vo velut oleũ ſupnatat eis ſignificabũt ſup liq̃factionẽ piguedis corporis. Et erũt pculdubio odoris acetoſi ex humore acetoſo. 333.

Sudor multus in morbis humidis factus quidem eſt ex accidentibus vim ꝛ naturam ipſorum referentibus: neq; eſt ſicut ille ex q̃ fit iuuamentum. 334.

Supfluus aũt in vltimo cũ caſu vtutis patiẽtis ꝯtingit pculdubio ex labore ꝛ debilitate vtutis ꝛ nature: vñ mors ẽ in ppinquo. 335.

Sed pu' ſudor in morbis ſup oppillationẽ ꝛ clauſionẽ cutis ꝛ groſſitiem humoris ꝛ debilitatem expulſiue ꝛ paruitatem digeſtionis et ventris mollitiem ꝛ fluxum. 336.

Si appareat ſudor valde alb' in morbis ſignificabit ſup hũorẽ flegmaticum. Si vero ſit citrinus ſignificabit ſup colerã citrinã. Et ſi niger ſuper melancholiam. Si aũt rubeus erit morb' ex ſanguine. Et ſilr prebet nobis ſigna ſuo ſapore. 337.

Sudor ſubtilis cõtingit ex ſubtilitate humorũ. Et groſſus ex groſſitie eorundem. 338.

Si autẽ fuerit vniuerſalis in toto corpore eſt bonus. Sz ſi particularis ꝛ ſpecialis in vno loco eſt malus ꝛ illaudabilis. 339.

Qui etiam cõtingit tẽpore ſuo vna cum circuitib' ꝛ parorifmis febrium aut in die cretica eſt quidẽ bonus ꝛ laudabilis. Contrarij autem bonitas longinqua eſt ꝛ remota. 340.

Pronoſticatio diuitur in referentē: et ſignificantē morbū futurū generari in ſano: et in ſignificantē qd debet cōtingere patiēti i morbo ſuo. 341.

Signa aūt referentia ſuper egritudinē futurā ſumūtur ex accidentibus ſignificantibus ſuper repletionē vel euacuationē cerebri aut reſidui corporis. 342.

Significat autem ſuper repletionē quies: multitudo cibi: raritas balnei et exercitij: ex his nāqȝ accidentibꝰ cōtingit repletio. 343

Genus repletionis diuidit in repletionē penes virtutē anime: que ſi fuerit reſpectu immutatiue et digeſtiue nequaqȝ erit appetitus comedendi laudabilis: eritqȝ egeſtio mollis et liquida: neqȝ erit digeſtio in vrina. 344.

Significatur aūt ſuper repletionē reſpectu virtutis motiue ex grauitate et leſione motus. 345.

Si autē ſit repletio reſpectu pulſatiue: erit quidē patēs debilitas et pigritia pulſationis eius. 346.

Cauſa vero debilitatis animarū ſeu potētiarum eſt illud qd nequeunt pati ex chimis: nā parū ex eis ledit et grauat eas: nō aūt ideo qȝ mēbrorum cōtinuitates ex eis repleantur. 347.

Eſt autem alia repletio a predicta penes concauitates organorum ſcȝ cum non poterunt tolerare ex eo quod mēbrorum concauitates replebuntur. 348.

Hoc autē genus contingit ex repletione: aut ſanguinis puri et mundi: aut colere aut humoris flegmatici. Interdū aūt anime ſue potētie fortes ſunt nec grauant eas chimi. 349.

Cum dominatur ſanguis alijs humoribus aſſunt ſomnus et dolor capitis in exceſſu cū tumore et rubore venarum. Eſtqȝ poſſibile qȝ inde cogitationes mutentur cum grauitate capitis et debilitate et fatigatione ſenſuū. Reperitur enim tactu calidus cum grauitate humorum et ſcapularū et cum oſcitatione. Et ſunt interdū grauia latera et hyppocundria. Et manifeſtus fluxus ſanguinis a naribus cum alicibus. Et etiā venter eſt laxus: non tamen cum delectatione et ſuauitate vite. Et apparebunt ſomnia leticie et iocūda cum varietate et multitudine colorum. Accedet etiaȝ pruritus in loco flobothomie cum rubedine oculi inſolita et apoſtematibꝰ aut variolis aut puſtulis corporis et opinatur ſe comedere dulcia in ſomnis et videbitur qȝ guſtet dulcia: et ſi prius eam non comederit. Unde ſi hec accidentia ſint in vere aut in principio iuuētutis nouelle ſignificabunt quidem nobis ſuper egritudines ex ſanguine generandas que quidē de facto cōſequēter apparebūt. 350.

Cum dominatur colera citrina aut crocea apparet quidem color cutis citrinus cum debilitate et caſu appetitus cibi: et reperit in quo dominat oris amaritudinē et mordicationeȝ ex ipſa colera rubea in ſtomacho contingentem. Acciditqȝ ei ventris ſolutio cuȝ qua

eſt colera rubea ⁊ inſomnietas cum profunditate oculorum ⁊ ſic-
citas oris ⁊ lingue: ⁊ eius vrina eſt in colore valde citrina. Acci-
ditq; ei ſincopis: ⁊ riget cutis eius cum permixtione ⁊ perturba-
tione. Acciditq; ei ſitis poſt ieiuniũ: ⁊ apparent ei in ſomno coru-
ſcationes cum ſubtilitate pulſus ⁊ calore corporis. Sunt etiam
ex his accidentibus multa ⁊ frequens balneatio in aquis calidis
⁊ ſulphureis: ⁊ motus laborioſi qui fiunt in regionibus ⁊ villis ſe
ptẽtrionalibus: ⁊ frequens ⁊ cõtinuus eſus acutorum et maxime
ſi fiat tẽpore eſtiuo. 351.

Si vero colera nigra in corpore dominet̃ erit quidem fuſcus color
corporis cum forti ⁊ iugi meditatione ⁊ cogitatione ⁊ appetitu ci
bi forti: ⁊ reperietur in ore ſapor acetoſus. 352.

Eſt etiã cũ malitia anime intuitus fortis ⁊ affixus: ⁊ pulſus durus ẽ
et tardus. 353.

Et vrina quidẽ tenuis ⁊ cruda nec in digeſtione decoctio. 354.

Et cibus ſicccus aridus anxietas timor cõtinuus ⁊ triſtitia. 355.

Videtur etiã ꝙ interficiatur in ſomnis: apparẽtq; in ſomno eius
omnia eum exterrentia. 356.

Etas ſenuȝ autummus ⁊ habitationes meridionales ⁊ corporis ma
cies. 357.

Si dominetur humor flegmaticus in corpore aggrauabit̃ caput
ei᷒. Sõnus eius long᷒: ⁊ fatigabit̃ iter agendo de facili: ⁊ erit eius
appetit᷒ debilis cũ repletiõe penes ꝟtutẽ ⁊ turbationẽ ſeu ꝑmixtio
nem ⁊ ſopita laxitate. 358.

Ex his etiã eſt fluxus ſaliue ⁊ ſputi ⁊ tumor vult᷒ ⁊ color patientis
albus. Et erit in pulſu eius occultatio ⁊ tarditas: ⁊ in vrina turbu
lentia ⁊ groſſities ⁊ cruditas. 359.

Nec eſt in eo ſitis: niſi fuerit flegma ſalſum aut putrefactio af-
fuerit. 360.

Ex his etiã accidentibus ſunt vſus omnium ciboꝝ humidorum ⁊
frigidoruȝ: ⁊ etas ſenectutis: ⁊ tp̃s hyemale: ⁊ priuatio exercitij et
balnei: ⁊ excedẽs quantitas cibi: ⁊ habitatio hũida rõne fluminum
et apparitio mariũ in ſomnis: ⁊ q̃rimonia ex incubo facta: ⁊ impo
tentia digeſtionis chili. 361.

Cum aũt apparebunt tp̃e ſanitatis ꝯtinuo accidentia de neceſſita-
te ſuper aduentũ egritudinũ ſignificantia: eſto ſollicitus in abla-
tione eorundem. 362.

Ex ſignis pronoſticis eſt ſignificans mortẽ futurã: ⁊ ex eis eſt qđ ſi-
gnificat futurã ſanitatẽ ſeu euaſionẽ: ⁊ ꝓprie ex his eſt ſcientia ꝓ-
noſtica. 363.

Ex ſciẽtia iſtoꝝ videbit medicus ⁊ ſciet quis moriat̃: retrahetq; in-
de man᷒ ſuas a cura eius: ſicut etiã videbit ex ſciẽtia eorundẽ q̃s
euadere đbeat: ⁊ curari ꝑ tãto notificabit ⁊ ꝓnoſticabit illđ. 364.

Principium huius ſcientie eſt ſcientia de tẽporibus morboꝝ ⁊ eo qđ

apparet in eis de diſpoſitione morboꝝ. Eſt etiã ſcientia de longitudine ⁊ breuitate ⁊ fortitudine ⁊ violẽtia ⁊ debilitate ſeu tranquilitate egritudinum. Et etiã de iudicio eius qđ dꝫ generari ex criſi in temporibus morbi. 365.

In quolibet morbo ſunt diuerſa tẽpora. In quoꝝ aliquo contingit mors ⁊ vita vel ſalus: ⁊ ſunt principiũ augmentũ ſtatus. In quolibet poteſt mors contingere. In quarto aũt qđ declinatio appellatur nõ ꝯtingit mors niſi ꝯtingat error vndecunq;. 366.

Principium aũt eſt in quo contingit nocumentum operationibus et debilitas in negocijs aſſuetis. 367.

Et hoc quidẽ tẽpore durat: donec digeſtio appareat in hypoſtaſibus: ſputo: fecibus: ⁊ vrina. Et poſt ipſum apparet ⁊ cognoſcitur augmentum ex longitudine paroxiſmoꝝ febrium: ⁊ operationibus ⁊ accidentibus. 368.

Status vero eſt cum regimen poſt dictum perfecta digeſtio apparebit: paroxiſmi morborum augebuntur: ⁊ accidentia in quantitate equabuntur. 369.

Accipit etiã morbus diminutionẽ ⁊ fit interdũ criſis perfecta. Unde cum hoc ſignũ videbitur ꝓnoſticeť pax ⁊ ſalus patientis nam mors minime accidit in declinatione: niſi errore ſuꝑ patiente cõmiſſo: aut aere cõplexionis male ⁊ illaudabilis: necnõ etiã omni extrinſeco contrario eidem contingente. 370.

Scientia aũt noſtra per quã cognoſcimus terminũ principij confert quidem in ſubtiliando cibũ ⁊ dietã ſicut decet: ⁊ in mediando ſubtilitatem eius in augmento. Nã hoc expedit patienti donec morbus ad ſtatum ꝑuenerit: tũc autẽ decet medicũ eẽ ſollicitum ad ſubtiliãdũ ꝑfecte dietam. 371.

Omnis morbus perficiť in mẽſura. Que ſi fuerit breuis diciť acutus. Et hic aut interficit in breui tempore: aut per criſim laudabilem terminatur. 372.

Ipſe eẽt eſt cite digõnis: ⁊ breuiũ tẽpoꝝ: auſter⁹: ⁊ periculoſus. 373.

Cognoſcitur autem ex breuitate ſui principij: pro tanto regať dieta ꝯuenienti. 374.

Non enim ſunt multe aggrauande eius virtutes. Nec eſt auferendus ⁊ prohibendus ei cibus omnino a principio: nã forſitam caderet virtus eius. Nec etiã eſt debilitandus ante ſtatũ ipſius: ſꝫ eſt potius prudenter in quantitate reficiendus ſufficienti ſm exigentiam ſui itineris. 375.

Si autem videas difficultatẽ ⁊ malitiã ſignoꝝ ⁊ periculoꝝ ⁊ dolores fortes ⁊ violentos cum mala diſpoſitione ⁊ ca ſu virtutis ⁊ rõne diminuta ⁊ permixta ita ꝙ virtus nequeat morbi malitiã tolerare pronoſtica mortẽ eius futurã ante ſtatũ: qm̃ quidem ex malitia accidentium ex morbo colico cõtingentium ꝓnoſticabis. 376.

Ex morbis etiã eſt diu durãs ⁊ lõgi tp̃is q̃ chronic⁹ ſeu temporalis

appellatur. Qui quidē minime corpus celeriter cōſumit ⁊ diſſol
uit: ſed aut necat ipm cū ptiſi ⁊ ethica egreſſu ſanguinis aut ma
cie: aut patiēs etiā longo tpe curabit: et morb⁹ p paulatinā diſ
ſolutionē ⁊ digeſtionē cōſumetur. 377.
Cognoſces aūt ipſum ex leuitate ⁊ facilitate accñtiū ei⁹: ⁊ frigidita
te cuiuſlibet ex his morbis.
Nō cibes ipm patientē modico cibo: qm caderēt virtutes ei⁹. 378.
Inter aūt morbos ſunt alij medij quorum. ſ. tpa non ſunt abſolute
breuia nec longa: tūc cibus eorū in ſubtilitate medief nūq̄ ſit mul
tus neq̄ paruus. 379.
Scito q̄ criſis eſt velox ⁊ ſubita mutatio q̄ ſuo tpe ex difficultate
ſeu malitia accñtiū ⁊ pugna exñte inter virtutē ⁊ morbū generant
vt celeriter ad vitā vel mortē perueniaf. 380.
Sex ſunt ſpēs mutationū in morbis ꝯtingētiū. Nā aut neq̄ tardā
tur aut citātur in eis: vnde interdū ꝯuertif in tēporib⁹ breuibus
corpus ad bonū ⁊ vitam. 381.
Si fuerit laudabile qd̄ precedit eam: pnoſticabit ſic ſup ipā ſcȝ ſu
per criſim ſecurā ⁊ laudabilē. 382.
Eſt aūt alia mutatio velox ad predicta q̄ quidē ſignificat mortē.
In hac quidē veloci malitia eſt anguſt⁹ pceſſus medici: nam hec
criſis eſt necās ⁊ pernitioſa. 383.
Tertia ex predictis mutationib⁹ ē mutatio tarda inducēs ad diſpo
ſitionē ſanitatis ⁊ curans morbū: nō tñ cū criſi: ſed poti⁹ per diſ
ſolutionē paulatinā in ea contingentē. 384.
Quarta aūt ſpecies p̄dictarum mutationuȝ eſt mutatio parua du
cens patientem ad interitum: nec fit cum euacuatione: ſed poti⁹
cum ethica diſſoluente corpus patientis. 385.
Quinta autem ex predictis eſt inter eas media cum inducit mortē
⁊ malitiam vltimam. 386.
Sexta ver perducit ad vitam in medio temporum. 387.
He autem criſes ſibi inuicem dicuntur cōtrarie compoſite. 388.
Criſis q̄dē laudabilis accidit in ſtatu cū perfecta digeſtiōe ⁊ v̾tutis
fortitudine. Cōtraria v̾o ei puta illaudabilis fit i augmēto. 389
Tria oportet ſcire in criſi. 390.
Scientiā vcȝ de pronoſticatiōe eius. Et de diebus creticis. Et ſciē
tiā etiā eius qd̄ ſignificatur per ſigna nobis ſignificātia in quaȝ
criſis ſpeciē terminef cū perficietur criſis cuiuſlibet morbi. 391.
Omnis aūt criſis pronoſticaf ex violentia accidentiū q̄ diximꝰ. 392
Et ſunt pmixtio ſenſus ⁊ intellectus: ⁊ dolor auriū: ⁊ capitis. 393.
Et fluxus lachryme anguſtia parua: famis ſeu caſus appetit⁹: mo
tus laborioſus: ⁊ vigiliarū inſtantia: ⁊ dolor in pectore vel collo: ⁊
illaudabilis excitatio a ſomno cū motu ⁊ rubedie oculorū. 394.
Et frendere dentibus: ⁊ limatio eorūdem in ſomno: ⁊ eorūdē percuſ
ſio: ⁊ fortis fricatio naſi patientis. 395.

Et interdū inſinuabit aliquis conſuēdo cū labijs ſuis. Uidebiturq̄ interdū ſuggere ea. 396.

Et velocitas quidē anhelit⁹ ⁊ deſideriū trahendi aerē frigidū cum anguſtia. Et velocitas pulſus ⁊ frequētia: ⁊ tuſſis cum infuſione ⁊ ſonitu ⁊ gargariſmatis. 397.

Et pulſatio cordis ꝯtinua; ⁊ ſincopis: ⁊ conatur patiēs a lecto ſuo ſurgere ⁊ recedere. 398.

Et dolor gutturis ⁊ meri cum anguſtia: q̄ ſi pſeuerauerit: ꝯtinget eī ſyncopis magna ⁊ fortis. 399.

Et pulſatio in lateribus ⁊ dorſo cū torſionib⁹ violētis ⁊ fortib⁹ ⁊ cōtinuo dolore ſtomachi cū querimonia ſtomachi vl' epatis: aut dolor ventris: aut circa pectē: aut etiā in renib⁹ ⁊ veſica: aut dolor fortis circa virgā: vel in virga: aut in matrice: aut in oīb⁹ iūcturis: aut q̄buſdā: aut ex eis intus vel exterius. 400.

Cū ergo videbiẗ augmentū hoꝝ accidentiū in dīe cretica: erit proculdubio bonū ⁊ laudabile: ⁊ potiſſime ſi prius digeſtio appꝑuerit Si autē: erit quoddā ꝯtrariū manifeſtū. 401.

Cauſa q̄dem criſis ſi ſit eoꝝ relatio vera eſt quoniam luna variat actionē in morbis. 402.

Jam quidē peragrat ⁊ abſcindit celeriter circulū ſuum: eſt q̄dē cauſa celeris motus ⁊ mutatiōis: fortificaẗ quidē interdū in hoc: ⁊ interdū debilitaẗ: hoc aūt notū eſt in arte aſtronomoꝝ. 403.

Nequaq̄ eſt operatio vel actio ſue actiōis ſenſibilis in ei⁹ iuuamēto: ſicut q̄dē eſt ad ſenſum viſibilis eſt ei⁹ figura ex eo q̄ð in ea exiſtit de claritate vel lumine ſolis. 404.

Eius autem quarta relucet in quarto. Et eius medietas in ſeptima. 405.

Et morib⁹ quidē minime cōtingit niſi ex diſpoſitione qua debilitatur opus nature. Qui ſi cū auxilio ꝓducatur curabiẗ quidem patiēs ⁊ vita prolongabiẗ. Sed ſi cum detrimento: morieẗ quidem ⁊ vita perdetur ⁊ ſeparabiẗ. 406.

Criſes contingunt interdum in quaternis. ⁊ interdū in ſeptenis: et ille quidē bone ſunt ⁊ laudabiles quib⁹ cōiunguntẗ digeſtio ⁊ pronoſticatio atteſtantes ſuper ipſas. 407.

Jn alijs quidē ab iſtis nequaquā circuit⁹ ⁊ periodi reperiūtur rōne turbatiōis ⁊ dubitatiōis cōtingētis in eiſdē. 408.

Jn nō hn̄tib⁹ vero digeſtionē ⁊ pronoſticationē contingit q̄dē dubiū in accidētib⁹. Nec ꝯtingit criſis in his dieb⁹ niſi cū cōtingit ꝯſequēter aliq̄ð ſiniſtrū. 409.

Cū videris morbū ſanguineū aut auſterū ⁊ violētū valde cū illaudabili ⁊ impetuoſo motu cuius ſigna patula ſint in capite ⁊ manifeſta q̄ vſq̄ ad oēs ſenſus extendanẗ cū rubore ⁊ pruritu naſi: erit ꝓculdubio criſis ei⁹ ꝑ fluxū ſanguinis nariū. 410.

Si vō accn̄tia ipſi⁹ deorſuꝫ ⁊ in ꝑte inferiori appareāt cum dolore

cōtinuo vmbilici ⁊ precesserit retētio menſtruorū: ꝯtinget quidē criſis per fluxum mēſtruorū. 411.

Sed ſi pars ſuprema corpis incolumis fuerit ⁊ a dolore in humeris cū dolore tamen hyppocūdrioꝝ ⁊ patiens querulosus ſit de epate ⁊ dolor vſq; ad anū extendat: nequaquā quidem committetur error ſi pronoſticetur criſis illa futura per fluxum ſanguinis emorroydarum. 412.

Si aūt morb⁹ ex colera rubea ſit in ſtatu: acciderit q; apoſtema capiti: ⁊ dolor capitis ⁊ anguſtia augeant: nequaq; qdē eſt deſperādū: qm̄ ꝯtinget criſis ei⁹ p fluxū ſanguinis nariū. 413

Ueruꝫ ſi eius accidentia ſint in ſtomacho ⁊ cum hoc prius conqueſtus fuerit patiens de epate cum anguſtia ⁊ ſincopi valida: erit qdem criſis eius per vomitum. 414.

Si vero caput ei⁹ fuerit ſine dolore ⁊ cū anguſtia vētris ⁊ eminētia vmbilici ⁊ p̄cedente vētris ꝯſtipatione pnoſticāda qdē erit futura criſis per fluxum ventris. 415.

Quod ſi venter eius pacē habuerit ⁊ digeſtionē laudabilē p̄ter q; morb⁹ ei⁹ violent⁹ ſit auſterus cum aliquantulo tm̄ labore ⁊ vigilijs circunſcriptis accidētib⁹ ſudoris: morbo quidem ſic molli et lento exiſtente cum doloribus pectinis: erit ſermo meus veridic⁹. ſ. q; criſis huius patiētis ꝯtinget per vrinā. 416.

Uerū ſi cū pace ⁊ qete p̄dicta retineat vrina p̄ter q; morb⁹ ſit in vltimo acuminis cū apertiōe tm̄ pororū ſine forti dolore ⁊ vigilijs et ſiccitate: erit quidē criſis ei⁹ forſitan cū ſudore. 417

Si aūt dolor mēbri vel iūcturarū in acutis ꝯtinget pculdubio chriſis earū per apoſtemata. 418.

Utere laudabili regimine ex ſignis ſup mortē euaſionē ſeu qetē pacem ſignificantibus. 419.

Ex his quidē ſunt horror luminis ⁊ lucis ⁊ fluxus lachryme cū rubore motu forti ⁊ vertigine. 420.

Et paruitas oculi in vno latere: ⁊ aptio oris abſq; oſcitatiōe. 421.

Et cum quis iacet ⁊ dormit reſupin⁹ manibus et pedibus ſuis protenſis et relaxatis. 422.

Ex his etiā eſt ſi videat patiēs deſcendere in lecto ſuo ⁊ man⁹ ⁊ pedes ſuos detergere. 423.

Necnon mala ⁊ illaudabil' imaginatio qua videatur fila a pannis ſuis euellere. 424

Ex his etiā eſt vltimata grauitas: aut ei⁹ manifeſta ſuſpēſio. 425

Et ēt frendere dentibus preter ſolitum: ⁊ apponere man⁹ ſuper caput et puluinar. 426

Aut ēt ſi imaginetur quod veſpilioneꝫ nigri coloris capiat et velit eum interficere. 427.

Nam hoc contingente in morbo acuto mors; quidem appropinquabit. 428.

Ex his etiam eſt ſi tacitus efficiatur verboſus: et mitis pacificus iurgioſus. 429

Aut ſi conqueratur de cecitate ⁊ ſurditate vel caſus virtutis ratione violentie morbi. 430.

Uel etiaȝ ſi videatur patienti dum dormit in ſtatu quod cadat nix ſuper caput eius. 431.

Et anima quidem inquieta domina magne frigiditatis: eſt res mala et illaudabilis. 432.

Ex his ſunt vigilia nocturna et ſomnus diurnus: aut omnimoda ꝓuatio ſomni. 433.

Necnon ſi diſpoſitio egri in ſomno et poſt ſonnum deterioretur: et cum dolore efficiatur. 434.

Si etiam medicus ordinate et recte operetur preter quod operationis intentum erit malum. 435.

Ex his aũt ſunt facies mortuoꝝ facieb⁹ ꝯſimiles cũ planitie ſeu extẽſione tẽpoꝝ ex morbo ꝯtingente ⁊ ꝯſtrictione auriũ ⁊ ipſarũ frigiditate ⁊ earũ inuerſatiõe ⁊ oculoꝝ ꝓfunditate. 436.

Etiam rubor vel nigredo oculoꝝ aut eorum eminentia vel ꝑncipiũ fuſcedinis ipſorum. 437.

Aut etiam ſi quieuerint vel ſi fuerint infrigidati aut palpebrarum tortura. 438.

Aut ſi fuerit naſus acutus cum obliqua fronte ex latere labij contracto vel marcido. 439.

Frigiditas quidem extremorum patientis cum vlcere ⁊ nigredine lingue laborioſa ⁊ ſimilia cruciantia ſunt quidem illaudabilia cum febre vrente. 440

Ex his etiam viridis rubor vnguiũ ⁊ viror in corpore cum veſtigio nigredinis. 441.

Ex his etiam eſt icteritia ſi añ ſeptimaȝ diem apparet cum macie hippocundriorum. 442.

Et ſi frigiditas ſit in manifeſto ⁊ ſupficie corpis et talis fuerit ⁊ ſit iteri⁹ Et pſerti adbuc ſit ⁊ remãſerit ſup mẽbra ꝑncipalia. 443.

Et tumor q̃dẽ vult⁹ cũ tumore extremitatũ añ duo ſeptenaria ẽ q̃dẽ terribilis: nam hui⁹ patiẽtis materia velox eſt ⁊ cita: vñ nõ videtur ꝙ ad terminũ duoꝝ ſeptenarioꝝ valeat puenire. 444.

Aut ſi quieſcat ⁊ ceſſet febris abſ ꝙ criſi: aut ſi eius fortificatio paulam augeatur in diebus paribus. 445.

Ex his q̃dẽ eſt fex nigra vł viridis fetida pinguis rubea ⁊ ſicut aq̃ butiroſa ⁊ alba. He nãq; male ſunt ⁊ illaudabiles. 446.

Necnon etiam ſi appareat diuerſoꝝ coloꝝ: hoc nanq; mortem au criſim futuram ſignificat. 447.

Et ſi cũ caſu appetit⁹ egeſtio ſit colerica cũ q̃ egrediaꝫ fruſtũ ſãguinis ꝯgelatũ primo ⁊ ꝯſequenter fruſtũ carnis. 448.

Et etiam ſi poſt egreſſum cholere appareat ſanguis abſq; pũctiõe ⁊

ſtimulatione. 449.
Et ſi poſt extenuationẽ ⁊ emacerationē corporis appareat ⁊ egrediatur fex nigra. 450.
Et cōſtipabitur vēter in febre vrente: ⁊ vexabit cerebrum 451.
Si etiam egrediatur ventoſitas cum ſono inuerecundo preter ſolitum erit malum. 452.
Et vrina q̄dē nigra tenuis ⁊ pauca ſignificat patiētis interitū. Eſtq; timēdū vt plurimū ⁊ periculoſum cū accidit pmixtio ratiōis ⁊ intellectus cum tenuitate vrine. 453.
Ex his etiā ſunt vomit⁹ ⁊ flux⁹ cum nigredine. Et fetor ex putrefactione contingens. 454.
Frequens etiam tuſſis cum modico ſputo eſt ſignum malum et illaudabile. 455.
Sputū ēt diuerſoꝝ coloꝝ in pleureſi cū tuſſi laborioſa ⁊ difficili ſignificat mortis propinquitatem. 456.
Et ſudor ſoli⁹ capitis ad quē ſeu ad cuius euacuationem nō ſubſequitur quies eſt malus. 457.
Si facies eoꝝ appareāt q̄les fuerint tpe ſanitatis: eoꝝ quidē cura ⁊ certa euaſio erit manifeſta. 458.
Ex his ēt eſt vniformitas ⁊ equalitas caloris circūſcripta macie hypocūdriorum. 459.
Icteritia poſt ſeptimā diē manifeſta ⁊ pfecta ratiocinatio abſq; malitia ⁊ vigor mot⁹ ⁊ ſenſuū oīm ꝯcomitāte facilitate ⁊ lenitate ſui corporis: ⁊ ſolit⁹ decubit⁹ ⁊ ſomni aduētus in nocte vt plurimū ſine ſōno diurno cū vigore patiēti poſt ſomnū. Oīs ēt ſomn⁹ tollēs dolorē ⁊ pturbatiōem ſeu pmixtionē rationis ⁊ mitigās egritudinē eſt laudabilis. 460.
Cerebrū quidē patit ex q̄buſdā mēbris cōpatientib⁹ ſecū in paſſiōe Unde ſi tūc euaſerit a pmixtiōe cōtinua: euadet q̄dē patiēs laudabiliter ab hoc morbo. 461.
Et ſi cū apoſtemate capitis aſſit ſternutatio ex ſignis erit ſup ſanitatē ſignificantibus. 462.
Omnis fluxus ſanguinis etiā ab aure in morbis capitis eſt curatiuus corporis. 463.
Anhelit⁹ manifeſt⁹ nō frequēs aut tard⁹ eſt laudabilis: nec eſt verēdus ſi nō fuerit interciſus ſeparat⁹ aut orthomioſus cogēs erigere patientem. 464.
Et ſimiliter eſt laudale cū pulſus eſt virtuoſus fortis ſine anguſtia. Nec eſt anhelitus vrens nec inflāmatiuus. 465.
Ex his ēt ſunt bonitas appetit⁹ ⁊ digeſtiōis cū equalitate ⁊ laudabili ſubſtātia fecū ⁊ colore memino in citrinitate circūſcripta nigredine earum vſtiua ⁊ viriditate. 466.
Aut exit⁹ ēt humoris cū lūbricis in die cretica: hoc q̄dē eſt ſignum vite: hoc enī cōtingēte auferē morb⁹ cū fuerit ex illo humore. 467.

Egrediente colera rubea aufertur ſurditas tolliturq̧ inde nocumē tum in morbo cerebri. 468.

Sanguis etiam emorroydarum curat morbum ſplenis: hoc etiā eſt laudabile in melancolia. 469.

Et fluxus quidem aque et humoris flegmatici eſt cura morbi in hydropiſi. 470.

Egreſſ⁹ q̄z colere cit rine in obtalmia feſtinat curā ei⁹. 471.

Ex his q̄dē ſignis eſt: vt videas vrinā ſimilē in colore pomo citrino cū hyppoſtaſi alba in fundo reſidente. 472.

Et ſi ēt videas ſudorē infirmi equalē in febre cōtinua. 473.

Et tumorem exterius apparētē in ſquinātia: hoc enim bonum ꝛ laudabile eſt. 474.

Tumor q̄dē teſticulo꜡ in tuſſi cronica eſt cura corpis. 475.

Et ſimiliter apa pedis in morbis pulmonis; necnō apa generatum in iunctura cruris ꝛ in inguinibus. 476.

Et puſtule narium aut labiorum in tertiana eſt ſignum ſalutis pronoſticum. 477.

Et varices quidē innate ſunt cura alopitie: necnon eius quod eſt in ventre ꝛ ſplene. 478.

Et oxiremia quidem in lienteria inteſtini contingit ex retentione cibi. 479.

Et febre cōtingēte in ſpaſmo vel epilepſia fit eorum cura. 480.

Si patiēti ſingultū cōtingat ſternutatio eſt cura eidem. 481.

Decet quidē vt cum volueris iudicare patientem ꝙ vtaris proportione. 482.

Nam ex ſignis ſunt quorum virtus vera eſt ꝛ certa: ꝛ ex eis ſunt que per alia falſificantur. 483.

Juſta autem ſignificatio ſumitur inter membra ex eiſq̄ apparent in capite. 484.

Si ergo videas aliquaꝫ ſignificationē iuſte ſignificātē in corporaliā ſibi contrariam ſic ſignificantem. 485.

Cōtingit etiam ꝙ apparens ſup contrarium corporis non ſint niſi teſtimonia debilia. 486.

Omne ſignū nō habēs cōtrariū ſignificat ratione ſuper curā ꝛ euationem. 487.

Et omne ſignum pronoſticatiōis predictis cōtrariū ſignificat mortem et perditionem. 488.

Cum aūt apparebūt tibi ſigna ꝯtraria ꝛ debilia: ſequit̄ q̄dē ad hoc dubiū. Unde ſta tunc et proroga iudicium. 489.

Cū ergo erūt equata in diſpoſitiōib⁹ ſuis ſta. Sed iudica a predomināte cū erit contingentia in equalitate ſua ſupple. 490.

## Incipit ſecunda pars canticorum.

## Et eſt practica.

P Oſtq̃ ordinaui in parte theorice medicine quod ſeriatim audiuiſtis: ⁊ hoc ſm qḋ in mea mẽte preordinauerã: incipiã q̃dem nũc in practica ipſius. Jã autem retuli in principio huius libri illud propter quod eſt neceſſarium illud cuius relationem faciam in hoc capitulo. ¶ Operatiõis autem practice ſunt duo modi. ¶ Quorum vnus manualis exercetur. Alter vero medicinis et conuenienti regimine in cibis. Eſt autẽ non modicuꝫ quod per illud regimen exercetur. Hoc autẽ regimen in duas partes diuiditur. Quarum vna cõſeruatiua ſanitatis dicitur. Et altera egritudinis curatiua. Et hoc ꝑ vitã meam in perfectione medicine continetur. 1.

Et cõſeruatiua q̃dem ſanitatis dr ſm veritatẽ de habẽte eã perfecte ⁊ abſolute: necnon etiam de eo cuius ſanitas eſt imperfecta. Et huiꝰ quidem ſunt ſm opinionẽ due ſpẽs. Una eſt in eo cuius debilitas permixta eſt per totã ſuã ſubſtãtiã in omnibus partibꝰ ſuis ſicut in ſene ꝯualeſcẽte: ⁊ paruulo in q̃bus. ſ. debilitas eſt ꝑ totũ mixta ⁊ in eo in quo apparet aliqḋ ſignũ ꝓcedẽs metũ qḋ appareat in eo lapſus in aliquem morbum. 2.

Alia eſt in eo in quo apparet morbus in aliq̃ ex ꝑtibꝰ ſolũ ſui corporis Puta in cute eiꝰ aut carne vel oſſibꝰ eiꝰ. Et ſicut ẽt eſt in hñte ſtomachũ debilẽ frigidũ egrũ naturaľr. Necnõ etiã in habente leſionem ab vtero ⁊ matrice: ſicut in habẽte ſextum digitum aut tumorem gibbum. 3.

Et in eo in quo apparet in aliq̃ etate ⁊ in aliquo ex tꝑibꝰ anni ⁊ nõ in alijs: ſicut humidꝰ in ꝯplexiõe eſt debilis in pueritia: ⁊ poſtq̃ actus fuerit eſt ſanꝰ ⁊ fortis. Et ſiccꝰ ꝑ ꝯplxõnẽ deſtruet viribꝰ in autũno preter ꝙ in vere debilis efficiatur. 4.

Conſeruatio q̃dẽ ſanitatis eſt quoddã genꝰ generale duas ꝯprehendẽs ſpecies ex oꝑatiõibus medicine. Ex q̃bus eſt vna vt cũ intẽdetur ad ꝯſeruationẽ ꝯplexiõis alicuiꝰ ꝙ ordinet ⁊ cibꝰ et dieta ſilis. Sed cũ intẽdet trãſlatio corporis eius a ſua cõplexiõe fiat huiuſmodi eo ꝙ cõtrariet ꝯplexiõi antedicte. Ueꝝ regimẽ ſani ſimpliciter ⁊ abſolute eſt ꝙ attendatur ad cõſeruandum ipſius laudabilem diſpoſitionem. 5.

Et moretur ſeu faciat reſidẽtiã ſuã in aliq̃ ex ciuitatibꝰ quarti climatis q̃ ſcilicet ꝑfectũ aerẽ habeãt ⁊ vaporẽ: ⁊ habeãt ſpecul. verſꝰ heremũ ⁊ ſiluã: ⁊ inſpiciant etiam verſus partem orientalẽ quia ipſa eſt ſubtilior. 6.

Tempore vo eſtiuo declinet ad mõtes. Sitq̃ habitationis locꝰ aptus a parte ſeptentrionali. 7.

In noctibꝰ quoq̃ habitet ⁊ q̃eſcat in ſuꝑioribus locis ⁊ ſedibꝰ. In die vero deſcendat ad inferiores. 8.

Caueat etiam ⁊ vitet pãnos laneos: ⁊ de bombace: ⁊ condeſcẽdat ad

ſubtiles lineos. 9.
Utatur ēt aromaticis frigidis:ſicut ex oleo roſaceo. 10.
Protegatq; oculos ſuos a puluere fumo vapore turbido ⁊ corrupto ⁊a radio ſolis hora meridiei ⁊ feruoris:necnō ab occurſu fortis ca liditatis:nec ēt attētē aſpiciat figuras ſexiles ⁊ ſubtiliter intricatas nec litteram minutā et ſubtilem. 11.
Debeat aūt ad minus q̄libȝ comedere ſemel inter diē ⁊ noctē. Ad plꝰ bis. Mediū aūt inter hoc eſt ſi comedat ter in duobꝰ diebꝰ. 12.
Prolonget ēt tpe refectiōis:vt fiat cibi bona digeſtio:fiāt ēt parue bucelle vt bene digerantur. 13.
Nā oē aliō qō ꝯtūdere nō poteris:erit a pōte digeſtiōis difficilis. 14.
Attēdat ēt vt oē p̄ter naturā ⁊ illaudabile curet cū cōtrario eiꝰ cōue niētis ſm cōplexionem et malitiam ipſius. 15.
Sūt aūt ꝯplures ꝯplexiōes ineq̄les cū malitia cibi rectificabiles. 16.
Utat ergo eis bō ſm vſum ⁊ cōſuetudinē ſuā. Nec ſunt appetitꝰ nec delectatio cibi omittendi. 17.
Omnis namq; cōſuetudo ſubito et ſine gradatiōe ablata:nocet et offendit illum cuius eſt. 18.
Eſt aūt hūidū ⁊ lubricū ſtiptico imponēdū. Eſtq; ſapor dulcis aceto ſo miſcēdꝰ. Et ſiccū cū hūido rectificādū. Et frigidū cū calido. Et ecōtrario. Qō ſi timeat defedatio oleaginoſi vel eiꝰ qō eſt male di geſtiōis rōne pinguedinis addat ſal eis aut aliq̄d acutū:naȝ hec iuuant ad ſubtiliandum. 19.
Poſt exercitium quoq; eſt refectio facienda:et ipſum poſtq̄ exiuerit fex ab eo. 20.
Eſt aūt q̄rēdꝰ locꝰ trāq̄llꝰ ⁊ frigidꝰ ⁊ a vēto euētatꝰ ad laudabilē refri gerationē faciēdā. Necnō ēt tēpus ⁊ hora frigida:vn̄ decet homi nē eſſe attētum in hoc regimine. 21.
Tēpore q̄dē eſtiuo eſt cibi quātitas minuēda. Eſtq; tūc ad ſubtilita tē nutriētia declinādū. Un̄ vitāde ſunt tūc carnes groſſe. Et vtēdū eſt oleribus et lactis ſpeciebus. 22.
Et piſcibꝰ recētibus:hedo ⁊ agno mediocris etatis:et pullis gallina ceis et gallinis carnibus quoq; colūbarū et cothurnicuȝ. 23.
Sunt etiaȝ ex conferentibus tunc ex coriādro ⁊ agreſta compoſita ⁊ ſatabeg et ceribat. 24.
Si q̄s ergo velit a morbis euadere diuidat regimē ſuū in tria:quoꝝ vnum tribuat anime:et aliud cibo:et aliud potui vel aque. 25.
Et paꝝ q̄dem aque frigide ſatiat et ſitim ſedat:ad hoc tamē nō ſuf ficeret multum tepide. 26.
Nō eſt aūt a q̄ potꝰ frigide nimiū frequētādꝰ:eo q̄ neruis obſit. 27.
Non eſt etiam offerendus potus aque niuis niſi pingui ſanguineo multe carnis. 28.
Eſt etiā vitandꝰ potus aque in mēſa niſi ratione adherentie ⁊ tardi deſcenſus bucelle. 29.

Nõ eſt etiam ſumẽda aqua cũ cibo nec ingreſſu a balneo. 30.
Nec etiã poſt forte exercitiũ ⁊ coitũ: hoc.n.eſt malũ ⁊ illaudabile. 31.
Si tamẽ quis ex modica tolerandi potentia ſitim vrgeat: ſumat ex ea parũ tantũ ſcilicet qđ declinatio ⁊ impulſio cibi ad iferi⁹ ſtoma chi ꝯpleatur: quaten⁹ ibidẽ digerat. Sumat tñ ex aquis illa que ſitim ſedet ⁊ ſatiet: aut ex vino qđ ⁊ quantũ ꝯgruat ⁊ ſufficiat. 32
Et ſi ſumpta aqua ad ſatietatem aut vino ſufficienti accidat ſitis: vitentur potus eoꝝ: qm̃ talis ſitis eſt mendoſa. 33.
Nõ eſt curandũ de aſſũptione multi vini: debetq; ſufficere modicũ cũ eſt in vſu: nec eſt ꝯtinuand⁹ omni die pot⁹ vini: nec eſt bibend⁹ in ieiunio: nec etiam poſt ſumptionẽ cibi ſubtilis vel acuti. Eſtq; omni tpe vite niſi ſemel in menſe ebrietas euitanda. 34.
Et bibat vinũ aromaticũ adiũcta ſibi acetoſitate mali granati aut ſucco citonioꝝ et cucumeris: ille cui accidit ex potu vini dolor capitis ſupcalefactio et ebrietas: bibatq; ipſuȝ cũ aqua mixtuȝ. 35.
Et dandũ eſt in potu ei qui q̃ruloſus eſt rõne vẽtoſitatũ in corpore ſuo exiſtentium vinũ purũ et citrinũ: nã fortius ex eis ꝯgruit eis. amplius expedit etiam vt cum ſalſis coniungatur. 36.
Tẽpore aũt eſtiuo ſumẽdũ eſt vinũ albũ ⁊ aq̃ſũ: eo ꝙ ſit ſubtilitati et ſimplicitati ꝓpiq̃us: cui addãt acetoſa: ⁊ ſup cõedãt ſtiptica. 37
Non prolongetur ſomnus: qm̃ hoc obeſt anime. Nec etiam vigilie qm̃ inde debilitantur ſenſus. 38.
Prolongatio veri ſomni congruit ei cuius cibus eſt indigeſtus: necnon ſup malitiã cibi non recipiẽtis digeſtionem. 39.
Sic nec eſt ſomn⁹ ꝓlongand⁹ in ieiunio ⁊ tpe famis. Nam repletur caput fumo et vaporibus a fecib⁹ ⁊ ſupfluitatib⁹ eleuatis. 40.
Eſt quoq; immediate poſt cibũ vel comeſtionẽ dormiendũ accumbẽdo donec ad locum digeſtionis puenerit cibus aſſumptus. 41.
Non eſt exercitandũ exercitio magno ⁊ forti: nec eſt tñ q̃ſcendũ ꝙ omittatur omne exercitiũ: immo q̃dẽ eſt hoc vitandũ. 42.
Sũt ergo taliter mẽbra exercitanda ⁊ p exercitiũ adiuuãda ne colligatur qđ timetur colligi in eis ex malis humoribus. 43.
Eundo vel clamando ſi volueris donec appareat velox et cita expiratio. 44.
Macer autem et extenuatus non debet exercitari ne ipſius diſſolutio amplius augeatur. 45.
Necnon debet exercitari pinguis ⁊ multe adipis axungie: ⁊ tamẽ accingendus ſi habuerit ventrem magnum. 46.
Tempore vero eſtiuo eſt minuendum exercitium: cum tunc diſſoluatur ⁊ ſubtilietur homo per ſudorem. 47.
Jam quidem retuli in capitulis theorice regimen eius: cuius corpus indiget euacuatione ſuperflui: aut retentione contrarij addens huic quod mihi placuit. 48.
Cõgruit q̃dẽ vſ⁹ omniũ ⁊ quorum ꝑmiſi relationẽ ſcḋm q̃litatẽ dictã

in tpe eſtiuo ſupcalefacto iuueni ꝛ ciuitatib⁹ meridionalib⁹. 49.
Et tẽpoꝛe quidem hyemali eſt vtendũ ↄtrarijs eis q̃ retulim⁹ vt obuietur ꝛ reſiſtatur frigiditati ipſius. 50.
Uere quoqꝫ ꝛ autumno incedẽdũ eſt inter eſtatẽ ꝛ hyemem. 51.
Congruitqꝫ regimẽ exiccatiuũ in vere. Et humectatiuũ in autũno. Unde fugienda eſt exiccatio in eodem. 52.
Eſt autem vtendum regimine conuenienti tempoꝛe eſtiuo: ꝛ in fine veris: ꝛ in principio autumni. 53.
Uerũ in principio veris ꝛ in fine autũni dꝫ regimem ↄfoꝛmari regimini hyemis. Uñ vtendũ eſt tũc cibis calefacientib⁹. 54.
Regimen aũt ei⁹ cui⁹ relatio dicta eſt ↄgruit habitantib⁹ ꝛ reſidẽtiam facientibus in ciuitatibus ꝛ caſtris. Uez mercatoꝛes ſunt regendi regimine iter agentium. 55.
Et quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme. Et volens nauigare dꝫ aſſumere ꝛ colligere aquam multam ꝛ multa vaſa munda Cui preparanda ꝛ offerenda ſunt cibaria humida. Uenter ꝛ natura eius eſt cum medicinis mollificanda. Unde ſi timeatur vomit⁹ colere euacuetur ꝑ ſeceſſum. Quib⁹ pactis ingrediatur nauiꝫ. Et imponat ſecum ſuccos acetoſos ꝛ cum eis ſtipticos. 56.
Et ad vitandũ defedantias ꝛ ſoꝛdes ꝑparet ſibi mundas veſtes. 57.
Cũ aũt in aliquo ex iter agẽtib⁹ multiplicabunt pediculi: quos nõ poſſit iterficere: lana cõtrita ꝛ merſa i oleo: i q̃ argẽtũ viuũ fuerit extĩctũ appẽdat veſtib⁹ ei⁹ donec videãt cadere pediculi ab eo. 58.
Iter autẽ agens per ſiccũ regat cũ regimine frigoꝛis. 59.
Eſt ergo cauendum ne obuiet ei frigus: quoniam perdetur ratione algoꝛis ꝛ congelationis. 60.
Et reficiatur vſqꝫ ad ſaturitatem ne moꝛiatur fame. 61.
Et ſi fuerit infrigidatus ingrediatur balneum Et vniatur cum habentibus coꝛpoꝛa pinguia ꝛ carnoſa. 62.
Et ſi caligent oculi eius: viſuſqꝫ ipſius diſgregetur ex gelu: ponat ſuper facieꝫ eius peplum nigrum. 63.
Et ei⁹ extrema ꝓtegant a frigoꝛe: ꝛ oleo fomententur. vñ inuoluant pedes ei⁹ multis coopertoꝛijs poſtqꝫ ſubtelares calcientur. 64.
Unde ſi ceſſante doloꝛe extremoꝝ nõ recuperẽt ſenſũ ſcito ea diſſoluta ꝛ moꝛtificata a frigoꝛe. Pꝛo tãto tũc iugiter ſunt fricãda et calefaciẽda cũ oleo de ſinapi calefacto ꝛ ↄſequẽter faſcianda. 65.
Et ſi ide pedes fuerit nigri aut liuidi: ſcarificent. Et ſi fuerit in eis putredo mũdet. Et ſi aliq̃d diſſolutũ fuerit abſcidat illd ab eis. 66.
Qui vero inde laſſitudinem incurrerit curet cũ oleo. Et ſeruet regimen ꝛ dietam ſubtilem. Fricenturqꝫ ꝛ extendantur ipſi⁹ membꝛa in balneo. Et requieſcat ↄſequenter aliquibus diebus 67.
Iter agẽs tpe eſtiuo ꝛ calido ſic eſt regẽd⁹: vt. ſ. ꝓhibeat ei ne aggrediat iter ſuũ hoꝛa eſt⁹ ꝛ feruoꝛis in meridie. Eſtqꝫ pꝛio minuẽd⁹ ne ſupcalefaciat ex ardoꝛe itineris. Pꝛo tãto extrahat ſanguis ab eo in

magna q̄titate:ꝛ ſic efficieť ſecur⁹ ab apate.ſ.p flobotbomiā. 68
Uerū ſi colera in eo domineť:educať ab eodē:ꝛ ſic ſitis malitia alleuiabiť aut tolleť. Eſtq̄ aň egreſſum itineris ſuccis ꝯuenietib⁹ extinguēda: alias verēda eſt ne calor ipſi⁹ periculo exponať. 69.
Et fiat vt comedat aliquātulū ex herbis frigidis ꝛ ſimul ſaturetur aqua. Et q̄eſcat cū poterit. Nec iraſcať fortiter aliquaten⁹. Et moreť in locis vmbroſis. Et vitet ſeu dimittat clamorē ꝛ ſermonē necnō ēt bellū ꝛ iurgiū. Nec moreť in loco nimis calido. Et ſumat in potu ſirupū ex ſucco vue acerbe cū ſucco portulace ꝛ aqua. 70.
Et ſi ſitiat in meridie teneat in ore ſuo pillulā vnā ad quātitatē lupini factā ex trociſcꝭ cāphore. Etſi timeat ne facies altereť a ſole ꝛ nigreſcat ei⁹ cutis: diſſoluat ſeu liquefaciat rector ei⁹ oleū cū cera ſimul iuncta:ꝛ preſertim in mulierib⁹. 71.
Cuſtodiatur taliter infans in vtero:ne contingat corpori ei⁹ aliqđ nocumentum. 72.
Et eligatur nutrix q̄ cibabit ꝛ potabit eum vt ſit boni nutrimenti apud eum. 73.
Talis eſt etiā apponēda intentio ſuper ſtomachū pregnātis ne ꝯtigat corruptio in deſiderijs ſeu appetitib⁹. 74.
Rectificeť etiā ſanguis ei⁹. Et ipſi⁹ ſupfluitates educanť:ne infantes ſupfluitatib⁹ offendāť. Uerū ſi ſanguis excitareť in eis:minime tamē minuantur. Sed vice predicte euacuationis infrigideť ſanguis ſeu eius feruor extinguatur. 75.
Si etiā flegma in ea exciteť:minime tn̄ euacuatur ſeceſſus:vtatur nihilomin⁹ tunc cōiter ſubtiliātib⁹. 76.
Cum aūt inſtabit tp̄s partus vtendū eſt partuȝ facilem efficiētib⁹. Unde fricētur in balneo ex oī parte cum oleo ilia ipſi⁹:ꝛ qđ coniungitur vētri eius:vt ſic nerui eius ꝛ muſculi mollificenť:ne partus ei⁹ laborioſus efficiatur. 77.
Unde vtať oleo in cibis ei⁹. Et ſorbeat brodiū ſeu ius pingue. 78.
Et ꝓtegať a clamore:ſaltu:timore:pugna:ꝛ ꝑcuſſiōe. Et in agone ꝛ violētia ei⁹ offerať ei decoctio dactiloꝝ ꝛ fenugreci. 79.
Expedit etiā vt in partu habeať obſtetrix diſcreta: q̄ circūſcripta oī puſillanimitate trahat fortiter pedes ei⁹ ꝛ ip̄rimat vētrē ei⁹: caute tn̄ ꝛ diſcrete:poſtq̄ ſubito eā ſurgere fecerit. 80.
Et ſi fluat ex ea ſanguis mult⁹ offeranť in potu trociſci ex karabe Si ꝟo rōne alicui⁹ īpedimēti nō egrediať ab ea ſanguis ī ꝯueniēti quātitate ſumat in potu trociſcos de myrrha. 81.
Et vtať fumigijs diſſolutis ex myrrha hytran ſauina ſulfure ꝛ colloquintida factis ſi ſecūdina non egrediať. 82.
Eſt ergo nutrix eligēda:ſit mediocris etatis ꝛ carnoſa:nō tn̄ laxe carnis ꝑ ꝯplexionē ſuā:appropinquās qualitati ꝛ tēperiei:altix erecti corpis ꝛ magnaꝝ mamillarū:habens caput mundum ꝛ ſanum:ꝛ oculos immunes ab omni nocumēto intriſeco: ꝛ q̄ ſit ſa-

na breuiter in mēbris ꝛ iūcturis ſuis. 83.
Et habeant multū lac cui⁹ color ſit albus. nec ſit nimis ſubtile nec nimis groſſum: ꝛ ſit ſapor ei⁹ dulcis ſine horrore aliquo: ſitqꝫ cō iūctū in partib⁹ ꝛ non fluidum. 84.
Cōgruit aūt vt dulcib⁹ piguib⁹ ꝛ piſcib⁹ recētib⁹ cū oleo nutriat̄. 85.
Ungat̄ ꝯliniat̄ ſtipticis cū faſciabit̄: donec māifeſte iduret̄ cutis ei⁹ ꝛ caleſiat. Et ab hūiditatib⁹ ei⁹ mūdet̄. Et mediocri ligatura faſcie tur. 86. Nec ē etiā ei lōgo tp̄e ꝓhibēdū: qm̄ ſupcaleſieret ide. 87.
Suntqꝫ tollenda ꝛ vitāda omnia ipſum ad iram excitātia: ꝛ ipſius ſomnū impedientia. Si em̄ velit quis ſomnū prouocare ponatur ſtratus eius capax ꝛ latus ſatis in loco opaco. Et imponatur papauer in cibis ſuis: ſi ex ablatiōe ſomni ſeu vigiliaꝝ inſtantia cō tingeret ei aliquod nocumentū. 88.
Utili⁹ tn̄ eſſet multū magiſqꝫ neceſſariū ne alicui īfantiū daret̄ aliqd ad comedēdū excepto lacte ſolo donec habuerit dētes ſuos. 89.
Et cū ſurget a ſomno ꝛ excitabit̄ nec exercitet̄ ad vidēdū lucem: taliter etiā ꝙ inſpiciat aſtra in celo: videat etiā in die colores varios ꝛ diuerſos: quatenus in hoc exercitetur. 90.
Et loquat̄ ſemp alte quicūqꝫ aut q̄cūqꝫ habebit acceſſū ad ip̄m cū voluerit quis ip̄m inſtruere ꝛ aſſueſcere ad loquēdū. 91.
Et ponat̄ mel in ore ei⁹ leniēdo ꝛ fricādo ex eo palatū gingiuas ꝛ linguā eius. Et addat̄ cū eo aliquātulū thuris ꝛ liquiritie. 92.
Et ꝓuocetur ei ſternutatio quaten⁹ ip̄i⁹ naſi oppilatiōes apiant̄ ꝛ mūdent̄: hoc em̄ rectificat ꝛ clarificat vocē ſuā oēs etiā ſenſus ei⁹ ꝛ cū hoc dilatat pect⁹: ꝛ anhelitū bonū facit. 93.
Et vitet flobothomiā ꝛ pharmaciā donec ad etatē adoleſcentie peruenerit. Nec reſiſtatur apoſtemati variole ſeu exiture eidē cōtingenti cum attractione. 94.
Lꝫ cōualeſcētes ab egritudine ſani exiſtāt: eoꝝ tn̄ corpa nō ſunt fortia ſed debilia ſicut ſunt debiles imunes a morbo quoꝝ virtutib⁹ accidit fatigatio ꝛ ſanguinis ꝑuatio in eoꝝ corpibus. 95.
Si aūt macies ꝛ extenuatio corpoꝝ ſuoꝝ fuerit longi tp̄is ꝛ cronica reducātur paulatī ad ꝯſuetudinē ꝓpriā: nec fiat hoc ſubito et feſtināter. Si vero emacerati fuerit ꝛ extenuati in tp̄e breui reducātur celeriter ad ſolita: eſt nihilomin⁹ gradatī regimē ſubtiliādū donec euaſio corpis ipſoꝝ ſit manifeſta. 96.
Detur ergo ei pax ex cibo q̄ tn̄ laudabilis ſit virtutis ꝛ chimi. 97.
Et ſit i q̄ete ꝛ trāq̄llitate eo ꝙ eoꝝ mēbra tenera ſint ꝛ mollia. Rectificēturqꝫ eoꝝ aīe bono ꝯſortio ꝛ laudabili ſede. Et miniſtrētur ei aromata ꝛ oēs flores laudabilis odoris. Et gaudeāt ꝛ letēt̄ ipſi ex hylarātib⁹ rectificēt̄ ꝛ vitet meditationē ꝛ triſticiā. Et igrediat̄ tinas in balneo: nec tn̄ ibi diu ſedeat. Et vnguāt̄ ibi mēbra eoꝝ oleis ꝯueniētib⁹: nō tn̄ cū forti fricatiōe: nā hec efficiūt i eis colorē inaturalē. 98. Uires ꝛ ꝟtutes ſenū retrocedūt oī die ꝛ ēt minuūt̄. 99

Unde detur eis fortis cibus in parua quantitate ſumptus: que ſcꝫ non aggrauet membrum. 100.

Et ſi ea euacuantur nequaꝙ̄ colera educatur: ſed potius dimittatur: cum ſit in eorum corporibus medicina. 101.

Nec prohibeatur eis totaliter flobothomia ſi iam vſi fuerint ea: immo minuatur etiā in hoc caſu ſexagenarius ſi corpulentus fuerit ⁊ carnoſus: bis in anno: nec abducaꝛ in hoc duobus anni temporibus. Prohibeaꝛ tñ ei oīno flobothomia ex cephalica: et ſic erit eius regimen bene ordinatum. 102.

Cū etiā peruenerit ad ſeptuageſimū annū minuaꝛ ſemel in anno: nec ſecūdeꝛ in eo etiā in corpulētis. Nec etiā extūc de mediana minuēdus: ⁊ ſi fuit corpus eius quaſi plenū: vnde cū ꝓceſſerit in etate amplius .05. annis minuatur bis de baſilica in duobus annis. 103.

Poſt hāc aūt etatē ē eis oīno flobothomia ꝓhibēda. Nā obeſt multū ſeniorib⁹ ⁊ decrepitis. Nec etiā ſunt eoꝝ apāta mitigāda. Nec eſt etiā attractio in apoſtematibus eorum fortificanda. 104.

Sunt nihilominus mūdificandi cū fricatiōe ⁊ ſudore: denturꝙ̄ eis pingues .ſ. ficus per interualla: ⁊ mūdificētur etiā cū cibis mollificantibus. Deſtructio aūt eoꝝ cū medicinis ē oīno ꝓhibēda. 105

Qui ergo patitur in aliquo tēpore determinato: curetur priusꝙ̄ incurrat morbum. 107.

Et curetur cum contrario eius de quo conqueritur. Et commuta tempus pro tempore. 107.

Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex membris ſuis: attendatur et recipiatur cura eius ex his que colligā in curis morboꝝ: donec liberetur ⁊ mundetur ab illo morbo. 108.

Et ſi appareat in alicui⁹ corpore ſignū ſignificās ſup morbū futurū: ꝓhibeaꝛ attēte aduent⁹ ei⁹: qm̄ occulta eſt cā in corpore eius. Jam aūt retuli ꝗd ſignificet accidēs apparēs in corpore: ⁊ de qua egritudine timendum ſit ex eo. Unde attente curanduꝫ eſt de eo faciendo ceſſare cauſas eius ex his ꝗ̄ retulimus in .c. ſuo. 109.

Poſtꝙ̄ ſeruaui contenta ergo ſub genere conſeruatiōis ſanitatis incipiaꝫ loqui de cura ipſius morbi. Et hoc quidem eſt vnum ex generibus practice. Hoc aūt fit obuiando ei cū ſuo cōtrario. Ut ſi fuerit morb⁹ ex caliditate cureꝛ cū frītate: ⁊ econuerſo. Et ſi fuerit ex humiditate curetur cum ſiccitate: ⁊ econuerſo. 1.

Curetur ergo cerebri repletio cum euacuatione: ⁊ ſic fiat de mēbris alijs: ⁊ in patiente obturationē ex oppilatione fiat apertio donec eius malitia fuerit rectificata: ⁊ lenitas corporis nociua exaſperetur: ⁊ ſimiliter aſperitas leniatur. 2.

Hic ꝗdē faciā mētionē medicinaruꝫ huōres educentiū ꝑ ſeceſſuꝫ. 3

Unde referam illā ſup quā dn̄atur aliqua cōpoſitio ⁊ habentē potentiā educendi aliquē humorem: ⁊ habentē vim aperitiuam aut

mollificatiuā ⁊habentē potētiā m̄edi vel putrefaciēdi claudēdi ⁊oppillatiuā operatiõis ⁊attractiuā ⁊ exiccatiuā ſanatiuā carnis generatiuā aut ſigillatiuā ⁊hisſiles in ꝟtutib⁹ ſcdis ⁊tertijs. 4.

Educit aũt fortiter colerā rubeā ſcamonea cui⁹ doſis eſt attractio vni⁹ darbā vſq ad vnũ kirat: hꝫ etiā potētiā ſup alios hũores. Cui⁹ quidē rectificatio fit cũ citonijs ne ledat ſtomachũ ⁊epar. 5.

Detur autē ex aloe ſolidũ vnũ ⁊ſi fuerit neceſſe duplicetur pondus illud in ſpeciebus cõuenientibus: ⁊ſi detur multũ ex eo: rectificet cum bdellio gummi ⁊dragaganto. 6.

Et ex mirabolanis citrinis offeratur in potu. ℥.j. ⁊tantũdē offerat de violis. Sic etiam fiat de medulliscaſſefiſtu. ⁊tamarindis. Et non amplius. 7.

Dent ad hoc dauic. 2. ex pulpa colloquintide mũde ⁊rectificate cuꝫ bdellio: ⁊ſilr fiat cũ cucumere amaro qd̄ eſt ei ſile in hac operatiõe rectificato cum pondere ſui ex conuenienti ad hoc. 8.

Dētur autē. ℥. 5. ex ſale nitro ⁊ſale: nam expellũt flegma. Sed dent ex turbith darban. 2. Et cum dabitur in potu ponatur in decoctione equali. 9.

Et detur ad minus ex agarico darban. i. aqua ex granis. 10.

De quidē medicine educũt aquā citrinā ſcꝫ pondus. 2. dauich laureole: ⁊pondus vnius dauich euforbij nõ antiqui: tantũdē ex titimalo rectificato ſicut rectificaui ipſum aloem: ⁊etiam pot⁹ darban. i. ex centaurea. 11.

Det ergo in potu ex ſene polipodio epithima mirabol. indis ⁊etiaꝫ ex fumo terre ⁊buglоſſa ſm quātitatē quā ex ea educere intenderis: vñ ſi equaliter ⁊tēperate eā velis educere: da. ʒ. v. ⁊ ex lazulo darbā. v. ipſe tñ eſt ſignanter periculoſus ⁊verendus. 12.

Radix aũt veridica eſſet vt ſi poſſet fieri miniſtret ſp vnica ⁊ſimplex medicina in oi morbo: donec ei⁹ operatio panderet. Fuit nihilominus neceſſaria ea cõpoſitio ꝓpter illud quod nunc dicam. 31.

Scilicet ꝓpter morboꝝ cõpoſitionē adinuicē: ⁊ꝓpter medicinaruꝫ adequationē: ⁊ dulcorationē mali ſaporis ⁊amaritu. ipſaruꝫ. Et adiuuāt earũ tranſitũ ſi fuerit difficilis ⁊tardus. Et rectificant difficilē glutinationē ipſarũ ⁊ ventris ſolutionem. 14.

Cum ergo fueris atten⁹ in compoſitione ſolutiuarũ pone debitum ordinem ⁊numerum earum in compoſitione. Accipe ergo cũ proprijs doſibus ⁊determinato numero medicinas ſolutiuas ſicut volueris rectificatas: ⁊diuide conſequenter certis portionib⁹ doſes earũ: ⁊detur in potu ex ea ſm numerum cõponentium ipſam ⁊ſic cum fiat ſic componentur quod totum compoſitum propinetur: ⁊ſic compoſite ſeruentur neceſſitati tpe oportuno. 15.

Huiuſmodi ſunt myrta ſumac berberis ⁊ex frigi. mirabol. acatia corali ⁊embli ci lutũ armenicũ vel terra ⁊rumex ſeu arius. 16.

Et cuppe glandiũ ſanguis galli amuſ. ⁊balauſtia cũ ſpodio mixta:

et auellana indica ⁊coriandrū ſiccum:⁊folium cum plantagine hec enim ſtiptica ſunt actione ſua. 17.

Et galle lapatium ribeos berberis ſunt frigida ⁊conſtrictiua. 18.

Scito q̄ calefaciētes medicine ſm̄ q̄ retulerūt ⁊expertū eſt:ſunt cō diſſ:tbus:piper:cardamomū:⁊piper longum. 19.

Et cartamum menta ſquinantum ⁊ cinamomum ⁊paſſe montane. i.ſtaphiſagria et capparis. 20.

Et centonica vrtica ⁊meliſſa ſtorax ⁊ambra. 21.

Et ligni aloes achorus mellilotum cuſcute ⁊zinziber. 22.

Et gentiana:baſſilicon:peonia:lacca ⁊ reubarbarum. 23.

Et folium laudanum ⁊bacce lauri ⁊ameos. 24.

Et anetum ⁊cataputia ⁊alcanna thus ⁊myrrha. 25.

Praſſium ſarrapinum acorus ⁊aniſum. 26.

Et carui ciminum ⁊ſemen apij campeſtris. 27.

Et ſpica capil.ve.ſatureia ⁊darſaan. 28.

Et caſſia lignea galanga celidonia ⁊aſſarum pix yſopus ⁊alcbitrā piretrum et balſamus. 29.

Et maiorana ⁊papauer rub.celicerta calamꝰ aro.⁊camomilla. 30.

Et nigella aſſa fetida terebentina ⁊ſulfur amoniacum ſynapis ne ſtalleum cubebe coſtum. 31.

Omne aūt frigidū ⁊calidū erit ſiccū vel molle ſeu humidū. Et ex ſti pticitate quidē ſiccitas cognoſcet. Ex lenitate ꝟo hūiditas. 32.

Eſt aūt apd̄ medicos nota graduū diuerſitas. Nā immutatio ⁊al teratio ſolo intellectu⁊ratione percepta eſt in primo gradu. 33.

Omne aūt cuius immutatio ſenſu percipitur ſine violentia hꝫ ma nifeſtam ſignificationem quod ſit in gradu ſecundo. 34.

Omne aūt qd̄ ſui violēti vſtione aut ſtupefactiōe ſeu narcocitatiōe corrūpit qd̄ immutat exiuit a tēperie vſq̄ ad.4.gradum. 35.

Scito q̄ in omni maturatione eſt viſcoſitas cum dolore mediocri et temperato ⁊proportionali cum calore mēbri in quo maturatio intenditur:cuiuſmodi ſunt adipes pix ⁊gummi pini ⁊oleum cum cera ſimul mixta ⁊oleum cum calida bene mixtum ⁊agitatum et frumentum in oleo coctum. 36.

Omnis medicina mollificatiua eſt fortioris caloris q̄ſ ſit membrū in quo mollificatio intenditur:nō tn̄ eſt tante virtutis ⁊ potentie q̄ ſui diſſolutione ⁊ſubtiliatione manifeſtetur in corpore nocumē tum:cuiuſmodi ſunt galbanum bdelium ammoniacum ſtorax et medulla tibie ceruine. 37.

Indurantes quidem medicine ſunt ſicut ſolatrum lentigo vallorū et ſimiles his. 38.

Omnis medicina oppilatiua cuꝫ caliditate⁊ſiccitate expoliata ma nifeſta:nō mordificans membrum cui coniungitur:⁊cum hoc ter reſtris eſt aut viſcoſa. 39.

Eſt autē notum q̄ omnis medicina aperitiua inciſiua eſt⁊ ſubtilia

tiua: cui⁹ ſapor eſt ſalſus vel amar⁹: cuiuſmodi ſunt cepe mari- ne radix lilij radix puinche ſal nitrũ caparis faba lupina. 40.

Et ſtipticũ quidẽ poteſt eſſe aperitiuũ: nullo modo aperiet exterius applicatũ nihilominus in potu aſſumptũ oppilationem aperiet in membris exiſtentem. 41.

Medicina quidẽ mundificatiua abſterſiua eſt minoris ſubtilitatis ꝙ ſit precedens ſicut fabe. Fortius tñ eis eſt dulce ſicut mel dulces amigdale. 42.

In omni quidem rarificatione reſolutione exiſtit calor tẽperatus ſicut ẽ oleũ cataputie camomille oleum radicum feniculi. 43.

¶ Puluis albus. ℞. ſarcocollam albam et pinguem que mittatur in lac mulieris quod melius erit cum alicuius iuuencule fuerit: et di mittatur in vmbra donec ſiccetur: et teratur optime: et omnibus. ʒ. x. ipſius addantur de ſief memithe. ʒ. ij. que iterum optime trita reponantur: et cum opus fuerit in oculum mittantur.

## ¶ De vlceribus oculorum. Cap. 16.

Cum in oculo fortis dolor et punctio nociua ac pulſus ſentiũtur et lachrymarũ fluit multitudo: cum palpebre eleuantur ꝛ oculi aperiũtur: loca que ſunt in albis ipſorũ inueniũtur rubea: et ſi totũ fuerit rubeũ: et vnus locus magis rubere inuenitur: aut in nigredine locus aliquis albus apparet puſtula iam in oculo exorta eſt ¶ Ad hanc vero curandum paſſionem neceſſarius eſt medicꝰ in curis oculorum valde inſtructus. Nos tñ curationis ipſius ſummas et aggregationes dicemus. ¶ Dicimus itaq; ꝙ vlcera que in coniunctiua naſcuntur hoc eſt in albis oculorum: non adeo ſunt timẽda vt ea que in cornea hoc eſt in oculi nigredine fiunt. Deterius vero vlcerum eſt illud quod in nigredine ſub pupilla exiſtit. Eminentia namque ad iſtud eſt velocior. ¶ Horum autem vlcerum curam cum flobtbomia incipere debemus: et ſanguinis extrahere multi

tudinem ſm qđ poſſibile fuerit. Conſequenter autem vēter ſoluend⁹ ⁊ eger ſibi cauere debet a carne ⁊ vino dulci: ⁊ eſſe ꝯtentus herbis frigidis: ⁊ in potu ſola aqua vti. ¶ In oculo vero in initio ſief albū cum lacte mulieris eſt mittendū: ⁊ ſi pulſus iam alleuiari ⁊ ſedari videt: ſperandū eſt ꝙ egritudo ſoluet ſine saniei collectione. ¶ Qđ ſi pulſus poſt ſanguinis extractionē ⁊ ventris ſolutionē ac ſief albi immiſſionē quieſcere nō videt: parua fiducia in hoc quod diximus eſt habēda. Eſt itaq tunc ſief de olibano mittendū in oculū: ⁊ pila aliqua oculo ſupponenda ⁊ cum ligatura ſtringēda. Ante vero ꝙ hoc eueniat: oculus ſuauiter eſt ligand⁹: ⁊ ſine ſuperpoſitione pile. Et nō ceſſes in oculū de ſief de thure ſepe diſtillare donec sanies in pupilla videatur. Ex quo enim hoc viſum fuerit: ſief de plumbo vti neceſſe erit vſquequo profunditas fiat plana: ⁊ tota caro generetur. ¶ Ea tamen que diximus tunc ſunt facienda: cuꝫ puſtula nō eſt magna. Quoniam cum magna fuerit: fuerit iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc neceſſe vt cum elieſcir medicetur: ne ocul⁹ emineat. Ad pile quoq ſuperpoſitionem: et ligaturam erit redeundum. ¶ Eger preterea ſemper ſupinus iacere debet: ⁊ a forti motu abſtinere. Cum autem caro in loco vlcerum perfecte generata fuerit: vel vlcus apoſtematis carne repletū fuerit: remanebit ibi in oculo albedo. ¶ Qđ ſi vlcus fuerit ꝓfundū: albedo erit groſſa: ⁊ ſi in ſuperficie tantum cornee fuerit: erit ſubtilis. ¶ Ulcus quoq ſi a pupilla fuerit remotum: ⁊ ſteterit ſeparatim per ſe: veſtigium illud qđ remanet nihil mali faciet. Si autem iuxta pupillā fuerit quandoq poſt vlceris curationem veſtigium remanens prohibebit viſionem Quapropter tunc eſt vtendum medicinis quibus veſtigium quod diximus abſtergi et deleri poſſit.

¶ Sief de thure. ℞. armoniaci ſarcocolle amborū. ana. ʒ. v. thuris ʒ. x. croci. ʒ. ij. ꝯficiantur ex muſcillagine fenugreci: ⁊ fiāt ex eis ſief.

¶ Sief de plumbo. ℞. plumbi aduſti: antimonij: thutie ablute: calcucecaumenō gūmi arabici: dragaganti: omnium. an̄. ʒ. viij. opij. ʒ. ſ. terantur et cum panno ſericino qui ſit ſubtiliſſimus cribellentur et conſpergantur ex pluuiali: et fiant et eis ſief.

¶ Sief ex quo caro in vlcerib⁹ oculorū generat ⁊ vuee egreſſio ꝓhibetur ⁊ veſtigiū ſubtiliat. ℞. climie ablute thutie ablute ceruſe antimonij thuris oiꝫ. an̄. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. j. ſarcocolle groſſe. ʒ. j. ⁊. ſ. ſāguinis draco. aloes opij oim. an̄. ʒ. j. fiant ex eis ſief.

¶ Elieſcir quo eſt vtēdū cū timet ne ex vlcere vuee ſequat egreſſio ℞. antimonij ematbitis amborū. an̄. ʒ. x. acbatie. ʒ. iij. aloes. ʒ. j. terātur ⁊ fiāt ex eis ſief: ⁊ adminiſtrentur apud neceſſitatem.

## ¶ De his que in oculos cadunt ſiue ſit pilus: ſiue pale: aſiue aliud. Cap. 17.

Sumatur reſina ideſt gumma pini: ⁊ per oculum trahatur: ⁊ extrahit illud quod in oculos cecidit.

De albedine que fit in oculo. Ca.18.

Albedo q̄ in oculo ɔtigit: eſt veſtigiū poſt vlcerū curationē remanens qn̄ ɔſolidanṫ. Que cū in oculis puerorum fit: leuior eſt ad curādū q̄ cū accidit annoſis: ad ſanādū fortaſſe impoſſibilis exiſtit niſi ſubtiliſſima fuerit. Hec aūt paſſio ex his medicaminib⁹ curāda ē: poſtq̄ eger balneū egreſſus fuerit aut faciē ſup vaporē aq̄ calide vſquequo rubea ſit tenuerit. Si tn̄ ex hoc medicamine in venis oculi rubedo ⁊ dolor ꝑuenerint ꝑ aliquot dies: ab eo q̄eſcēdū eſt: donec oculus quieſcat: ⁊ poſt ad id redeundum.

Medicamen valde vtile ad albedinē remouēdā et cito eradicādā ego quoq̄ nō vidi quod eo meli⁹ aut equale eſſet ad albedinē delēdā ℞. maſacume ſpume maris ſtercoris magni lacerti baurach zuccari bigeri oīm an̄. partes equales. Deide ſumanṫ acori celidonie feni amboꝝ an̄. ʒ. x. coquātur in libra vna aque donec ad quartā redeat: ⁊ colenṫ: ⁊ ex hac aqua imbibantur ſpecies quas p̄diximus: ita q̄ cōficianṫ ex ea: ⁊ ſiccentur in vmbra: deinde interim teranṫ ⁊ conſpergāṫur vt prius ⁊ ſiccenṫ. Quod poſtq̄ quater factū fuerit: ſiccētur ⁊ terātur: ⁊ in oculo mittanṫ. Hoc enim medicamē nulli vt prediximꝰ compar exiſtit in remotione albedinis. Remouet enim hoc medicamen groſſam albedinem etiam ex oculis animalium.

De ſcabie ⁊ ſebel. Ca.19.

Cum palpebra inuerſatur ⁊ iteri⁹ appareat rubea ⁊ aſpera: ſcabies adeſt. Et cū ſup alba oculoꝝ ac ſup nigredine videṫ ſimilitudo pāniculi ex venis rubeis ⁊ groſſis texti: adeſt paſſio q̄ vocaṫ ſebel He 2o due paſſiones graues ſunt ⁊ cronice ⁊ vix curabiles. Patiens tamen dū ſan⁹ eſt: flobothomia ex brachio ⁊ fronte ⁊ vētris ſolutione vti dʒ: ⁊ in comeſtiōe vitet dactilos ⁊ ſiſamos de melle ⁊ vitet ebrietatē Et qn̄ nō eſt plen⁹: ſepe ingredi balneū eſt ei vtile: ⁊ frequēter immittere oculo ſief rubeū ſimiliter ɔfert. Sief rubeū. ℞. emathitis colcotar ɔbuſti amboꝝ an̄. ʒ. iiij. eris vſti ʒ. ij. myrrhe croci amboꝝ an̄. ʒ. j. piperis lōgi ʒ. ß. ɔſpergant ex vino veteri: ⁊ fiant ex eis ſief. His preterea egritudinib⁹ viride ɔfert ſief cui⁹ deſcriptio in capitulo de vngula ɔtineṫ. Qḋ ſi paſſiōes iſte vetuſte fiāt ſcabies fricatiōe idigebit ⁊ ſebel collectiōe. Nō tn̄ mēſure hui⁹ libri ɔgruit vt de eis tractem⁹

De lachrymalibus cum pruriunt. Ca.20.

Endiuia tenera ſumatur ⁊ cōteratur ⁊ fiant ex ea magdaleones parui: ⁊ ex oleo violato inunganṫ: ⁊ oculis ſupponātur: ⁊ in hora dormiendi ligentur: roſatum tamen melius eſt: ⁊ citius confert. Et ſi hoc non ſuffecerit: lentes abſq̄ corticibus ⁊ ſumach: ⁊ roſe rubee: ⁊ granati carnoſitas ſumantur: et cōtrita ex careno cōſpergātur: et more ēplaſtri ſuperponātur. Qḋ ſi nō ſuffecerit ex cephalica ꝓus flobothometur patiēs. Deinde ex vena frōtis: ⁊ ex venis que ſunt in angulis lachrymalibus. Uenter quoq̄ frequēter ſoluatur: ⁊ balneū multotiens ingrediatur.

¶ De vngula. Ca. 21.

Cum aliqd pãniculo ſimile ex angulo q̄ eſt a parte naris oriri videt: ⁊ albũ oculi cooperire ⁊ puenit vſq ad nigredinẽ: gñatur paſſio q̄ vngula dr. Cui⁹ nocumẽtũ tũc ſolũ ẽ pei⁹ cũ puenit ad nigredinis partẽ q̄ eſt iuxta pupillã. Hec igit paſſio dum ſubtilis eſt cum ſief viridi ⁊ ſief de calcãtho eſt medicanda. Si aũt vetuſta fiat ⁊ groſſa cum ferro eſt expolianda.

¶ Sief viride qd ↄfert ſebel ⁊ ſcabei et vnguле ⁊ albedini. ℞. ziniar. ʒ. iij. colcotar vſti. ʒ. vj. arſenici rubei baurach ſpume maris oĩm ana. ʒ. I. ſalis armoniaci. ʒ. ς. armoniaci. ʒ. ij. armoniacum in ſucco rute diſſoluantur: et ſpecies ex eo conſpergantur: et fiant ex eis ſief: eſt enim mirabile.

¶ Sief de calcãtho qd ↄfert vngule. ℞. eris vſti calcãthi amboꝝ aã. ʒ. v. ziniar. ʒ. ij. ſalis armoniaci baurach arſenici ſublimati oĩm aã. ʒ. I. terãtur et per hebdomadã vnam dimittãtur: deinde fiant ex eis ſief et fricetur vngula cum eis.

¶ De macula rubea ex pcuſſione vel alia re. Ca. 22.

Cum in oculo ex pcuſſiõe aut ex re alia pũctũ rubeũ fieri ↄtingit: ſanguis q̄ ibi eſt diſſolued⁹ eſt. Poſtq̄ eſtuatio q̄euerit ſumant igit arſenici rubei olibani myrrhe armoniaci oĩm ptes equales ⁊ fiant ex eis ſief. Qui in ſucco coriãdri fricent ⁊ in oculũ diſtillent tãdiu q̄diu tñ dolor pſeuerat albugo oui ſumẽda eſt ⁊ oleo roſaceo miſcẽda: ⁊ cotũ ex eis inuolutum oculo eſt ſuperponendum.

¶ De lachrymis. Ca. 23.

Cum lachrymales oculorum anguli ſemp humidi videntur: patiẽs quotidie ieiunus balneũ ingrediat ⁊ in oculum alcohol iſtd mittat.

¶ Iſtud aũt alcohol. ℞. thutie. ʒ. x. coralli rubei mirabolani citrini fricati aloes omnium. ana. ʒ. ij. piperis. ʒ. ς. fiat ex eis puluis qui aſſidue mittatur.

¶ De debilitate viſus. Ca. 24.

Si cum debilitate viſus humiditatis ſigna apparuerint manifeſta in tẽpore famis et exercitij parumper diſſolui videantur: pillule cochie multotiens erunt aſſidue tribuende. Nutrimentum quoq̄ patientis deſiccatiuum eſſe dꝫ: et eger ſepe vomere cogendus eſt: pulueres etiam deſiccatiui oculis ſunt immittẽdi. Qd ſi cũ p̄dicta egritudine affuerit ſiccitas ⁊ corpis obfuſcatio nutrimentũ erit augmẽtãdũ: ⁊ vinũ in potu tribuẽdũ: ac ſup caput ipſius aqua tepida fundẽda: ⁊ incuruatio ſup eã faciẽda. Balneũ preterea ingrediatur: in quo tñ nõ multum ſudet. ¶ Naribus quoq̄ oleũ de amigdalis dulcibus atq̄ aurib⁹ eſt immittẽdum. Oculis vero lac mulieris adoleſcẽtis quaq̄ die eſt inijciendum. Quod etiã frequenter fieri cõuenit Hec quoq̄ debilitatis viſus ſpecies fortior fit in tẽpore famis et dum venter vacuus fuerit.

¶ Cõfectio alcohol qd valde acuit viſuꝫ q̄ cã humoris debilitat. ℞.

thutie ablute ꝛ ſiccate. ʒ. xx. deinde extrahaſ ſucc⁹ ſanſuci viridis ꝛ ꝑ noctē vnā reſidere dimittaſ ꝛ coleſ: ex q̄ tuthia ꝯſperſa dimittaſ q̄uſq̧ ſicceſ: poſtea teranſ. Deinde ſumanſ zinziberis piperis nigri macro piperis celidonie oim ana. ʒ. ij. ſalis armoniaci. ʒ. i. cū tuthie. ʒ. xx. poſt hec oīa terantur: ꝛ ex ſucco teneri feniculi conſpergantur: et ſiccata iterꝝ teranſ: ꝛ reponātur: ꝛ cū neceſſe fuerit oculis immittaſ. Ad hoc ꝑterea valde confert ſief de fellibus.

## De tumore palpebrarum. Ca. 25.

Epithimeſ ex epithimate qd̄ in capl'o de obtalmia nominauim⁹.

## De cōuerſis pilis qui naſcunſ in palpebris magis interi⁹ q̄ꝫ debent et pungunt oculum. Ca. 26.

SI pilus fuerit vn⁹ aut duo: aliis palpebrarꝝ pilis cū maſtice aut oleo ſceni ſunt ānectēdi; aut radicit⁹ euellanſ: ꝛ loca a q̄b⁹ euulſi ſunt cū ferro acuto vt ac⁹ aduraſ. Si ātmlti fuerit neceſſe ē vt caro palpebre incidaſ. Loq̄ tn̄ de hoc nr̄i libri mēſurā pretergreditur.

## De aqua deſcendente in oculum. Ca. 27.

QUandoq̧ alicui videſ quod ante ſe habeat cimices aut alia parua corpora ſubtilia ꝛ radioſa. Quod aliquando cauſa ſtomachi: aliq̄n ex ꝓprio nocumēto ipſi⁹ oculi ꝯtingit. Ideoq̧ differētia inter hoc duo ꝯſiderāda eſt: neq̧ ꝓ paruo eſt habēdū cū hoc accidēs euenerit. Ex eo nāq̧ qd̄ cauſa ſtomachi accidit: nō eſt multū timendū qd̄ oculo nocumētū inferat. Ex eo vero qd̄ ex ꝓprio vitio oculi cōtingit valde timēdū eſt: hec aūt paſſio dū recēs eſt vt in ꝑncipio: cū medicinis curabilis eſt. Sed cū iā ad ꝑfectionē deuenerit ſanari nō poteſt niſi cū inciſione: ꝛ fortaſſe ēt inciſio prodeſſe nō poterit. Quapropter differētia inter hec duo predicta diligēter eſt inueſtigāda q̄ eſt prout dicem⁹. Quādo imaginationes q̄ vidētur vtriq̧ apparēt oculo eſtimādū eſt cōtingere hoc ex vitio ſtomachi: ꝛ ecōuerſo. Et cū imaginatiōes in hora faſtidii ꝛ in hora male digeſtiōis plures ſolito videnſ: in hora aūt famis ꝛ laboris pauciores apparēt: eſtimādū eſt ēt hoc ex ſtomacho eſſe. Et ſi ex q̄ iſte imaginatiōes acciderunt duo preterierunt mēſes: aut plures: et in pupilla fuerit viſa ꝯturbatio: eſtimādū eſt etiā hoc eſſe ex ſtomacho. Quādo aūt iſte eſtimatiōes tibi aggregate fuerint: pillulas cochias i potu tribue: ꝛ ſi paſſio oino remouetur: iam eſtimatiōes ꝑdicte certificate fuerūt. Si autē vni tm̄ oculo apparuerint: ꝛ vno modo in oib⁹ horis ꝑmāſerint eſtimādū eſt vitiū aque adeſſe: ꝑcipue cū in pupilla nō fuerit obfuſcatio. Obfuſcatio namq̧ ſi fuerit in pupilla dubitatio iā tūc erit ſublata. Cum aūt paſſio hec in oculo propria fuerit prohibēdū eſt infirmo ne cum ventoſis minuat ſanguinē: neq̧ ex brachio: neq̧ comedat piſces: nec oīa que humectare poſſunt. Uēter vero frequēter ſoluend⁹ eſt ex pillulis cochiis: ꝛ eger ex calefactiuis ꝛ deſiccatiuis nutriendus eſt. Idromel preterea in potu ei tribuēdum: ꝛ in oculis ſief de fellibus mittendum.

¶ Sief ȯ fellib⁹ qȯ pficit aq̄ a pncipio dilatatiōi pupille: ⁊ eisq̄ poſt occaſum ſolis nō videt: ⁊ tenebroſitati viſusq̄ eſt ex humore. ℞. fellis gruis fellis ſabot fellis hyrcini fellis accipitris fellis aq̄le fellis pdicis oiȝ ſiccorum vnū aut plura. Sumant quoqȝ poibus. ȝ. x. iſtoꝝ ſiccoꝝ euforbij colloquintide ſerapini oim an̄. ȝ. i. trita aggregentur ex ſucco feni. teneri ⁊ mittantur in oculo.

¶ De noctilopis. i. q̄ poſt ſolis occaſum non vident. Ca. 28.

AD hoc vtile exiſtit epar caprinum ſcindere ⁊ ponere ſuper vnā ſectionē piper longum: ⁊ cooperire ipam ex alia ſectione pipere lōgo in medio exiſtente: deinde ponere ipſum in furno: ⁊ dimittere ibi donec aſſetur et nō deſiccetur: quo pfecto piper longū qȯ in medio erat ſumatur: ⁊ bene teratur cuȝ pauco muſco: deinde ex liquore qui ex epate aſſato expreſſus fuerit conſpergatur ⁊ ſiccetur: ⁊ in oculū mittatur. Aut fel caprinum cum melle mixtū in cucuma ſup ignē miſceatur: deinde radius in eo illinit⁹ immittat oculo. Qȯ aūt ad hoc magis valet: eſt vt ſief de fellib⁹ in oculo mittatur. Si aūt hoc nō ſufficerit vēter ſoluatur ⁊ ſanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur: ⁊ regimen ſubtilietur.

¶ De dilatatione pupille. Ca. 29.

CUȝ pupilla hoc eſt foramē qȯ eſt in nigredie oculi adeo dilatari videt: vt vndiqȝ pertingat ad albedinem fueritqȝ poſt vehementē cephalice dolorem: parua habenda eſt fiducia in eius cura. Sed ſi dilatatio parua fuerit: tūc aſſidua ſolutionē vētris ex cochijs multotiēs: ⁊ ſief de fellibus in oculo mittendum. Quod ſi pupillam poſt percuſſionem dilatari contingat: non eſt inde timendum: quia remouebitur. Fiat itaqȝ emplaſtrum ex farina fabarum et camomilla et euiſco cum vino et aqua.

¶ De fiſtulis q̄ in angulis lachrymalibus fiunt. Ca. 30.

CUm angulus lachrymalis reſudat: ⁊ cū premit ſanies ⁊ vir⁹ ab eo egredit: fiſtulā pati intelligitur: q̄ cū cauterio curat. De hoc tn̄ loqui plus eſt: q̄ꝫ huic noſtro attinet libro. Nos tamē iā ei adiūgimus medicamen: qȯ ſi adhibitum fuerit: ipſam per multos menſes adeo tardare facit vt eger ſan⁹ videat. ¶ Medicamen autē illud eſt ℞. aloes thuris ſacocolle ſanguis dracōis balauſtie antimonij aluminis: omnium partes equales ȝ iniar quantū eſt quinta pars vnius fiant ex eis ſief. Cūqȝ neceſſe fuerit fiſtula intantum premat: vt q̄cq̄d ſaniei in ea continetur egrediatur. Deinde infirmus ſuper latus in quo nō eſt fiſtula iaceat de predicto. ſief aliquid diſſoluatur in aqua de quo in angulo lachrymali tres gutte aut quattuor inquimatizentur: magno exiſtente interſtitio inter proiectionem vnius gutte et alterius. Quo facto eger per tres ſic iaceat horas. ¶ In mane quoqȝ ſequenti die ſimiliter fiſtula bene prematur: et fiat eadem cura. Quod per hebdomadam vnam fieri cōuenit: ⁊ etiā tādiu donec nihil a fiſtula egrediatur cū premitur. Ex hac namqȝ cura: lo

cus multis menſib⁹ ſiccus ꝑmanebit. ¶ De curis oculoꝝ quātum huic loco neceſſariū eſſe putauim⁹: iā ſatis dictū eſſe credim⁹. Alia ꝟo q̄ ſunt de curis que ꝑ ferrum exercētur dimittam⁹: q̄ multis indigent medicaminib⁹. Sunt tamē q̄dā ex eis q̄ in locis in q̄b⁹ de decoratione tractauimus ⁊ ſanitatis cuſtodia continentur.

¶ De dolore qui fit in aure. Cap. 31.

SI cū dolore q̄ fit in aure fuerit in facie inflammatio ⁊ pulſatio ſāguis ex cephalica erit minuēd⁹: ⁊ oleū roſeū aut oleū de floribus ſalicis tepidū cū pauco aceto immittēdū: lac quoq̄ ita calidū vt ex māmilla egredit̄ multotiēs diſtillādū erit. Uēter p̄terea ex mirabolanis citrinis ⁊ ſcamē ⁊ aloe vehemēter ſoluat̄. Qd̄ hoc mō fiet mirabolanorum citrinorū. ℥. xx. ſumant̄ ⁊ puluerizati i duab⁹ libris aq̄ coquātur donec ad duas vnius libr̄. tertias redeant ⁊ colentur Poſt hec ſumat̄ aloes. ℥. I. ſcamē ſexta pars. ℥. I. aggregent̄ cū rob de citonijs: ⁊ fiāt ex eis pillule: q̄ ꝑ duas horas an̄ decoctionē ſumātur: deide bibat̄ decoctio. ¶ Qd̄ ſi dolor nō q̄euerit: parū opij i oleo roſeo reſoluti in aurem mittatur. ¶ Et ſi pulſatio redierit ⁊ tribus dieb⁹ ꝑſeuerauerit: oleū ſiſaminū in quo anatis aut galline adeps fuerit reſolut⁹ in aurē ſepe mittat̄. Ibi namq̄ eſt puſtula q̄ maturatione indiget. ¶ Cū aūt dolor q̄euerit putredo iā tūc collecta erit. Ideoq̄ pus ſubito ex inſperato de aure egredietur. ¶ Cū aūt dolor in aure fit poſt faſtidioſā ſatietatē: aut poſt vētos frigidos: oleū in quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure diſtilletur. Aut oleū de lilio ſumatur: ⁊ cuiq̄ vnc. ex eo ꝯmiſceatur euforbij recētis. ℈. I. ⁊ caſtorei. ℥. I. Sȝ ſi hoc nō ſuffecerit: vēter ex pil. cochijs ſoluatur. Patiens quoq̄ balneū igrediatur in quo etiā ſudet. Uinū quoq̄ vet⁹ ⁊ forte ei tribuatur. ¶ Si aūt cū dolore auris fuerint ſonit⁹ ⁊ tinitus atq̄ vētoſitas: panicū ſiue milium in ſartagine torrefactū calidum multotiēs ſupponatur. Et auris quoq̄ ſuꝑ vaporeȝ aq̄ in q̄ ſunt cocta mētaſtrū ⁊ ſticados arabicus ⁊ ſāmucus teneatur: de caſtoreo p̄terea ⁊ euforbio in oleo ſābacino diſſolutis: quorū vnūquodq̄ quatuor grana ordei ponderet: in aurem mittatur.

¶ De vlcere qd̄ fit in aure Cap. 32.

CUm pus ab aure egreditur: ydromel tepidum multotiens in vna die in aure eſt diſtillandum. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc eſt immittendum. quod. ℞. ſarcocollam aloem et ſanguinem draconis thus ſquammam ferri ziniar. Ex eo in aceto diſſoluatur: et in aurem mittatur: et licinium melle illinitum in predictis intingat̄: ⁊ ſic immittat̄: patiens itaq̄ ex hoc medicamine ⁊ ydromelle medicetur donec ſanus ſit.

¶ De ſonitu ⁊ tinnitu. Cap. 33.

HOrtaſſe q̄n̄q̄ ꝯtingūt ex ſubtilitate ſēſ⁹ audit⁹ ⁊ ei⁹ claritate Cui⁹ ſignū ē qd̄ i t̄pe famis auget̄: ⁊ i hora ebrietatis ⁊ ſatietatȝ minuit̄. Qd̄ ꝓpa nō indiget cura niſi ſuꝑfluitatē obtineat. Tūc eſt

de opio diſſoluto in oleo immittendū eſt in aure quãtum duo ordei grana ponderãt. ¶ Si aũt hec cũ grauedine capitis ⁊ audit⁹ debilitate affuerint: oleũ de ſemine raphani ⁊ oleũ de amigdalis amaris ⁊ oleũ roſeũ in quo caſtoreũ fuit reſolutũ ſunt immittenda. Auris quoq; ſup vaporẽ aque in qua ſanſuc⁹ ſticados arabicũ abſynthiũ mentaſtrũ origanũ cocta ſint ponẽda ſunt. Et venter multotiens ex pillulis cochijs eſt ſoluend⁹: ⁊ cibaria minuenda ⁊ vinũ dimittendũ

¶ De grauedine auditus. Cap. 34.

Cum in auditu ↄtingit grauitas ↄſiderandũ eſt an ſit ibi ſordities que vocaṫ cera q̃ fit in aure: q̃ ſi inueterauerit: mũdeṫ: aut cũ medicinis ſm qd̃ diximꝰ: aut cũ cura man⁹. ¶ Si aũt ſordes non affuerint ⁊ euenerit hoc poſt ſatietatẽ faſtidioſam que eam preceſſit aut egritudinem acutam: auris ponenda eſt ſuper vaporem aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interpoſito vſquequo vapor aſcendit. Quod hoc modo fieri conuenit. Res iſte in cucuma habente os acutũ coquanṫ: deinde traiectoriũ ori cucume ſuperponatur: ⁊ ne vapor egredi poſſit: pann⁹ obuoluaṫ: ⁊ auris ſuper os traiectorij ponaṫ. ¶ Iſtud preterea ſieſ in aurem mittatur Quod. ℞. colloquintide. ʒ. I. bauracb tertiam. ʒ. I. caſtorei ariſtologie rotunde ſucci abſynthij. omnium añ. ʒ. 5. coſti quartam. ʒ. I. euforbij ſextam. ʒ. I. fellis vaccini quantum ſufficit ad predicta cõficiẽda. Fiant ex eis ſieſ. Cũq; neceſſe fuerit: vnũ in oleo de amigdalis amaris reſolutũ auri immittaṫ. Hoc enim valde vtile exiſtit dolori flegmatico ⁊ ventoſitati ac ſonitui ⁊ tinnitui: q̃ ex groſſo vento fuerit ⁊ ſurditati que eſt ex groſſis humoribus. ¶ Si autem debilitas auditus contingit poſt ieiunium aut vigilias: fueritq; facies extenuata: ⁊ oculi concaui: eger balneum ſepe ingrediatur: ⁊ largiori cibo ac potu vtaṫ: ⁊ in ſomno fiat ꝓfundior: ſup caput quoq; aquã tepidã cũ oleo fundat donec ſaneṫ. Qd̃ ſi poſt freneſim ↄtingat: ex medicinis primis curetur.

¶ De vermib⁹ auris ⁊ paruis aĩalib⁹ ipſam igrediẽtib⁹. Cap. 34.

Cum in aure fuerit titillatio ⁊ pruritus et dolor: deinde accidérint vermes ab aure: immittantur auri ſuccus mentaſtri. Aut de folijs perſicorum. Aut oleum de nucleis ipſorum. Aut aloes in aqua diſſoluaṫ ⁊ immittatur. Hec enim vermes auris ⁊ parua animalia ingredientia ipſam quando erunt in aure ⁊ in vlceribus naſcuntur interficiunt.

¶ De eo quod in aure figitur ab exterioribus ingreſſum. Cap. 36.

Cum aliquid figitur in aure: oleum tepidum eſt immittendum: et patiens balneum ingrediens ibi moram faciat donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus inſuffletur condiſi: et teneatur anhelitus donec ſternutatio ſequatur: forſitan enim ſic egredietur. ¶ Si autem fuerit difficile et non exierit: erit neceſſe vt cum ferro auri imiſſo extrahaṫ. ¶ Qd̃ etiã in narib⁹ eſt faciendũ ſi q̃d

eas ingreſſum fuerit qȯ extrahi nõ poſſit. ¶ Qȯ ſi aqua intrauerit capite ad partẽ auris illius inclinato ſaliat eger: ⁊ ſi non exierit prouocetur ſternutatio vt diximus: deinde tepidum multotiẽs immittatur. Nec hoc p paruo eſt hñdũ: ⁊ precipue ſi res malã hñs qualitatem ingreſſa fuerit: ex ea nanq̧ grauis ſequetur dolor.

¶ De ſanguine ex naribus fluente. Cap. 37.

Ex his que ſanguinis ex narib⁹ fluxum retinent: eſt ſuccus albedarugi cũ camphora fuerit in eo diſſoluta narib⁹ immiſſus ¶ Confert etiã ei qui hanc paſſionẽ incurrere ſolitus eſt ante eã iniectus. Aut in hora egeſtiõis. Aut ſumat gipſuꝫ cinis charte de pãno galle ſanguinis draconis cabo ꝫegir pulueriꝫata narib⁹ inſufflent Aut liciniũ in eis intinctũ mittatur in nares. Aut alumẽ iameni pulueriꝫatũ: vt alcohol cũ amilo eiuſdẽ quãtitatis narib⁹ inſufflet.
¶ Qȯ ſi adhuc vehemẽter manauerint: ſuperiores adiutorioꝝ partes apud aſcellas cũ inſtita: ⁊ coxe apud inguina ligent: ⁊ teſticuli ſimiliter ſunt ligandi. ¶ Si vero paſſio inualuerit: flobothometũr cephalica eiuſdẽ partis de qua fluit ſanguis. ¶ Si aũt nec hoc mõ ſtrict⁹ fuerit: magne ventoſe cũ igne ſupponãtur ventri ab ea parte de qua fluit ſanguis. ¶ Medicamẽ qȯ vehemẽter valet ad ſanguinẽ conſtringendũ. Sumat calx alba ⁊ leuis qua vtũtur aurifices et ſepe narib⁹ inſufflet ſine interpollatione: ⁊ liciniũ albumine oui illinitũ ea inuoluat ⁊ naribus immittatur.

¶ De vlceribus narium. Cap. 38.

Cum in naribus fuerint eſcare cera ⁊ oleum ac adeps gallinaceus eis immittantur: ⁊ aquam calidã narib⁹ in mane multotiens per aliquot dies odoret.
¶ Cunq̧ puſtule egredi ceperint licinũ aceto forti infuſum in quo ſal poſitũ ſit naribus immittat: ac ſuper eas ſimiliter ponat. Siccabunt etiã ex hoc ⁊ non prolongabitur eorum mora. ¶ Qȯ ſi vlcera ibi affuerint: ex vnguento de ceruſa curentur.

¶ De emorroydibus que naſcunt in narib⁹. Cap. 39.

Cum intus in narib⁹ caro ſuperflua mollis ⁊ quaſi diſſoluta rubea aut alba exorta fuerit: ⁊ nares igroſſari ceperint: ac ex carne predicta repleri: cephalica pri⁹ erit flobothomãda. Deinde liciniũ ex vnguẽto viridi qȯ in cap. de corrodentibus carnẽ nominauimus: liniendũ ⁊ naribus erit immittendũ. ¶ Si vero iſtud nõ ſufficerit: medicamẽ acutũ qȯ ibi deſcripſimus apponat: donec ex toto mundificet. ¶ Hec preterea paſſio q̃nq̧ cũ ferro curatur radicitus oĩno incidẽdo. ¶ Medici tamen q̃nq̧ in hoc errant: nã ex eoꝝ cura eger maximũ incurrit nocumentũ. In hoc nãq̧ loco cancer plerũq̧ exorit. Vex cancer q̃ñ in hoc naſcitur loco: neq̧ acutas tolerat medicinas neq̧ inciſionẽ que fit cũ ferro. Immo indiget vt ſuauiter tractetur: ⁊ medicaminib⁹ lenientibus: ⁊ flobothomia ⁊ ventris ſolutione curetur. ¶ Cognoſcit aũt an illud accidens ſit cancer: qr

eſt durus pertingẽs quãq; vſq; ad palatũ. Sed cũ nares ſicce ſint et dure: nec ſit in eis humiditas aliqua: ſũmmopere cauẽdũ eſt ne hec egritudo aũt ei ſiĺis ferro aut acuto medicamine tangat. Sin autẽ qḋ ĩ narib⁹ exorit caro mollis eſt fluxeritq; ex eis hũores: ⁊ cũ nares ſtringunt inueniunt molles: ⁊ cũ tãgunt tact⁹ nõ ſentit ſolid⁹: nõ eſt timendũ quin ex medicaminib⁹ acutis ⁊ ferro mederi poſſint.

¶ De amiſſione odorat⁹. Cap. 40.

CUm ſenſus quo odorãda percipiũtur amiſſus fuerit: neq; ĩ narib⁹ caro ſupflua creuerit: ⁊ aer ita leuiter vt pri⁹ attrahit: et ocli ac ſenſus naturaliter exiſtũt: narib⁹ erit inſufflãd⁹ puluis a deo ſubtilis vt alcohol q̇ fiat ex ↄdiſi ⁊ arthanita ⁊ ſale armoniaco.

¶ Egro quoq; precipiat vt nares vapori ex aceto calido pcedenti mltotiẽs apponat. ¶ Si aũt hoc nõ ſuffecerit: qḋ noĩabim⁹ narib⁹ inſuffletur. Cui⁹ deſcriptio hec eſt. ℞. nigelle fellis gruis colloq̇ntide ellebori albi oĩz ana partes eq̃les. Pulueriʒent ⁊ ponant in vrine camelli arabici quãtitate tãta q̇ ea cooperire poſſit: ⁊ ponant ad ſolẽ donec ſiccent. Deĩde fiãt ex eis ſief. Cumq; neceſſe fuerit: vnũ ex eis lẽtis hñs magnitudinẽ in oleo ſanſucino intinctũ narib⁹ ĩmittat. Optimũ eñi ad hoc exiſtit. ¶ Si aũt ex hoc qḋ narib⁹ ĩmittit fortis ſequat dolor: oleũ de ſemĩe cucurbite eis ĩmittat: ⁊ aqua calida ſup caput fundatur: ⁊ ſorbeat calida ea q̇ humectãt vt ptiſana: ⁊ qḋ fit de aq̃ furfuris: ⁊ de farina ⁊ ſiĺia. Et hoc q̇dẽ eſt medicamẽ ad emiſſionẽ odorat⁹ pbatiſſimũ: qḋ ſic ↄficitur. Nigella pulueriʒet donec fiat vt puluis: ⁊ miſceat cũ oleo veteri. Deinde eger implẽs os ſuũ aqua reclinet caput retro quãto plus poterit: ⁊ tũc ex p̃dicto medicamine aliquãte gutte narib⁹ diſtillent. ¶ Egro quoq; precipiatur vt quãtũ ei poſſibile eſt aerẽ extrinſecũ interi⁹ attrahere nitatur. ¶ Qḋ in trib⁹ dieb⁹ trib⁹ vicibus fieri ↄuenit. Si aũt mordicatio ſuperuenerit: fiat hoc qḋ nominauimus.

¶ De dolore dentium. Cap. 41.

SI gingiua cũ dolore dentiũ fuerit ſanguinolẽta: ⁊ apoſtemoſa ⁊ rubea: fueritq; apatio cũ pulſatiõe: extrahatur ſanguis cuʒ vẽtoſis flobothomia ex cephalica prius facta. ¶ Deinde hora ali qua diu acetũ ⁊ oleũ roſeũ teneat: qḋ poſtq; eiecerit: idẽ iteꝝ faciat. ¶ Poſt hoc oleũ roſeũ in ore teneat: ⁊ ſi ex hoc nõ euaſerit: fueritq; pulſatio vehemẽs ⁊ cũ inflãmatione: camphora ⁊ piretrũ terantur ⁊ in radicibus dentiũ ponãtur. Cumq; diſſoluta fuerint iteꝝ mittãtur. Cotũ quoq; oleo roſeo illinitum deſuper ponat.

¶ Qḋ ſi dolor aliquando augmentatur ⁊ vehemẽtior fiat opij ſexta pars. ʒ. I. in oleo roſeo diſſoluatur. Ex quo cotũ illinitũ radici dolentis dẽtis adhibeatur. ¶ Si aũt nec dum ſedetur: loc⁹ ſcalpellãd⁹ eſt: ⁊ ſanguiſuge ſuperponende ſunt.

¶ Gingiua vero ſi non fuerit ſanguinolẽta neq; apoſa neq; dolor eſt cũ pulſatione: neq; in facie fuerit inflãmatio aut dolor acciderit

poſt faſtidiũ ⁊ ſatietatẽ ⁊ poſt cenã: comeditq́ꝫ ex cibo frigido multũ venter egri ex pillulis cochijs ſoluẽdus erit: ⁊ dolentiũ dẽtiũ radi- ces ex hoc medicamine fricãde: qđ ſic fit. Sumat̃ piretrum ſinapis ſceitaragi indi baurac piper ⁊ zinziber: ⁊ eis puluerizatis dẽtiũ fricẽ tur radices. Cottũ q̃ꝫ eis illinitũ ſup dẽtium radices ponat̃: poſtq̃ꝫ eger os ex aceto in q̃ piretrũ ⁊ mẽtaſtrũ atq́ꝫ origanũ cocta fuerint colluerit. A foris pꝫterea panicũ ſiue milliũ in ſartagine torrefactuꝫ ſup maxillã ẽ ponendũ. Aut ex piperis puluere melli ꝯmixto dens et eius radix fricent̃. Et ſi hoc nõ ſuffecerit: in dentiũ radicibꝰ hec tyri- riaca ponat̃ q̃. ℞. caſtorei aſſe piperis zinziberis ſtoracis opij oĩm partes equales. Cõficiat̃ ⁊ adminiſtret̃. ¶ Eger preterea per aliquã tulum temporis a comeſtiõe abſtineat maneatq́ꝫ famelicus: ingre diatur balneum: ⁊ vtatur motu. Si autẽ nec ſic quieſcat: ferrũ igni tum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corroſus fuerit: repleatur ex medicaminibus que nominabi mus: ⁊ que ſunt corroſiua: aut extrahatur.

¶ De extrahentibus dẽtes ⁊ cõfringentibus. Ca. 42.

Medicamẽ qđ in dẽte corroſo ponit̃ ipſiꝰ ſedat dolorẽ: ac ipſuꝫ cõfringit. Sumantur kebikegi ⁊ pip ⁊ trita ex alcatrano: con ſpergant̃ ⁊ impleant̃ ex eo. Medicamẽ qđ dẽtes debiles ac dolẽtes q̃ ſunt extrahẽdi eradicat. Cortices radicũ mori: ⁊ radicũ capparis: ⁊ piretrũ: ⁊ lac titimali: atq́ꝫ lac anabule: ⁊ arſenicũ rubeũ: ⁊ radix col- loquintide: ſumant̃: ⁊ trita ex tãto aceto qđ eis ſufficiat cõſpergã- tur. Acetũ q̃ꝫ ꝑ hebdomadã vnã ſemel in die vt priꝰ addatur. Poſt hoc dẽtes in circuitu ſcapellent̃ ⁊ ex predictis decies in die epithi- mentur: donec ad mouendũ ſint faciles: ⁊ ſic extrahant̃. Aut fiat epi thima ex fece aceti acutiſſimi per multos dies: ⁊ poſtea extrahant̃. Aut rane fluuiales in oleo coquant̃ donec diſſoluant̃. Cũq́ꝫ neceſſe fuerit: dẽtiũ radices ſcalpellent̃: ⁊ ex oleo mł̃totiẽs inũgant̃: donec fa cile moueri poſſint: poſtea cũ inſtrumẽto extrahendi dẽtes euellant̃.

¶ De dentium congelatione ⁊ ſtupore. Ca. 43.

Portulaca ⁊ amigdale amare maſticent̃: aut his ſimila. Aut fiat fricatio cum ſale ⁊ maſticetur cera.

¶ De dẽtibus qui dolẽt cũ aere frigida tanguntur. Ca. 44.

Oleum calefactum in pãno deſup eſt ponẽdũ. Aut vitellus oui aſſatus calidus multotiẽs maſticet̃. Aut calidũ panẽ multo- tiens mordeat. ¶ Aut fiat fricatio ex balſamo. Aut ex oleo de lilio ſilueſtri.

¶ De cola. Ca. 45.

Si puſtule fuerint rubee ſumant̃ antere a milli ſpodij lẽtiũ excor ticata ꝫ ſeminis portulace coriandri ſicci ſemis ſene de mecha oĩm. anã. ꝑtes equales cãphore parũ: ex his puluerizatis fiat frica- tio ⁊ cũ aceto mixta et oleo roſeo ⁊ aqua roſata in ore teneant̃: ⁊ ſan guinis minutio cũ vẽtoſis fiat. ¶ Albe ṽo ſi fuerint puſtule: cũ ſale ⁊ melle fricent̃: ⁊ ſirupus acetoſus in ore teneatur: aut almuri.

¶De gingiuis ſanguinolentis. Ca.46.

Cum ex gingiuis ſanguis ſubtilis aſſidue manauerit: vtriuſqꝫ arſenici ſcꝫ rubei ⁊ citrini calcis gallarū aluminis omniū partes ſumantur equales: ex quib⁹ pulueriʒatis ⁊ cū aceto mixtis parui formentur trociſci. Cunqꝫ neceſſe fuerit ex eis pulueriʒatis ſumatur quantū eſt ſexta pars.ʒ.ſ. ⁊ fricentur gingiue ex eo optime: ⁊ permaneat ſic parū. Deinde teneat oleum roſeum in ore. Eſt eniʒ hoc mirabile ad hanc egritudinē curandam ⁊ putredinem: ⁊ herpeteʒ eſtiomenum qui eſt in ore.

¶De caſu vuule. Ca.47.

Cum eger ſenſerit aliquid radici lingue ſue inſiſtere: aut gutturi: ⁊ cū iubet aperire os ⁊ extrahere linguaʒ videtur vuula eius iam eſſe fluxa ⁊ elongata: ramech ⁊ ſal armoniac⁹ ſumantur: ⁊ bene pulueriʒata cū inſtrumēto inſufflandi ſup vuulā inſufflentur ⁊ ex eis in ſummitate predicti inſtrumenti aliqͩ ponaƭ ⁊ radici vuule cū eo dirigaƭ: ⁊ ipſa cū inſtrumento parū exterius extrahaƭ. Aut granatū acetoſuʒ cū pulpa ſua teraƭ ⁊ fiat ex eo gargariſm⁹. Qđ ſi diu ꝑmanſerit taliter ⁊ elōgata fuerit: eiuſqꝫ ps ſupior ſubtiliata ⁊ caput eius rotūdū fuerit: tūc radicit⁹ erit incidēda. Cauēdū tamen eſt ne anteqꝫ ita vt dixim⁹ ſit diſpoſita incidaƭ. Ex hoc eñ ſequitur quandoqꝫ ſanguinis fluxus qui conſtringi non poteſt.

¶De ſanguiſugis que ingrediuntur guttur. Ca.48.

Cum aliquis in gutture ſuo titillationē ſenſerit: ⁊ ſanguis ſubtilis inde manauerit: extimandum eſt tunc ſanguiſugam in ore eſſe: ⁊ precipue ſi aquaʒ loci in qͦ ſanguiſuge fuerint biberit. Os igitur egri eſt aperiēdū: ⁊ lingua extrahenda et inferius premenda ⁊ guttur in ſole eſt inſpiciendum ⁊ ſi ſanguiſuga in loco propinquo pendere viſa fuerit: cum forpicibus quibus ſagitte educuntur extrahenda erit. Quod hoc modo fiet: caput a quo pendet eſt ſtringēdum ⁊ ſic extrahatur. Quod ſi nō fuerit manifeſta: eger multotiēs gargariʒet ſinapim cum aceto: qꝛ de loco in quo eſt mouebitur. Aut fiat gargariſmus ex aceto ⁊ aſſa: aut ex aceto ⁊ ſale. Nigella ꝑterea ⁊ ſinapis trita inſufflentur gutturi: fiat etiam gargariſmus ex ſucco cepe. Si autem poſt eius caſum remanſerit egro ſanguis reſudatio: fiat gargariſmus ex apoʒimate in quo cortices granati et balauſtie ⁊ ſumach cocta fuerint: ⁊ gutturi inſuffletur puluis de balauſtijs ⁊ thure ⁊ ſanguine draconis ⁊ amido. Si autē ſanguiſuga ſtomacho annexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur ſumantur in potu. Ex his etiā que ſanguiſugam exire faciunt eſt vt eger balneum ingrediatur: ⁊ moretur in eo donec magnaʒ patiatur ſitim: ⁊ tunc aquam in niue infrigidatam frigidiſſimam ſcilicet in ore aliquandiu teneat. Cunqꝫ ceperit tepefieri eam expellat ⁊ aliam ſumat. Sanguiſuga enim quandoqꝫ venit ad os frigiditatem querendo.

¶De his que guttur ingrediuntur ſiue ſint ſpi-
ne: ſiue os. Ca.49.

Cũ illud quod guttur ingredit⁊ infigitur in eo aut meri: fue rit bolus magnus aut eiusſimile: de his que non hñt fruſta ſciſſa cõtenta in eis: aut acuta ꝯfert plerũꝙ ꝑcutere egrũ in collo. Poſterius multotiẽs ⁊ aquã ſepe traijcere. Foꝛtaſſe enĩ deſcẽdet in ferius. Eger quoꝙ balneum ingrediatur: ⁊ oleum multotiens traij- ciat: quod poſtꝙ factum fuerit magnos deglutiat bolos. Quod ſi nõ deſcẽderit: inſtrumẽtum quo huic ſimile inferius duci conſueuit in os mittatur. Eſt aũt inſtrumentũ illud de plumbo; quod cum ſit reti ſimile: eſt longum gibboſitatem in ſe habens.

¶De grauedine lingue. Ca.50.

Cum lingua abſꝙ alijs mẽbꝛis grauedinẽ paſſa fuerit: ⁊ eger neꝙ febꝛem neꝙ acutam incurrerit egritudinem ſal armo- niacũ ⁊ piper ⁊ zinziber ſinapis alba ac piretrũ ⁊ ſtaphiſagria ⁊ bau rach atꝙ oꝛiganum ⁊ ſal indum ⁊ nigella ⁊ ſanſuccus ſiccus ſuman tur: ⁊ in aqua coquantur: ⁊ fiat ex eis gargariſmus. Caueat tñ pa- tiens ne ex eo aliquid traijciat aut eger ieiunus multis diebus gar gari zet almuri nabati aut fiat gargariſmus ex aceto ⁊ piretro.

¶Poſtꝙ vero gargarizare ceſſauerit: ſumantur ſalis armoniaci piretri piperis ſinapis omniũ partes equales: ⁊ ex eis bene pulueri- zatis lingua diuti⁹ fricetur. Quod ſi cũ lingue grauedine auditus ac reliquoꝝ ſenſuũ grauitas foꝛtis affuerit: fiat egri curatio ſꝫ do ctrinam qua paralyſis curat. Si aũt loquella in acutis febꝛib⁹ ag grauata fuerit: ⁊ videris ipſam cũ grauitate in loquella extenuatã ⁊ abbꝛeuiatã ⁊ ſpaſmatã: aqua calida ab alto ſuper ſpõdiles colli ⁊ auris pꝛincipia fundat: ⁊ cũ oleo fricentur. Eger quoꝙ oleũ tepidũ in oꝛe tenere dꝫ. Et ſi diu eſt ex quo loquela minui non ceſſauerit: vt etiam ſemꝑ conſiderandũ eſt an ligamentũ quo inferius lingua cõ- nectitur maius ſit q̃ debeat. Quod ſi ita fuerit ex eo parum eſt in cidendum ⁊ zegi pũluerizatum immittendum.

¶De lingua que adeo tumeſcit vt ꝓ os egrediatur. Ca. 51.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pꝛe magnitudine os egrediatur: fricanda eſt ex cepis aut ex citri acetoſitate: ãt cũ ribes: aut ex granato acetoſo donec ſaliua multa ab ea pꝛofluat. Hoc nãꝙ modo detumeſcet ⁊ ad pꝛimam redibit menſuram. Si autem non ſufficit: fiat fricatio ex ſale ⁊ aceto. ¶Et ſi necdum ſuf ficit: fiat minutio ex vtriſꝙ cephalicis pꝛius et poſtea ex venis que ſunt ſub lingua.

¶De glandula q̃ ſub lingua nodatur ⁊ vocatur ranula. Ca.52.

Cum ſub lingua glãdula nociua fuerit in pꝛincipio ex ſale ar- moniaco ⁊ gallis fricanda eſt. Si aũt vetuſta fiat: ex medica- mine gingiue ſanguinolente fricanda eſt quod eſt medicamen acu tum. Eger autem acetum ⁊ ſalem in oꝛe teneat.

¶ De apoſtematibus accidentibus in lingua. Ca.53.

Iſta eiſdem ſunt curanda: ex quibus colas quas ſupranominauimus & ſinantia ſanantur.

¶ De ſinantia. Ca.54.

Cum in glutiẽdo ſentit anguſtia adeſt paſſio q̃ ſinantia vocatur. Cui⁹ grauitas vel leuitas ſm anguſtie q̃titatẽ deprehẽdi põt. Cũq; cũ traijciẽdi anguſtia fuerit in facie & oculis rubedo et repletio: in principio curatiõis cephalica flobothomet: & gargariſmus ex ſucco granati muzi cũ carnoſitate ſua fiat: aut ex rob mori de ſeni. Et poſt hoc fiat gargariſmus cũ aq̃ roſata in qua ſumach fuerit infuſuz. Qḋ poſtq̃ p tres dies ſic factũ fuerit: & venter ex ſucco fructuũ ſicut pruno᷑ tamarindi caſſie fiſtule & tereniabin ſolutus fuerit: fiat gargariſm⁹ ex apozimate ficuũ citrina᷑ & paſſula᷑: ãt ex medulla caſſe fiſtule cũ ydromelle. Qḋ ſi paſſio inueterauerit: ex gargariſmis & inſufflatiõe fortiũ medicaminũ q̃ dicturi ſum⁹ curanda erit. Si aũt in facie nõ fuerit rubedo: fluxeritq; ab ore ſaliue multitudo & eger fuerit humectatus: in principio ſoluatur venter ex cochijs: & fiat enema ex clyſteri acuto quod in.c. de appoplexia ſnominauim⁹. Cũ tñ paſſio iceperit fiat gargariſm⁹ ex ſirupo acetoſo: ãt cũ ydromelle & pipere & oximelle & deinde ex almuri nabati. Fiat etiam gargariſmus ex ydromelle & ſinapi. De his preterea q̃ male ſinantie cõferunt: eſt vt ex venis que ſunt ſub lingua fiat minutio: & vt ventoſe abſq; ſcarificatione in collo ponantur: & epithimet collũ ex melle anacardino donec veſice in eo generent: & fiat gargariſmus cũ ſinapi & gutturi fiat inſufflatio ex hoc medicamine quod ſic fit. Sinapis ſal armoniacum piretrũ nitrũ aſſa piper mentaſtrũ: ſumat: & ex eis cum ydromelle fiat gargariſmus.

¶ De tuſſi. Ca.55.

Cum tuſſis acciderit: fueritq; aſpera & ſicca: & cum rubedine et calore: egro muroba violarũ & ptiſana tribuẽda erunt: fabas quoq; excorticatas & ſpinachia cũ oleo de amigdalis dulcib⁹ in comeſtione accipiat. In ore ṽo ſemper tenere dz pillulas bichichias. Aque aũt quã bibit ſirup⁹ violatus eſt admiſcẽdus. Cõfectio pillularuz bichichiarũ. ℞. ſucci liquiritie zucchari albi amborum. ana ʒ. x. amidi draga gãti amigdalarũ dulcium excorticatarũ olm. ana ʒ. v. ex eis cũ mucillagine ſeminis citonij conſperſis informent pillule. ¶ Quod ſi cum tuſſi multũ affuerit ſputum qḋ cum expuendo expelli nõ poteſt: nocumẽtũ infert: ſed neq; febris neq; vehemẽs ventris ſolutio ipſaz comitant: ex ijs trociſcis dãduz erit infirmo: qui. ℞. ſeminis feniculi: ſeminis apij ſucci liq̃ritie capilliveneris amigdala᷑ omniũ partes equales: ex his cum mucillagine ſemis lini cõſperſis informent trociſci: ex q̃bus. ʒ. iij. tribuantur. ¶ Decoctionẽ aũt qua in hac egritudie vtendum eſt: in.c. de catarro iã deſripſimus: cui tamen. ʒ. v. capilliueneris ſunt addende. Qḋ ſi tuſſis anti

qua ꝛnociua fuerit adeo vtegrū in nocte dormire nō ꝑmittat: pillu le ſtoracine ſunt dāde. q̄. ℞. myrrhe ſtoracis opij oīū ꝑtes equales: informētur ex eis pillule ad lupinorū ſiſitudinē: ex q̄b⁹ vna aut due patiēti tribuātur. In potu vero ſumat ſirupū de papauere: ꝛ comedat ſemē albi papaueris cū zuccharo. ¶ Qui hāc ꝑterea patiť egritudinē vitet in cōeſtiōe acetoſa ſalſa pōtica acria atq̄ amara.

¶ Suffumigū ad antiquā tuſſim ꝛ ſputū fetidū: qd. ℞. ariſtologie myrrhe ſtoracis galbani oīū ꝑtes equales: arſenici rubei ad pōdus oīū: oīa puluerizata ex butyro vaccino ꝯſpergātur: ex q̄b⁹ magdaleones ad pile ꝑue ſiſitudinē informētur: ꝛ cū neceſſe fuerit in ieiunio ex vno eoꝝ per traiectoriū ſuffumigetur.

¶ De aſmate. Cap. 56.

Cum aliquis aſſidue patitur tuſſim: ꝛ aerē attrahit quēadmodū fit poſt curſuʒ: aut poſt vehemētē motū: ꝛ cū iacet ſupin⁹ eſt ei deteri⁹: ſed cū ſedet eſt ei meli⁹: decoctio ei dāda eſt: q̄. ℞. ficuū citrinaꝝ. ʒ. x. dactiloꝝ maiorē humiditatē habētiū ſeminis apij ſeminis feniculi capilliveneris liq̄ritie yſopi praſſij oīū. aā. ʒ. v. coquāť in tribus libris aq̄ dulcis donec redeāt ad vnā ꝛ colētur. De hac vero decoctiōe trib⁹ dieb⁹ egro in potu tribuatur cū pōdere duoꝝ aureoꝝ hui⁹ ꝯfectiōis: q̄. ℞. ſucci liq̄ritie yſopi capilliueneris oīū. aā. ʒ. x. cordumeni piperis amigdalaꝝ amaraꝝ ariſtologie rotūde ſeminis vitice oīū. ʒ. v. mellis diſpumati qd ſufficit. ¶ Hec eñ ꝯfectio ſuperfluitates q̄ ſunt in pectore mirabiliter expellit: ꝛ eſt optima. Dāda eſt itaq̄ per hebdomadā vnam continuo.

¶ Deinde eger poſtq̄ cōederit ſinapim ꝛ mel: vomere cogēd⁹ eſt: et vēter ex his pillulis ſoluend⁹ q̄ recipiūt agarici ordei grana. xviij. colloquintide inferioris grana ordei. vj. elacterij grana. iiij. ſucci liquiritie. ʒ. v. fiāt ex eis pillule: ꝛ ſufficiūt ad doſiʒ vnā. Poſt hoc quoq̄ iteꝝ redeat ad bibēdū ꝯfectionē ꝛ decoctionē ſumendum: ꝛ poſtremo ad vomitum ꝛ ventris ſolutionē vt prius. Hoc faciēdum eſt donec eger ſanitati reſtituatur. Interim tamen a cibis groſſis ꝛ ſtipticis ꝛ acetoſis abſtineat.

¶ De pleureſi. Cap. 57.

Cum aliquis ſub coſtis ſuis dolorē ſentit pūgitiuū: ꝛ ꝓprie qñ ſiccā patitur tuſſim: ꝛ febrit: expedit vt ſi dolor ſup ꝑtē coſtaꝝ ꝛ furculā tēdit: fiat minutio ex baſilica ei⁹ partis in qua eſt dolor: niſi totum corpus multo ſanguine repletū fuerit: tūc eñ ex latere cōtrario ſanguinis detractio faciēda eſt. ¶ Egritudo quoq̄ ſi iā per aliquot dies a ſui principio infeſtauerit egrum: flobothomia ſiſr a parte dolente facienda eſt. ¶ Quod ſi dolor inferius ad partē coſtaꝝ poſterioꝝ tendit: vēter ex decoctiōe quā in capitulo de reumatiſmo deſcripſimus eſt ſoluendus. Melius tñ eſt vt flobothomia fiat: deinde aq̄a ordei cum zuccharo aſſidue tribuatur. ¶ Et ſi videris tuſſim eius vehementis ſiccitatis: da ei in diluculo oī die in

lep:deīde da ei ī potu aquā ordei. ¶ Et ſi eger fuerit debilis nutriat cū pane ⁊ ex zuccharo. ¶ Si aūt fortis fuerit: aq̄ ordei vſq̄ ad diē q̄rtū ſufficiet. ¶ Cūq̄ ſcreare ceperit: decoctionē quā in cap. de reumatiſmo nominauim⁹ quotidie ſumat añq̄ aquā ordei bibat dōec ſanetur. ¶ Si aūt febris ⁊ acuitas perſeuerēt: ⁊ eger in excreatiōe difficultatē patiat: det decoctio quā in cap. de aſmate noīauim⁹: qd ſiliter eſt faciēdū cū saniei fit excreatio. ¶ Qd ſi in pīcipio paſſiōis qd excreat nigerrimū: aut valde citrinū appet: ⁊ ſic permanſerit; et febris nō quieuerit neq̄ calor vſq̄ ad diē ſeptimū timoroſuz ē. ¶ Et ſi cū hoc toto aeris attractio nō alleuiet: ⁊ in pectore fuerit oregmō aut in maxillis rubedo: ⁊ in oculis ſtupor: morti eſt propinqu⁹. ¶ Si aūt exteri⁹ in latere appuerit rubedo aut apatio: ⁊ cū premit loc⁹ dolet: ponat deſuper vētoſa aut emplm̄ ex ſinapi ⁊ ficub⁹: ⁊ dimittat ibi donec locus vlceret. ¶ De his vo q̄ ex errore ſtolidoꝝ ad augmētū nocumenti accidūt: hanc egritudinē patiētib⁹ eſt: q̄ cū dolor in in pīcipio ſentit ſub coſtis eſtimāt groſſam fore vētoſitatē: ideoq̄ electuarium diamuſcuz aut ei ſimilia egro tribuūt eūq̄ omnino interficiunt. Hec paſſio vocat birſen: cuius cauſa eſt apoſtema qd oritur interius in coſtis hyppocundrioꝝ.

## ¶ De peripleumonia. Cap. 58

Cum homini ſuperuenerit febris ⁊ in anhelitu tm̄ patit ꝯſtrictionē vt ſe prefocari putet: ⁊ in maxillis ita vehemēs fit rubedo vt tincte videant: ⁊ anterior pectoris pars dolet: ⁊ tuſſis adeſt: ⁊ qd cū excreatiōe emittit exiſtit ſpumoſum: ⁊ in pectore ſentit grauitas ſine punctiōe ⁊ ſine calore: cui oīa hec accidūt acutū in pulmone patit apa: ⁊ vocat hec paſſio peripleumonia. In principio igitur curationis eius baſilica minuenda eſt: deinde eger ex eis quib⁹ medicatur pleureſis curand⁹ eſt.

## ¶ De ſanguinis proiectiōe cū ſputo ſine vomitu ⁊ ſine raſcatione per os. Cap. 59.

Cum ſanguis cū raſcatiōe aut paruo ſonitu q̄ fit ſine tuſſi egredit: nō eſt egro inde timēdū. Poterit em̄ ſanari gargarizādo ea q̄ in cap. de ſināntia noīauim⁹: ⁊ regimē ſubtiliādo. ¶ Cū vomitu quoq̄ ſi exierit ſanguis nō magnū affert timorez. Curat nāq̄ hoc flobothomādo egrū ⁊ ſi cōederit ſtiptica ſicut ſumach ⁊ ſucc⁹ vue acerbe. In potu p̄terea ſumat ex boli armeni gūmi arabici balauſtie ſanguinis dracōis thuris oīz ptib⁹ equalib⁹ dent ex eo. ℥. iij. cū rob ſimplici de citoniis. ¶ Quibuſdā aūt ſolet accidere ſanguinis exitus cū interpollatiōe: ex quo ſentiūt nocumētū imo remediū: ideoq̄ ſic eſt dimittendū. ¶ Qd ſi cū tuſſi ſupueniat ſanguinis egreſſio eſt timoroſuz. Eſt tm̄ incipiendum in curatione egri cum flobothomia ex baſilica. Deinde ex trociſcis iſtis in potu tribuendū que. ℞. thuris ſanguinis draconis; amboꝝ. añ. ℥. iij. ⁊ tertiaz. charabe. ℥. v. ems

tbitis terre ſigillate: ãbor͂u. an̄. ʒ. x. aluminis. ʒ ij. ꝛ. ς. balauſtie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. rauet ſeni. ʒ. ij. ex bis oib⁹ fiãt trociſci. x. de quib⁹ quottidie vnus in potu ſumat̃ cũ ſucco ozimi maioris aut portulace. ¶ Et ſi egritudo vehemẽs fuerit: ali⁹ circa noctẽ dand⁹ eſt. ¶ Adiutoriorũ quoq͡ʒ ac coxarũ partes ſuperiores ſunt ligãde ꝛ extremitates fricã de. ¶ Pect⁹ etiã ꝑcipue ſi in eo fuerit locus dolens ex trociſcis pre dictis cũ aceto ꝛ aq̃ epithimet̃. ¶ Et ei⁹ preterea cibaria ſuccũ vue acerbe ꝛ ſumach ꝛ eis ſimilia admixta habeant: ꝛ patiens ſupinus iacens de terra ſigillata aliq̃d poſt aliq̃d paulatim comedat.

## ¶ De ptiſi. Capl'm. 60.

Cum aliq̃s carniũ diminutionẽ pati videt̃: poſt tuſſim cronica paſſione ꝛ ſputo ſãguinis aut saniei ꝓcedente lac aſininũ in potu tribuat̃. ¶ Qḋ ſi iueniri nõ poterit: caprinũ cũ pauco zuccha ro dãdũ eſt. Cũ quo ẽt panẽ ſepe comedat: ipſũq͡ʒ quãto plus poteſt: loco aq̃ in potu ſumat. Uinũ tamẽ ſubtile ꝛ tẽperatũ aliquãdo eſt tribuendũ. ¶ Nutrimẽtũ autẽ egri ſit ex carnib⁹ auiũ et hedina. ¶ Eger p̃terea an̄ comeſtionẽ ꝛ poſt balneũ igrediat̃ qḋ non ſit cali dũ ſed tepidũ: ꝛ in ſemicupio morã faciat. ¶ Sũmopere ꝟo cauẽdũ eſt ne venter ſoluat̃. Cui tamẽ ſi ſolut⁹ fuerit: ex hui⁹ pulueris bibi tione ſuccurendũ eſt: q̃. ℞. gummi arabici ſpodij boliarmini ſemi nis mirtini: oĩ. an̄. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo in die. ʒ. iij. cũ. ſirupo de papauere albo ãt rob mirtino dent̃: hui⁹ quoq͡ʒ pulueris bibitio omnib⁹ ventris ꝯſtrictione indigentib⁹ q̃ tuſſim patiunt̃ remedium affert. Cui plerumq͡ʒ adduntur xilocaracte de ſyria et bdellinm de mecca. ¶ Quod ſi lac egro febrem generauerit auferendum eſt ei lac: ꝛ ptyſana quouſq͡ʒ febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tri buendũ. Et ſi febris iterũ redierit remoto lacte ptiſana eſt danda. Poſt cui⁹ receſſionẽ vt pri⁹ ad lac eſt redeũdũ. Hoc aũt ſemꝑ eſt fa ciendũ cũ neceſſitas viget: ꝛ ſummopere cuſtodiendus ne ſoluat̃.

## ¶ De tremore cordis. Cap. 61.

SI cũ cordis tremore fuerit pulſus velocitas ꝛ febris: eger ex ba ſilica eſt minuend⁹: ꝛ trociſci cãphorati cũ ſucco malorũ aceto ſorum in potu ſunt tribuendi que. ℞. ſpodij ſeminis cucumeris ci trulli endiuie lactuce portulace roſarum ſandali albi omnium par tes equales: et pro vnoquoq͡ʒ pondere aurei vnius ex eis ſumatur cã phore trium granorum ordei pondus: ex quibus cum ſucco macia norum confectis fiant trociſci. de quibus in potu quotidie vnius aurei pondus quaq͡ʒ die tribuatur quod per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autem hec non ſuffecerint: lac de quo butyrum ſit extractũ ad bibendum detur. Ipſe vero nutriatur ex pullis cum aceto ꝛ ſucco vue acerbe ꝛ ex acetoſo. Syrupum preterea acetoſum de zucchara factum bibat.

¶ Si autem cum cordis tremore non fuerit febris: trociſci muſcati

in potu ſumāt.q̄. ℞.maſticis ſpice xiloaloes cinamomi gariofilo rū gallie muſcate nucis muſcate cubebe cardamomi maioris ꝛ ib, lobe corticis citri oīū an̄.pōd⁹ vni⁹ aurei:muſci ſexta.ʒ.i.ex bis oīb cū vino redolente ↄſperſis fiant trociſci.Ibi aūt trociſci ↄferunt ſincopi ꝛ tremori cordis. ¶Electuariū dyamaſcū qd̄ ad ſincopim et triſtitiam ꝛ cordis tremorē ꝛ tediū facies. ℞.maſticis cinamomi ſeminis ozimi maioris ſeminis ozimi gariofilati ſeminis melliſſe ſeminis ſiſimbrij ſeminis ſanſuci macropiperis omniū partes eq̄les ex quibus omnibus pulueriſatis.ʒ.x.ſumant margaritaꝝ minutarum coralli rubei charabe ſete crude been albi ꝛ rubei folij: oīum an̄.ʒ.x.muſci tubapirici corconij puri.ʒ.v.ↄficiātur cū melle de muraba chebuloꝝ.Hoc ei electuariū ad frigiditatem ſtomachi ꝛ digeſtiue egritudinem optimū exiſtit.

¶De paſſione colerica. Cap.62.

Cum paru⁹ dolor pūctio ꝛ triſtitia alicui ſuꝑuenerit:affueritq̄ cum ea vel poſt ipſā vomit⁹ ꝛ vētris ſolutio:aq̄ calida multotiens ↄtinue in potu tribuat.Et ſi adhuc ꝑſeuerauerint vomit⁹ et vētris flux⁹:aq̄ calida iterū det:ſedabit eī paſſio. ¶Cū aūt egritudo quieuerit:eger balneū ingrediat:in quo ꝑ vni⁹ hore ſpaciū moretur.Egreſſus autē de balneo leui alatur nutrimento:deide dormiat ¶Sed licet vomit⁹ ꝛ vētris fluxus vehemētes fuerint ꝛ ſint ſimptomata terrefacientia ſuꝑuenerint:nō tn̄ eſt timēdū:imo cū medicaminibus q̄ ego nominabo ſuccurrendū. ¶In ꝓncipio itaq̄ trociſci de olibano cū aq̄ ꝛ niue ꝛ rob granatorū dent ſemel q̄ itē etiā ſunt dandi ſi vomit⁹ nō ceſſauerit.Duoq̄ adiutoria ꝛ coxe in ſupremis partib⁹ ligent ꝛ aq̄ in niue infrigidata ſuꝑ crura ꝛ pedes fundat ꝛ in ipſā etiā mittātur. ¶Uenter quoq̄ ex ſādalis roſ.cāphora gallia aq̄ roſata ↄſperſis epithimet ꝛ pānus aqua roſata in niue infrigidata infuſus deſuꝑ ponat:qui poſtq̄ tepefact⁹ fuerit eſt remouēd⁹: ꝛ ali⁹ vt pri⁹ deſuꝑ mittēdus. ¶Ad potādū aūt paulatim tribuatur vinū vet⁹ tēperatū cum rob granatoꝝ:ꝛ quādo vomuerit iterū tribuat. ¶Panē q̄q̄ in ſucco granatoꝝ infuſū cogēd⁹ eſt ſumere cum vino ꝛ comedere.Quē ſi vomuerit:iterū dād⁹ eſt donec q̄ſcat.Qd̄ ſi ſincopis ſuꝑuenerit muſc⁹ cū vino dare ↄueniens eſt:vim iferēdo.Et ſuccus carnis hedine ꝛ pulline cū pauco citonioꝝ ſucco in vino mixtus in potu eſt tribuēd⁹.Pulli ꝑterea ſunt aſſandi:ꝛ an̄ nares ipſi⁹ diſcerpēdi Tb⁹ etiā dādū eſt vt ipſū maſticet ꝛ paulatim traijciat. Et poſtremo bolū coraſcenū cū cāphora ↄditū tribuat. ¶Quicq̄d autem de huius paſſionis cura nunc vſq̄ diximus donec vomitus ſedetur:et ſtomachus cibum recipiat fieri conuenit.Poſtquam vero ſtomachus ipſius recipere cibum poterit:nutriendus eſt eger: et parum vini veteris bene redolentis in potu ſumat ꝛ dormire icipiat Trociſci de olibano ad vomitū dicti. ℞.boli coraſceni thuris am-

borum.an̄.ʒ.x.cucube cardamomi amboꝝ.an̄.ʒ.ij.ꝛ.5.cāphoꝛe gal lie gariofilo.oim.an̄.ſextam.ʒ j.fiant trociſci pondere aurei vnius. Hi enim vomitui multum conferunt.

pe qui in gibbo cameli inueniť ⁊ bdelio quod ſic fit videlicet vnguen‑tum de ſene. ℞. cere citrine olei ſiſamini adipis anatis medulle cru‑ris vaccini adipis q̄ eſt in gibbo cameli bdellij omniū ptes equales bdellium prius in mucillagine ſeminis lini diſſoluatur: deinde oīa miſceātur: hoc enim optimū exiſtit. ¶ Si aūt eger ragadias in ano habuerit profundas a quibus fetens virus fluxerit: medicamē acu‑tū qd in capitulo de vlcerib⁹ deſcripſim⁹ eis ſupponať: quod eger per duos patiať dies. ¶ Et ſi in eis aliquid remaneat quod reſudet: me dicamē iterum apponatur: quod eo vſq̧ fiat donec locus ſiccetur: et nō reſudet ſi fuerit ꝓfundū. ¶ Quod ſi ea q̄ ibi ſunt eminētia extra ⁊ pēdētia fuerint itex vt areſcāt ⁊ nigreſcāt butyrū tepidū multotiēs ſupponatur donec nigredo ab eo remoueať. ¶ Si aūt reſudatio re uerſa fuerit: medicamē acutū itex ibi apponať: ⁊ ſi nō reſudauerit ex vnguēto de ceruſa cureť. Eſt etiā quādo eminētes emorroydes extra curātur cauterizādo cum ferro. Loqui tamen de hoc plus eſt quam huius noſtri libri modus requirat.

¶ Fiſtule xo generanť in ano velociter quoniā figura ei⁹ facit illud eſſe neceſſariū que aut penetrātes ſunt: aut non penetrātes vtrinq̧ ¶ Cum autē ꝑforate ſunt vtrinq̧ ſtercus egrediť ex eis ⁊ vētoſitas ¶ Si autem non egreditur neq̧ ſtercus: neq̧ ventoſitas non eſt pe‑netrans ab vtraq̧ parte. Loqui vero de eius cura perfecte plus eſt quam hic noſter liber expetat. Sed quia fere omnes ſemper ma ximum incurrunt errorem in cura huius egritudinis vnde maximū ſequiť nocumentum: nos excitabimus eos ad hoc quod huic egritu dini ꝯgruum erit: ⁊ oſtēdemus qualiter a predicto errore ſe cuſto‑diāt: ⁊ dicemus ꝙ fiſtula vtrinq̧ perforata cum ab ano remota fue‑rit: nullo modo ferro eſt tāgenda: ex inciſiōe enim ferri contingit ſter cus inuoluntarie egredi. ¶ Eſt etiā aliud quare fiſtula ab vtraq̧ ꝑte ꝑforata ferro tāgi nō dꝫ. Quia toto tꝑe vite eger ſic ꝑmanere pote‑rit: nō magnū faciēs nocumētū: nec ꝑueniet ex ea aliq̄d niſi reſuda‑tio ⁊ fluxus. ¶ Si aūt illud quod ab ea fluxerit fuerit acutum ⁊ mor dicatiuum ⁊ fetidum habuerit odorem: cuius etiam quantitas quo tidie augeatur: erit fiſtula putrida et cum herpete eſtiomeno cui ex medicamine acuto ex eo quod cōplet omnia ſuccurrendū eſt anteq̄ dilatetur et magnificetur.

¶ Cū aūt non reſudauerit niſi pax: neq̧ ei⁹ quātitas quotidie auge tur: neq̧ mal⁹ odor ibi augmētat⁹ fuerit: non eſt in ea aliq̄d qd ſit ti mēdū niſi reſudatio ⁊ fluxus. Que medicari pōt donec ſicceť ⁊ detu meſcat: ⁊ nō reſudet per longū tempus. ¶ Si aūt reſudatio redierit medicamen predictū adhibeať: ⁊ hoc mō poterit blandiri per totū tꝑs vite egri ⁊ non nocebit. ¶ Mod⁹ adhibēdi medicamē huic egri tudini ex collirio qd in capitulo de fiſtula oculi nominauimus ſuma tur: ⁊ optime teratur: ⁊ fiſtula prematur donec quicquid in ea conti netur egrediatur.

¶ Et ſi radius eã ingredi poterit: inuoluatur coto: deinde ex predicto medicamine poſtq̃ mollificatũ fuerit inunct⁹ in fiſtulam mittat. ¶ Si vero minime ingredi in ea radi⁹ poterit: diſſoluat medicamẽ in aqua: et ſub leuet cox egri ſuppoſito puluinari: et eo ſupino iacẽte predictũ medicamen diſtillando ſuper fiſtulã fundatur: et fiat hoc in mane et circa noctem per tres dies: et ſedeat in aqua de curcuma et lauetur ex ea.

¶ De exitu matricis et ani. Ca. 81.

Cum an⁹ extra egredit apoſtemate carẽs: ita diſponit q ſi impellat igredit: ceruſe dulauſtie galliaꝝ aluminis antimonij omniũ partes ſumant equales. et rediganẽ in puluerẽ: et ſup anũ ex oleo roſeo calefacto inunctũ pulueriʒent et anus intromittat et ſtringatur: quod tamen fieri conuenit: poſtq̃ eger a ſella reuerſus fuerit ne euʒ cito ſurgere ad ſellam ſit neceſſe. ¶ Sumantur etiam galle balauſtie cupule glandium folia myrthi: et coquantur in aqua donec rubea fiat: et ſedeãt in ea: et lauent ex ea. ¶ Quod ſi anuʒ qui apoſtemoſus eſt ingredi minime põt: eger aquã calidã frequenter ingrediatur: et in ea ſedeat: et vngat anuʒ ex cera et oleo camomillino aut anetino donec ingrediatur. Cumq̃ intromiſſus fuerit: ex bis que nominauim⁹ curet. Uulua preterea ſi egreſſa fuerit: ſimiliter erit medicanda. Eſt tamen neceſſe vt fortiter ligetur: et vt egra ſemper ſupina iaceat et coxe ſuperius eleuentur.

¶ De conſtrictione menſtruorum. Ca. 82.

Pro ſupfluis mẽſtruis ꝯſtringẽdis trociſci de charabe p bebdomadã vnã ſunt dãdi. Qui ſi nõ ꝯtulerint cõfectio de ſcoria detur: et fiat minutio ex baſilica. ¶ Uẽtoſe quoq̃ ad mãmillas apponant: et in comeſtiõe ſtipticis vtat cibis: et hoc medicamẽ egra ſibi ſubijciat qd. ℞. olibani balauſtie: gallaꝝ antimonij acbatie aluminis: oiʒ partes equales. Puluis hoꝝ optime tritorum cuʒ pauca lana ſubijciat: femur vero et dorſum ex epithimatibus que in capitulo de fluxu ventris nominauimus epithimentur: et ſedeat in aqua de curcuma. Quod ſi iſta non contulerint: ex alio peſſario acuto fiat immiſſio et maneat in vulua.

¶ De prouocatione menſtruorum. Ca. 83.

Cum ex retentione menſtruoꝝ magna ſequit paſſio trociſci de myrrba dentur.

¶ Trociſci d myrrba. ℞. myrrbe. ʒ. iij. lupinoꝝ optie tritoꝝ. ʒ. v. foliorũ rutbe mẽtaſtri pulegij cimini rubee de qua tingit aſſe ferapini opoponaci: oim añ. ʒ. ij. informent trociſci põderãtes. ʒ. ij. ex quib⁹ detur vnus in die cũ aqua in qua ſemẽ iuniperi coctũ fuerit. Hoc nãq̃ medicamẽ adeo vebemẽs exiſtit in prouocãdis menſtruis: vt etiã fetum excutiat ſi qua eo ſepe vtat. ¶ Uẽtoſe quoq̃ ſub curuatura poplitis ſunt ponẽde: et flobotbomia ex ſaphena facienda eſt. Poſtremo quoq̃ ventoſe femori ſunt ſuperponende.

¶De fixuris q̃ fiunt in matrice vel vulua. Ca.84.

HE curãde ſunt ex medicatione ragadia zani: peſſariũ quoq3 ex adipe anatis et yſopo ceroto et medulla cruris ceruini mixtis cũ cera diſſoluta in oleo de lilio aut narciſcino ſubijciatur: ſi neq3 febris neq3 acuitas affuerit. ¶Quod ſi illud fuerit cũ calore et acuitate: oleũ roſeũ adhibeatur. Ex vnguẽto quoq3 de ceruſa ſimiliter fiat peſſariũ. ¶Si aũt calor fuerit vehemẽtior ſumatur ſucc⁹ portulace aut lactuce aut mucilago pſilij: et fiat tabula de plũbo ſimilis marmori in q̃ terũtur colores habẽs in circuitu labiũ paruum: et ponatur in ea aliq̃s de p̃dictis ſuccis: et cũ piſtello plũbeo adeo ſup ipſã moueatur donec de plũbo multũ p̃dicto liquori miſceatur et inſpiſſet ſuccus: ex quo fiat peſſariũ: poſtq3 oleum roſeum ei admixtum fuerit: et ſupponatur. Hoc enim medicamen cancro vulnerato qui eſt in matrice optimum exiſtit: et alijs ei ſimilibus.

¶De plagis et cancro q̃ fiũt in matrice vel vulua. Ca.85.

SI cũ apoſtematib⁹ iſtis adeſt calor et febris flobothomia ex baſilica fiat et patiẽs ex aqua ordei nutriatur: et liniantur renes et femur et ilia: et ſume ex epithimate apoſtematis calidi: et infrigidetur loc⁹ quãtũ poſſibile eſt. ¶Si vero poſtq3 febris et acuitas q̃euerit: et ex apoſtemate aliq̃d remãſerit: ex iniectiõib⁹ liquidis curetur: et mulier in huiuſmõi liquidis ſedeat donec molleſcat et maturetur.

Peſſariũ mollificãs dura apoſtemata matricis et ↄferẽs dolorib⁹ in ea factis et paulatim eos q̃eſcere faciẽs. Recipe adipis anatis medulle cruris ceruini vel vaccini bdellij mellis croci vitelli oui aſſati fecis olei de ſeminibus lini fecis olei de lilio: oĩm partes equales diſſoluantur in vino aut rob et fiat ex his peſſariũ. Eſt enim optimũ ad ſedãdum dolorem et mollificandam duriciem matricis. ¶Patiens preterea ſedeat in aqua in qua cocta ſint fenugrecum et ſemen lini et camomilla et mellilotum et caulium extremitates ſingulatim aut omnia ſimul.

¶De naſcẽtijs que fiunt in matrice vel vulua. Ca.86.

CUm a vulua fluxerit ſanies ſpiſſa aut vir⁹ tenue: ſi ex propinquo manat loco: neq3 fuerit ibi profunditas fetida: neq3 putrida: ſumẽda ſũt aloes et myrrha et ſanguis dracõis et ſarcocolla atq3 olibanũ et loco ſuperponenda donec conſolidetur.

¶Si aũt ex loco manauerit remoto: ex peſſario qđ nominauim⁹ in capitulo de ſanguine et ſanie fiat proclirma.

¶Si aũt qđ fluxerit eſt fetidum: odorẽ habẽs malũ: ex peſſario ſecũdo acuto fiat iniectio: poſtq3 loc⁹ mũdificat⁹ fuerit: ex aqua et melle iniectis per inſtrumentum ante eam.

¶Si vero cum hoc quod fluit affuerint punctio et dolor et apoſtema durum quod tactu diſcernitur ſummopere cauendum eſt ne ex aliquo acuto medicamine tangatur: ſed fiat inunctio ex confrica-

tione plũbi quã dixim⁹: aut ex vnguẽto de ceruſa: ⁊ flobotbomet ex baſilica. Et cuſtodiat ab omnib⁹ que coleram gignunt nigram et ſeminibus ⁊ ſpeciebusq̃ pro ꝯdimento admiſcentur cibis.

¶ De prefocatione matricis. Cap̃.87.

CUm menſtrua ꝑ longũ tẽporis ſpaciũ retenta fuerint: aut mulier a ꝯmixtiõe viri diu abſtinuerit: licet valde affectauerit et euenerit grauitas ⁊ dolor in inferiori parte ſuminis: ⁊ ſenſerit q̃ſi aliquid ſurſum trahi a parte ſuminis: fortaſſe poſt iſta ſuperueniet ei ſincopis: ⁊ quaſi mortua cadet: perpendi quoq; vix poterit quod ipſa attrahat aerẽ: vel habeat pulſũ ⁊ forſitã ſ̃focabit ⁊ morief: et fortaſſe ſanabit: laborioſe tamẽ. ¶ Hec itaq; paſſio illico vt euenerit curãda eſt: cui⁹ curatio eſt vt pedes fortiter fricent ⁊ ligent ⁊ vẽtoſa magna ſumini ſupponat. ¶ Obſtetrici quoq; ꝑcipiat vt digitum oleo bñ redolente inungat: ⁊ in circuitu oris vulue dum eſt intus bñ ꝯmoueat. ¶ Narib⁹ ꝑterea ꝯdiſi inſufflet: ⁊ circa aures ipſi⁹ voces clamando ꝓferant: ⁊ nihil qđ bene redoleat olfaciat: immo bene redolentia ⁊ algalia remoueant. ¶ Et pecten ⁊ eius ſuperiora ex eis epithimenf: ⁊ narib⁹ malũ reddentia odorem applicent vt ſtercus ⁊ caſtoreũ ⁊ ſulfur. ¶ Cũ aũt ſanitati reſtituta fuerit: ex hac medicatiõe curet: ne egritudo redeat. ¶ Qđ ſi egritudo hec poſt mẽſtruoꝝ euenerit reſtrictionẽ: ea dent q̃ mẽſtrua prouocãt. Et in pedib⁹ fiat minutio ⁊ vẽtoſe in eis apponant. ¶ Si aũt poſt longam viri diſſuetudinẽ ꝯtingat: ex quo etiã ſepius accidit: incipiat viri ꝯſuetudinem habere: aut obſtetrix iteret illđ ſepe qđ ꝑdiximus in omni pauco tp̃e: aut medicamina que minuũt ſperma dent que prediximus. Et dent trociſci de myrrha quos in capitulo de menſtruis prouocandis nominauimus.

¶ De mola. Cap̃.88.

MUlierib⁹ plerumq; accidit paſſio ex qua pregnantium diſpoſitionis ſimilitudinem icurrunt. Uẽter nãq; creſcit: ⁊ diſcolorate fiunt ⁊ retinent mẽſtrua. Motus tñ qui eſt in hac egritudine nõ eſt vt motus infantis: immo quandoq; de ſuo mouet loco cum duriter tangitur. Ad vltimum vero cum anguſtia ⁊ dolore fruſtum carnis informe ac ſi pareret emittunt. Plerũq; ṽo ſolũmodo vẽtoſitas ⁊ humorũ multitudo emittif: ⁊ deinde minuitur vẽter: ⁊ remouent accidẽtia. ¶ Poſtq̃ ergo tẽpus ꝑterierit in quo ſcitur puerũ debere moueri ſi adeſſet: trociſci de myrrha dãdi ſunt: ⁊ apozima de ſeminib⁹ ⁊ oleũ de cheiſim adhibendũ: peſſariũ ex ruta ⁊ mentaſtro ⁊ alia peſſaria ꝑdicta ĩ capitulo de alleuiatiõe part⁹ ſunt imittẽda. Doſes quoq; de pillulis fetidis frequenter tribuẽde ſunt cum hoc enim cito euadent.

¶ De ruptura inguinis. Cap̃.89.

CUꝫ aliq̃s in mirach vẽtris habuerit eminẽtiã q̃ cũ ſupinus iacuerit: ⁊ loc⁹ digitis cũ ꝑſſ⁹ fuerit remouet: ⁊ cũ ſederit redibit

paſſio adeſt q̄ ptura dicit. ¶ Qui hoc itaqꝫ patitur ſibi cauere debet: ne poſt comeſtionē moueatur: neqꝫ comedat fabas: et hoc p̄cipue: neqꝫ faſeolos: neqꝫ lentes: neqꝫ olera: neqꝫ aliquē cibū inflatiuum. ¶ Studere etiā debet vt eius venter ſemp mollis ſit: hoc nāqꝫ regimine poſſibile ē ipſū euadere dolorē. ¶ Loco p̄terea aliqđ ſupponēdū eſt obſtaculū et ſtringēdū et pprie cū ſe mouere voluerit. ¶ Groſſus quoqꝫ ſi fuerit et vētrē habuerit grauē: nō debet vti motu niſi vēter prius ſub vmbilico ăpla cingatur faſcia. ¶ Emplaſtrū ad rupturā. Recipe gallarū cipreſſi. partes. ij. myrrhe ciperi ſāſuci gallaꝝ acbatie olibani gūmi arabici oim. an̄. partē vnā: gūme prius in vino reſoluātur et aggregentur cū eis reliq̄ et ſup rupturā egro ſupino iacēte ponantur et ſtringatur locus et nō ſoluatur vſqꝫ ad ſex aut ſeptē dies. Poſtea egro ſupino iacente ſoluatur: et illico reiecto de eo emplaſtro ſupponatur. Ex hoc enim ꝓhibentur ampliari. ¶ In ruptura aūt teſticuloꝝ pellis augmentatur qđ fit: aut ꝓpter ventoſitatē: aut ꝓpter aquā q̄ ibi ꝯgregatur: aut qꝛ inteſtina deſcendūt ad locū illū. ¶ Si vero ꝓpter deſcenſū inteſtinoꝝ ꝯtingat: erit grauis et doloroſus: et ſentiet dolorē cū tangetur. Taliter itaqꝫ patiens ſicut prediximus regendus eſt et emplaſtrum predictum ſuperponendum: et locus cū ligatura aſſidue eſt aſtringendus. Ruptura enim cum nō ſtringitur: dilatatur et augmentatur ſemp. ¶ Si autem cauſa a qua fiat: locus apparet lucidus et terſus et tenſus: huic itaqꝫ ꝯfert epithimari ex epithimate qđ in capitulo de idropiſi nominauimus. Aqua quoqꝫ in hac egritudine plerūqꝫ petit inferiora et fluit inde: vnde eger per aliquod tempus ſanus efficitur: ſed pretrea redit egritudo. Poſtquam ergo aqua fluxerit curandus eſt eger ex cauterio et medicamine. Ex hoc enim prorſus curabitur: nec egritudo redibit. De hoc tamen loqui plus eſt q̄ꝫ hic noſter exigat liber. ¶ Cum aūt hec egritudo ventoſitatis cauſa ꝯtingit locus fricandus eſt: et ex oleo ſambacino in quo caſtoreum et euforbium diſſoluta fuerunt inūgendus: et ex eodem intus in virgam guttatim diſtillandum.

¶ De podagra et ſciatica. Ca. 90.

Cum in iuncturis fuerit dolor et apoſtema: et locus cū tāgitur fuerit tactu calidus et color rubeus: eger ſi dolet in dextro pede ex dextra manu: et ſi in ſiniſtro ex ſiniſtra eſt flobothomādus: et locus ex hoc medicamine liniendus. ¶ Epithima. Rx. roſarū rubearū ſādali ſaufel ſief memite boliarmeni opij oim partes equales. Ex iſtis in aceto et aq̄ diſſolutis fiat epithima. ¶ Pſiliū quoqꝫ aceto infuſū in carta miſſū ſupponatur et cū tepuerit mutetur: et loco eius aliđ ſupponatur. ¶ Uenter p̄terea ex apozimate mirabolanoꝝ et hermodactilis ſoluatur. ¶ Apozima mirabolanoꝝ cum hermodactilis. Rx. mirabolanoꝝ citrinorum. ʒ. xv. pulueris turbit fricati polipodij amborum. an̄. ʒ. iij. ſene ſeminis fumiterre amborum. an̄. ʒ. iiij. hermodactili albi ſeminis endiuie ſeminis apij roſarum. an̄. ʒ. ij. coquantur in tribus li

bꝛis aque donec ad vnā redeāt: deinde manibꝰ fricentur ꝛ colent ꝛ bibat cū zuccbari tabarzet.ʒ.x. ❡Si q̄s apozima faſtidierit: pillulas iſtas ſumat: q̄ non valentes incedere ſurgere faciūt: ꝛ pedibꝰ ambulare. ❡Pillule que non valentes incedere ſurgere faciunt: recipiunt aloes.ʒ.i.ſcamonee quartā.ʒ. vnius roſaꝝ rubearū: tritarū ſextaꝫ.ʒ.i.bermodactiloꝝ alboꝝ.ʒ.ſ.infoꝛment ex eis pillule q̄ erūt doſis vna. ❡Eger vero nutriat ex cibis frigidis ꝛ ſtipticis: ꝛ abſtineat a vino ꝛ ꝯfectiōibꝰ q̄ ex melle ꝛ fiunt ꝛ carne.
❡Cū aūt a p̄atis caloꝛ quieuerit ꝛ eiꝰ inflāmatio: ex bis q̄ calidoꝝ a p̄atū reliquias reſoluūt curet. Quoꝝ vnū recipit cerā in oleo de lilio reſolutā: cui admiſceat mucillago fenugreci ꝛ ſeminis lini: deinde terant ſimul donec vniātur ꝛ fiat ex eis epitbima. ❡In tpe autē ſue incolumitatis: ꝛ ꝓpꝛie circa tp̄s in quo egritudo eū inuadere cō ſueuit: ꝛ q̄ꝫ maxime in vere aſſueſcat flobotbomia vti ꝛ ventris ſolutione: ex bis q̄ colerā expellūt rubeā. ꝛ a potu vini abſtineat: ꝛ a comeſtione eoꝝ q̄ ex melle ꝯficiunt ꝛ a carne: ſint eiꝰ cibaria acetoſa et ſtiptica ꝛ bis ſimilia ex bis q̄ infrigidāt. ❡Mebꝛa aūt q̄ banc conſueuerūt incurrere paſſionē: minus ſolito laboꝛē pati aſſueſcāt: ꝛ pꝛecipue cū tp̄s inuaſionis timet ꝛ cū coꝛpꝰ fuerit plenū ꝛ vene plene: ꝛ fuit diu ex quo neq̄ꝫ minutꝰ neq̄ꝫ ſolutus fuerit.
❡Cum aūt cum doloꝛe iuncturarum neq̄ꝫ caloꝛ neq̄ꝫ rub ꝛ in colore affuerit: fueritq̄ꝫ eger frigide complexionis ꝛ locus tactu ſentitur frigidus: in pꝛincipio curationis eius pillule maioꝛes de bermodactilis dande ſunt.
❡Pillule maioꝛes de bermodactilis. ℞.bermodactiloꝝ ſatirion: meizabara: oīm.an̄.ʒ.v. bierepigre.ʒ.x. colloquintide centauree minoris amboꝝ.an̄.ʒ.v. eufoꝛbij.ʒ.ij. turbitb.ʒ.x. ꝛ ſeitaragi indi zinziberis ſinapis piperis caſtoꝛei oīm.an̄.ʒ.i. Infoꝛment ex eis pillule ex quibus a duabus.ʒ.ꝛ.ſ. ad tres ſumantur. Hec namq̄ꝫ pillule valde ꝯferunt: q: non valentes ſurgere incedere faciūt.
❡Epitbima ad podagrā frigidam. ℞.ſtoꝛacis liquide caſtoꝛei eufoꝛbij mirrbe aloes acbatie omnium partes equales. Ex bis omnibus vino veteri admixtis fiat epitbima. Cumq̄ꝫ iſte doloꝛ quieuerit ſuccurratur patienti ex diſtillatione multe aque calide ab alto: ꝛ inunctio fiat ex oleo de lilio ꝛ emplaſtrum ex bdellio molli ꝛ ſtoꝛace ac fenugreco ꝛ ſemine lini ꝛ armoniaco ſuperponatur: quod boc modo conficiatur: armoniacum bdellium in vino veteri reſoluātur ꝛ alia omnia eis admiſceantur: ex quibus fiat emplaſtrum: ꝛ ſuperponatur: bec namq̄ꝫ egritudinis ſpecies eſt que in lapidis duritiem tranſit: ꝛ reddit membꝛa ꝛ iūcturas fungis ſimilia. ❡Quapꝛopter bāc babens paſſionem a faſtidio ꝛ ab aqua frigida et a cibis groſſis ꝛ a frequenti ebꝛietate cuſtodiatur: eiq̄ꝫ pꝛecipiendum vt dum ſanus eſt motu vtatur ꝛ coitu abſtineat: ꝛ pꝛecipue cum ſatur fuerit: neq̄ꝫ balneū ingrediat neq̄ꝫ exercitet poſt comeſtionem.

¶ Uinū preterea vetus ⁊ purū bibat: eis quoq; dū ſanus eſt vtatur ꝙ vrinam prouocare ꝯſueuerūt.

¶ Dolor vero qui ſciaticus vocat̄ eſt ꝗ ab ancha per coxā totā vſq; ad genu in longiudine protenditur.

¶ Quandoq; etiā in longitudine ad virge ſſitudinē extenſus per crus vſq; ad pedes deſcendit: ⁊ tūc ſi in cōplexiōe fuerit caloris dominiū ⁊ vrine tinctura ex baſilica manꝰ eiuſq; partis prius minutio facienda eſt: deinde ex ſciatica.

¶ Si aūt egri ꝯplexio frigida fuerit: ⁊ color fuſcus ſepe ꝓuocādꝰ eſt vomitꝰ ex apozimate raphani cū ſirupo acetoſo. Coxa quoq; ac pes ⁊ crus ex oleo in quo caſtoreū euforbiū ⁊ ſtorax ſint reſoluta inungantur aſſidue.

¶ Quod ſi dolor in coxa manſiuus fiat: eger ex almuri nabati et baurach cliſterizet̄: ⁊ ex enemate acuto qđ in cap. de apoplexia nominauimus. ¶ Colliriū quoq; ex ciclamine ⁊ colloquintida factū ſupponatur. Que eo vſq; fieri conuenit donec eger excoriationē incurrat. Ex ea enī dum accidit plerumq; ꝯſequitur ſanitas.

¶ Si autem paſſio inueterauerit: ſinapis ſumat̄ ⁊ cum fimo colūbino eiuſdē quātitatis teratur: ex apozimate ficuū ꝯficiātur ex quibus coxe emplaſtrum ſuperponatur: qđ tandiu dimittat̄ donec in loco veſice aque fiant: ⁊ findantur: ⁊ effluat aqua que in eis eſt: ⁊ vaporetur locus cum aqua calida: deinde eger per aliquot dies quieſcere dimittatur: ⁊ ſi nondū ſanitati reſtitutꝰ fuerit: ad hanc eandē curam redeundū. ¶ Quod ſi egritudo valde māſiua fiat ⁊ longi tēporis ⁊ timetur ne vertebrū proſiliat aut egreſſum fuerit: locꝰ ex inſtrumento quod rote aſſimilatur cauterizandꝰ eſt: ⁊ incedatur cum coctura caput anche apud caput coxe. Huius tñ rei ſermocinatio iſtius noſtri operi metas tranſcendit. ¶ Taliter preterea patiētes in tpe ſoſpitatis vomere ꝯſueuerūt: ⁊ ſoluere ventrē ⁊ regimē ſubtiliare: ⁊ a cibis groſſis ⁊ frequenti ebrietate abſtinere.

### ¶ De gibboſitate. Cap. 91.

Cum gibboſitas fieri incipit: pillule maiores hermodactilorū quēde ſunt ⁊ oleum de cheiſim cū apozimate de ſeminibꝰ ſepe ſumendū. Locus quoq; ex oleo ſambacino in quo ſtorax liquida ⁊ caſtoreum ⁊ euforbium reſoluta ſint frequēter inūgēdus: ⁊ a cibis frigidis ⁊ groſſis abſtinendum.

¶ Aqua etiā calida in qua cocta ſint mentaſtrū ⁊ ſanſucꝰ ⁊ ſticados arabicus: ab alto ſuper locū diſtillāda eſt: deinde frequens fricatio ⁊ inunctio ex oleis calidis faciēda eſt. ¶ Quod ſi is qui hanc patitur egritudinē puer fuerit: balneū ſolummodo ⁊ inūctiones ex his ꝙ prediximus ſufficiūt. ¶ Si aūt cū gibboſitas incipit affuerit febris a predicto regimine oīno abſtinēdū: ſed apozima ex berberis factū cū caſſiafiſtula in potu tribuēdū: flobothomia quoq; ex baſilica facienda eſt: ⁊ emplaſtra vehemētia loco ſuperponēda.

¶De varicibus. Ca.92.

CUm vene groſſe ꝛ plene ꝛ diuerſo mõ curuate ꝛ virides in crure apparuerint: egritudo que vitis vocatur adeſſe ſignificaẗ: hec autem egritudo frequentius accidit his qui multum pedibus laboꝛare conſueuerunt ꝛ qui cibaria coleram nigrã generantia frequenter ſumunt.

¶In pꝛincipio itaqꝫ curationis huius paſſiõis baſilicam minuere conuenit: ꝛ vẽtrem ex his q̃ colerã educunt nigrã ſoluere: quoꝝ mẽtionẽ fecimus in capitulo de melãcholia. Hec aũt ſepe faciẽda ſunt ꝛ ab omnibus a quibus melãcholiam patiẽtes cuſtodiũtur in hac egritudine abſtinẽda ſunt. Poſtqꝫ vero hoc regimẽ diu adhibitũ fuerit: ex venis quas in crure apparuiſſe diximꝰ: minutio fiat: a quibus ſanguis tandiu fluere dimittaẗ donec quicquid in eis eſt euacueẗ: deinde hmõi patiẽs colerã nigrã expellẽtibꝰ vtaẗ: ꝛ minuaẗ ex baſilica: ꝛ caueat ſibi ab oibus que coleram generant nigram.

¶De elephantia. Ca.93.

HEc paſſio poſtqꝫ manſiua fit: incurabilis eſt. Cũ autẽ incipit ſi ei ſubueniatur ꝛ vt debet medicata fuerit: aut ſanatur: aut manet ſic nihil addẽs. Cũ ergo pedis groſſities augeri videtur: ꝛ coloꝛ obfuſcari: vene quoqꝫ q̃ vites vocãtur apparere ceperint: eger aſſidue cogendꝰ eſt vomere: ꝛ cuſtodiendꝰ a deãbulatiõe nimia et ſtatiõe. Et vẽter vomitu pꝛecedente ex pillulis maioꝛibꝰ de hermodactilis ſoluendꝰ: deiñ ad vomitũ redeũdũ poſt illõ. Hoc quoqꝫ multotiens fieri opꝫ. Eger p̃terea a cibis groſſis eſt abſtinendus ꝛ tibia a calcaneo incipiẽdo ſurſuꝫ vſqꝫ ad genu ſtringẽda: ante tñ cõſtrictionem epithimãda eſt ex aloe ꝛ myrrha ꝛ acatia ꝛ hypoquiſtidos ꝛ alumine cũ aceto foꝛti diſſolutis. Ex baſilica quoqꝫ manꝰ cõtrarie partis minutio faciẽda eſt. Neqꝫ erectꝰ ſtet niſi pes pꝛiꝰ ſtricte ligatꝰ fuerit: neqꝫ epithima illo modo dimittat. Uomitu quoqꝫ frequẽter vtaẗ. Qḋ ſi puuꝫ interceſſit ſpaciũ a p̃cedẽti vomitu: ꝛ appetit q̃eſcere: vapoꝛa ipm cũ ſeminibꝰ cauliũ ſticados arabico cinere de vitibꝰ ꝛ lupinis ꝛ nitro ꝛ ſtercoꝛe capꝛino ꝛ farina fenugreci ꝛ liniaẗ ẽt ex aq̃ cineris p ſpaciũ vniꝰ diei: aut duoꝝ. Ipſa eñ huius egritudinis maximã reſoluit partem: aut leuioꝛem reddit.

¶De vulneribus lumboꝛum. Ca.94.

CUm aliquis longo tẽpoꝛe ſupinus ſuper doꝛſum iacet: loca renum plerunqꝫ rubent ꝛ mala ibi fiunt vlcera. Cum ergo loca iſta rubere cum augmento viſa fuerint: milium ſiue panicum aut folia ſalicis ſub eo ſternenda ſunt: ꝛ ipſe in die multotiẽs eſt ſoluẽdus: loca quoqꝫ q̃ rubẽt aqua roſata ſuper niuẽ infrigidata roꝛanda ſunt ꝛ flabellãda ſunt ipſa. Qḋ ſi caloꝛ pſeuerauerit: iponaẗ epithima de albuhꝛati qḋ in. c. de apoſtematibꝰ nominauimꝰ. Et ſi veſice ꝛ vlcera ibi exoꝛta fuerint: ex vnguento de ceruſa curentur.

¶De doloꝛibus exterioꝛum membꝛoꝛum. Ca.95.

Cum dolor in manu aut pede fit: eger interrogandus eſt ſi ex percuſſione hoc ei accidit. Aut ſi aliquid ſuper ipſum mẽbrũ cecidit. Aut ſi ſuper ipſum diu iacuit. Aut ſi cõtingit ex cauſa extrin ſeca. Si aũt ab exteriori cauſa non contigerit: locus dolẽs: conſide randus eſt: an ſit magis rubeus ꝙ reliquũ corpus: aut non. Si enim toto corpore rubicundior fuerit: ex calidi apoſtematis medicamie curanduserit. Et ſi mẽbrũ neq fuerit calidũ neq rubeũ ſz iã quoti die obfuſcat: ⁊ ſiccat: aqua calida ab alto eſt ſuper ipſum diſtillãda ⁊ ex oleo ⁊ cera reſoluta inungendu: ⁊ dimittendũ ſic donec dolor ſe detur. Quod ſi locus quaſi groſſior videat: ⁊ tactu etiam frigidus ſentiatur: frequenter erit infrigidãdus: ⁊ qua calida in qua ſanſuc cus ⁊ camomilla: et ſticados arabicus cocta fuerint: ab alto vt dixi mus ſuper ipſum erit diſtillanda ⁊ ex oleo de cheiri citrino inungen dus. Regimen quoq eius ſubtiliandu erit. Ipſe vo multo vtatur exercitio: ⁊ in balneo ſudet. Si autem iſta non ſuffecerint venter ex his ſoluatur que humiditatem educunt. ¶ Membrum preterea ſi tactu ſentitur frigidum fricetur prius: ⁊ deinde inungatur ex oleo coſtino ⁊ ſambacino ⁊ oleo de been tepidis ⁊ ex his ſimilibus. Quod ſi iſta non ſuffecerint ex vnguẽtis q̃ in capitulo de paralyſi nomina uimus inungendum erit donec ſanetur.

¶ Finis Noni Libri Almanſoris.

Oſſa dentium ſunt triginta duo. Quorum quattuor primi vocan tur duales.

Et poſt iſtos ſunt quatuor alij qui dicuntur quadrupli.

Deinde ſunt quatuor canini. Et poſt iſtos ſunt ſexdecim molares.

Et quatuor vltimi vocantur arabice neguegid vel nebeguedib.

Latine vero dentes ſenſus vel ſapientie.

A Os parietale.j.
B Os coronale.j.
C Os petroſum.j.
D Oſſa paris.iiij.
Oſſa naſi.ij.
Os colatorij.ij.
Oſſa mãdibule ſuperioris.xij.
Et inferioris.ij.
E Spõdiles vere ⁊ mendoſe.xxx.
F Os furcule.j.
G Os ſpatule.j.
H Os adiutorij.j.
I Os focile maius ſiue arundo maior.j.
K Oſſa raſcete.viij. vno eis addito.
L Oſſa pectinis.iiij.
M Oſſa digitorum.xv.
N Os focile minus ſiue arundo minor.j.
O Coſte ver ⁊ mẽdoſe xxiiij
Q Os ſcie vel anche.j.
R Os coxe.j.
S Ocul᷑ genu ſiue ſpatu lagenu ſiue rotula genu.j.
T Minor canna.j.
V Os cahab arabice: in greco dr aſtralagus: ⁊ eſt admodũ nucis baliſte.j
X Os nauiculare ab vtra q pte cõcauũ ad modum nauis.j.
Y Oſſa raſcete.iiij.
Z Oſſa digitoꝝ.xiiij

r Oſſa pectinis.v.
ꝛ Os calcanei.j.
r Maioꝛ canna.j.
ꝛ Tria ſunt oſſa caude q̄ ſunt de numero.xxx.ſpondilium.
a Os occipitiale vel laude.j.
b Os parietale.j.
c Os petroſum.j.
d Os baxillare.j.
e Os furcule.j.
f Os ſpatule.j.
g Os adiutoꝛij.j.
h Os focile maius.j.
i Oſſa raſcete.viij.
k Oſſa pectinis.iiij..
l Oſſa digitoꝛum.xv.
m Os focile minus.j.
n Oſſa thoꝛacis.vij.
et os epiglotale.j.
nn Os coꝛdis.j.
o Os anche.j.
p Os coxe.j.
q Rotula genu.j.
r Minoꝛ canna.j.
s Os cabab.j.
t Os nauiculare.j.
v Oſſa raſcete.iiij.
x Oſſa digitoꝛum.xiiij.
y Oſſa pectinis.v.
z Os calcanei.j.
A Maioꝛ canna.j.
B Os pectinis ſeu femoris.
Os ilij dictum arabice balbatafar:et pixis ſub oſſe anche ꝯprehēdunt.

Totalis numerus oſſiuꝫ abſq̧ oſſibus ſiſaminis ⁊ oſſe laude ſub lingua. 268.

## ¶ Summula Jacobi de partibus per alphabetum ſuper plurimis remedijs ex ipſius Meſue libꝛis excerptis

CUm nunc tempeſtatis hominum gaudent intellectus ſub bꝛeui quadā oꝛatione:tū ea quoꝛum noticia ſeu declaratione a pleriſq̧ confuſa indiſtincta ⁊ inoꝛdinata fuere inuēta: qđ id abboꝛrem⁹. Hinc eſt qđ ad facilius bꝛeuius ⁊ ſubtiliſſime ſciendum medicinarum compoſitarum pꝛopꝛietates ac iuuamenta: in anthidothario Joan. Meſue:et apud nōnullos Jo. Chꝛiſoſtomus appellatus:contentarū videlicet cui moꝛbo mēbꝛo ⁊ quib⁹ egritudinib⁹ cōueniāt: pꝛeſens opuſculum ſub modo repertoꝛij edituꝫ a viro ſolemni medicine artis famatiſſimo magiſtro Jac. de partibus toꝛnacenſis eccleſie theſoꝛariove canonico: ad ſtudentium nouelloꝛum pꝛacticantium commoditatē ve inſtructionē actū eſt. Ad ei⁹ enucleationē notare debes ꝙ pꝛocedendi modus in pꝛeſenti opuſculo eſt: quod ſꝫ litteras alphabeti lucidiſſime pꝛogreditur. Unde ſi ſcire deſideras apoſtematuꝫ curas aut remedia aut aurium doloꝛes vel apoplexie curas ⁊c. reperies in littera. A. Si vero de capitis doloꝛibus cutis: aut colice: et ſic de ſimilibus curis vſq̧ ad finem alphabeti. Qđ opus non inutile viris haud clariſſimis videbitur minime.

## ¶ Sequitur primo de littera. A.

Apoſtemati gutturis ꝛ vuule ꝛ ad omnia genera ſuffocationum cõfert cõfectio de moris.i.dyamoron per moduꝫ gargariſmi ad intra: cõfectio de ſuccis nucum vel dyanucũ: grece dyacaridon vocatur eſt ad hoc ſublime medicamen.

Apoſtemata dura ſtomachi ꝛ matricis molliũt yſopus humida: et yſopi deſcriptione Galeni cerotuꝫ: maxime epatis ꝛ ſplenis ꝛ neruoꝝ duricies. Iſopi cerotũ deſcriptiõe Philiagrii yſopi cerotũ deſcriptiõe Pauli. Emplaſtrum diaquilonis communis: emplaſtrum oribaſij emplaſtrum de alleis: emplaſtrum relatum ad auriſtarium ꝛ oleum maſticinum.

Apoſtemata ſplenis ꝛ lapidoſitatem eius reſoluunt vnguentũ arthanite paruum oleum de been: ꝛ oleum philoſophorum.

Apoſtemata calida in quibus eſt inflammatio ſedat cerotum ſandalinum: ꝛ oleum violatum.

Apoſtemata diſſoluunt ꝛ maturant cerotum andromachi: ꝛ emplaſtrum de fermento.

Apoſtemata ca. reſoluunt ꝛ maturant emplaſtruꝫ diaquilonis parui oleum violarum.

Apoſtemata viſcerum reſoluit emplaſtrum de alleis.

Auriũ doloribus conferunt oleum amigdalarum amararum: oleũ de griſomillis oleum perſicorum: ꝛ oleum de been.

Auriũ tininui, vꝫ oleum amigdalarum amararum: oleum de been.

Aurium dolori ventoſo confert oleum nardinum.

Artetice frigide confert oleum auellanarũ oleũ vulpinum oleuꝫ de lapide agatis oleum philoſophorum.

Artetice ꝛ podagre calidis confert oleum de ranis.

Articulorum paſſiones diuturnas diſſoluit cerotum alexandri ſecunda deſcriptione.

Articulorum doloribꝰ confert oleum de nucleis ceraſorum oleũ de granis citrangulorum.

Animã dilatãt ꝛ cõfortant electuariũ de gẽmis ꝛ ꝯfectio alkermes.

Anhelitus difficultati con. cõfectio de muſco loch de pino loch de ſquilla ꝛ loch de laſmarth ꝛ loch alfeſcera.

Anhelitum confortat aromaticum nardinum.

Anhelitus ꝓfocationi ꝯfert cõfectio philonij prima intẽtione.

Anhelitus conſtrictioni vꝫ dyaſulphur.

Anhelos. confert oleum philoſophorum.

Appetitũ mortuũ incitãt aromaticũ roſ. prime deſcriptiõis ꝛ Galeni cõfectio de citonijs: cõfectio alkekengi tro. de gallia magna.

Appetitũ ꝓſtratũ cõfortant electuariũ de fructibus conditum de citro ſm acetum ſquiliticum tro. de abſynthio.

Appetitũ augẽt calidũ ſtomachi cõfortatiuũ ꝛ cõfectio ſecunda mirabolani conditi confortant ꝛ prouocant.

Appetitus caſui valent ſirupus de abſynthio ⁊ albarif conditum de bugloſſa.
Aſmati confert athanaſia magna:⁊ loch de pino:loch ad aſma:ſirup' de yſopo:ſirupus de praſſio:ſirup' de calamẽto:pillẽ de agarico ⁊ oleũ philoſophorum.
Alchiti conferunt trociſci de lacca.
Aquam citrinã purgant pillule de mezereon:vnguentum arthanite magnum.
Aſperitati vz oleum amigdalarum amararum ⁊ amigdalarũ dulcium ⁊ oleum de criſomilis.
Ani egritudinibus confert oleum de ſe.lini.
Ardori vrine confert oleum quattuor ſe.frigidorꝫ maiorꝫ.

## De littera. C.

Canos retardant electuariũ de aromatibus:⁊confectio albarif.
Caniciem prohibent oleum coſtinũ ⁊ de alcana.
Colorẽ efficiunt bonum electuariũ de aromatibus:cõfectio de citoniis:cõfectio anacardina :cõfectio ſecunda albarif ſirupus de fumoterre minor:⁊ oleum de croco.
Colorem clarificat trifera Saleni.
Coloratam reddũt faciẽ cõfectio de manna ⁊ oleũ coſtinũ.
Coitum excitant electuarium de aromatibus ſecacul.cõditis ⁊ cõfectio de zinzibere.
Coitum multiplicãt cõfectio teſticulorũ vulpis triphera ſarra. magna:trifera muſcata:electuariũ aleſchof.
Coeundi deſideriũ faciũt ⁊ augmẽtãt cõfectio ſcda teſticulorũ vulpis aromaticũ nardinũ.trifera Sal'.cõfectio alia albarif.
Cerebri egritudinibus cõferunt electuariũ de gẽmis: cõfectio de muſco tyriaca dyateſſeron.
Cerebrũ cõfortant aromaticũ roſ.maius aromaticũ dyãbra tro. gallie elephãgine ⁊ pillule ſtomatice.
Cerebrũ purgãt cõfectio alpheſcera ⁊ pillẽ elephãgie.
Cerebrũ oppillatũ ſanat oximel ſquilliticũ compoſitũ.
Cerebri egritudines melãcolicas ſoluit infuſio alia hyere.
Cordis egritudinib' pſunt electuariũ dgẽnis⁊ꝯfectio de xiloaloes.
Cordis tremori ꝯferũt electuariũ de gẽmis aromaticũ muſcatũ cõfectio de acetoſis ⁊ ſirupus de pomis.
Cordis pulſuꝫ curãt cõfectio alkermes:cõfectio de xiloaloes:cõfectio de muſco:poma cõdita:ſirup' acetoſus de prunis:⁊ cõdituꝫ de citro aliđ cõditũ de buglo.rob de agreſta tro.de ligno aloes.
Cor ꝯfortãt cõfectio electuarij de citro aromaticũ roſ.mai'⁊min' aromaticũ muſcatũ:aromaticũ gariofilatũ:dyãbra:pira cõdita poma ꝯdita pſica:citra ꝯdita:zuccarꝫ:roſ.ſirup' de pomis:cõditũ de citro:rob de ribes:rob de citonijs:rob de piris: tro. gallie

muſcate:tro.ſebellie:tro.gallie elephangine: trociſci dyarodon: tro.de gallia magna:tro.ramic ſufuf de ligno aloes emplaſtruȝ ſtomachū ꝯfortans:oleum maluinum.

Cordis debilitati ꝯferunt electuarium de pomis ꝯditum de buglo. tro.de ligno aloes.

Cordis inflāmmationem reprimūt alxirocoſtum ſirupus acetoſus de ſucco fructuum.

Cor calidum ꝯfortant ſirupus de ſucco acetoſe.

Cordis ebullitionē mitigant rob de ribes.rob de berberis. rob de ſumach:rob de moris de ſceni:rob de granatis.

Cōualeſcentibꝰ myrrhe ſubuenit aromaticū roſ.maius.

Corpus releuat dyacalamentū deſcriptione. Sal.ꝛ ipſum in ſanitate ꝯſeruat ne in egritudines incidat.tripbera ſarrace.magna pillule lucis maiores ꝛ minores.

Corporis totius odorem faciūt bon[illegible] tripbera ſarra.magna.

Corporis colorē faciūt bonū tripbe[illegible] ſarra magna.acetum ſquilliticū.tro.gallie muſcate.

Corpus totū purgat hyera hermetis [illegible]yeralogondiō Ruffi.hyera ex inuētione noſtra.ꝯfectio electuar[illegible] albarif

Corpus preſeruat a putrefactiōe:ꝛ ꝯſe[illegible]uat ipſum in ſanitate ſua acetum ſquilliticū.

Colice dolori ꝯfe.dyaciminū ꝯfectio.Philonij inuētione ꝑma.muſa enea.oleū de cartamo:oleū de lilio:oleū de piperibꝰ.

Cutis aſperitatē curat ꝛ eā mūdificat vnguētū alfexericū.

Cutis coloris feditatē curāt tripbera muſcata :dyacurcuma maior ꝛ minor:dyamoruſion:oleū de been:oleū de nucleis ceraſorum oleū de granis citrāgulorꝫ:ꝛ eā abſtergit oleū almezereon.

Cutis egritudines purgat ꝯfectio alia hamec.

Contra morbos aduſtos cutis valet ſirupꝰ de fumoterre maior.

Cutem mundificant oleū:ſambacinū:oleū de ſerpētibꝰ oleū de ouis oleū de frumento:oleū de inuipero:oleū de fraxino.

Capitis egritudines frigidas purgat hyerapigra Sal.hyera hermetis hyeralogodiō Ruffi.pillᷓe aggregatiue.

Capitis ventoſitates groſſas deſup dominātes purgat hyera ex inuentione noſtra.

Capitis egritudinibus frigidis ꝯfe.aqua mellis.

Capitis dolori ꝯfe.oximel ſquilliticum ꝯpoſitum infuſio de hyera. tro.de citro.oleum anetiuū.laurinū.nardinū oleum de ſanſuco: oleum de cucumere aſinino.

Caput mūdificāt infuſio de hyera:pillᷓe ſtomatice:pillᷓe aggregatiue maiores pillule ſtomatice.

Colicā humorē cauſantē purgat hyera hermetis :electuariū indū maiꝰ ꝛ minꝰ:ꝯfec.de dactilis:electuariū aleſcof.diacitonitē:aqua mellis pillᷓe aggregatiue maiores:ꝛ pillᷓe fetide maiores.

Colerā nigram purgant hiera logodion Ruffi:cōfectio hamech: decoctio epithimi.

Coleram citrinam purgat confectio de pſilio.confectio de manna: pillule contra febres colericas.

Colerā ſine moleſtia purgat ꝯfectio electuarij roſati;dyacitoniten: pillule de turbith:pillule de colloquintida.

Colere inflamationem extinguunt zuccha. viol.ſirupus acetoſus laxatiuus.

Coleram groſſam ⁊ difficilem incidit ⁊ abſtergit ſirupus acetoſus cū radicibus.

Colere rubee incenſionē ſedat ſirupus acetoſ⁹ de ſucco fructuum.

Colerā faciliter educūt ſirup⁹ acetoſ⁹ laxatiu⁹:aq̄ fructuū:aq̄ caſei īfuſio de ſuccis herbaꝝ:ꝯfectio [illegible]terre⁊ decoctio mirabolano.

Colere aduſte confert ſirupus de fumoterre minor.

Coleram nigram ex aduſtis humorib⁹ expellūt ſirup⁹ de epithimo acetū ſquilliticum.⁊ decoctio capilli veneris.

Coleram diuidit ⁊ abſtergit ſecaniabin de radicibus:⁊ eius acuitatem ſedant trocis.ramich.

Colere vtriuſq; ſuperfluitates educūt pillule ſtomatice.

Coleram aduſtam purgant pillule de lapide lazuli.pill'e de lapide armenico.

Cancrū purgant hieralogodion:⁊ confectiones hamech.

Cancū curāt vnguētū dyaſinicon.deſcriptiōe arabica:empl'm arabum:vnguentū alphezericon:oleū de iunipero:oleū de fraxino.

Cācrū abſcidūt ſirup⁹ de epythimo.decoctio de epithimo.pillule ide

Colere furorem reprimit aqua fructuum.

Cacetiam purgat confectio allılengi.

Catarrum ſubtilem qui a capite ad pect⁹ ⁊ pulmonē defluit ꝯmouēdo tuſſim ⁊ inſomnietatē inducendo curant dyacodion:⁊ ſirup⁹ de papauere:⁊ aliquando catarrus ē.cauſa ſuffocationis ꝓpter ſui acumen:tunc valet dyanucū:⁊ pillule contra catarrum.

Corize confe.ſirupus conferens catarris.ſirupus de papaue. pillule ad omnes morbos catarri.

Cibum facit digerere conditum de citro aliud.

Combuſtioni confert vnguentum ceruſe.vnguentum ſericinum.

Carnez additam putridam delet vnguentum alphezericuz.

Carnes robuſtas reddit oleum de ſticho.

Colicaz paſſionē ſedat empl'm dyaſinicon deſcriptione Alexandri

Colon dolori confert oleum de heruа.

Capillos confortat oleum coſtinum.

## De littera. D.

Digerere faciunt cibum confectio dyarodon deſcriptione cōmuni aromaticum nardinum.

Digeſtionē ↄfortāt aromaticū roſatū electuariū de pomis hyera logodion Ruffi pill'e ſtomaticepillule dyarodon.

Digeſtionem confortant ſeu procurant aromaticum roſatū mai⁹ dyaciminum dyābra dyatritonpipereon hebuli ↄditi ↄditumde citro de gallia magna de citonijs trociſ.ſuſuf de ligno aloes pillule elephangine pillule de turbith.

Digeſtionis malitiei valent conditum de bugloſ.trociſ.de roſ.et trociſ.ad fetorem oris.

Digeſtionē faciunt bonā acetū ſquilliticū ſuſuf aromaticum.

Debilibus mire ſubuenit aromaticum roſarum maius.

Duritiē omnē ſoluūt dyalacca maior ꝛ minor. Durities oēs ꝛ ſiccitates mēbroꝝ leniūt oleū amigdalarū dulciū ꝛ oleū ſiſaminum.

Durities omnes mollificant yſopi cerotum empl'm dyaquilon cōmune ꝛ magnum emplaſtrum de alleis.

Dentiū dolori confe.muza enea ꝛ oleum philoſophoꝝ.

Dentes confirmat acetum ſquilliticum.

Diſſinterie conferunt trociſ.de abſynthio ꝛ oleum roſatum.

Dorſi dolorem purgant pillule aggregatiue maiores pillule de ſerapino ꝛ de opoponaco.

Dorſi doloribꝰ ↄfe.oleū de piperibꝰ:oleū vulpinū:oleū philoſophoꝝ

Dolores calidos ſedat vnguentum papaueris.

Doloresfrigidos ſedāt oleū de lilio ꝛ oleū maſticinūꝛoleū ſinapinū.

Dolores aufert cerotum andromachi.

Doloribus interioribus omnibꝰ ↄfe.empl'm relatū ad ariſtarchum

Dolores mitigāt ꝛ reſoluūt oleū roſatū ꝛ camo.aneti.ꝛ de melliloto

Dolores in quibus eſt calor extingunt oleū roſatū ꝛ de papauere.

Demoniacis confert oleū de lapide agathis.

## De littera.E.

Epatis egritudinibus factis ex flegmate groſſo ꝛ ventoſitate confe.electuariū de aromatibus electuarium de gemmis confe.ꝺ xiloaloes ꝛ diacurcuma magna.

Epatis malitiā corrigit ↄfectio de galanga ꝛ trociſ.diamuſ.

Epatis doloribꝰ ꝛ eiꝰ puncture ↄfe.ↄfectio dyarodon deſcriptione cōi ꝛ athanaſia magna ſirupꝰ de abſin. decoctio de eupa.tro.et pill'e de reubar.pill'e alhehēgi.yſopi cerotū deſcriptiōe Saleni deſcriptiōe Philagrijꝛ ꝺſcriptiōe Pauli.oleūꝺ euforbio i cā frida.

Epatis debilitatē corrigit ↄfectio dyarodon deſcriptione cōi aromaticū muſcatū dyalacca maior ꝛ minor ↄfectio alchachengi ſirupus ꝺ abſyn.ↄditum de citro aliud:tro.de ligno aloes.

Epar ↄfortant aromaticū nardinū electuariū de granis myrthi cōfectio de citonijs ſirupꝰ de fumoterre maiorꝛ ↄditū de citro ↄditum de citonijs tro.gallie elephāgine tro.de gallia magna ramich pillule aggregatiue minores oleum coſtinum.

Epatis inflāmationem extinguūt ↄfectio de acetoſa ꝛ alxicoſti.tri-

phera pſica: ſirup⁹ acetoſus de pomis deſcriptiõe nr̃a: ſirup⁹ acetoſus de tereniabin ſirup⁹ de portulaca. tro. de cãphora de ſpodio cũ ſemine acetoſe de berberis trociſ. de ſandalis. vnguẽtũ roſ. cerotũ ſanda. emplaſtrum de fermento.

Epar mũdificant pillule ſtomaticeꝛ aggregatiue.

Epatis cacetie valet tyriaca dyateſſeron.

Epaticã hydropiſim ſanat tyriaca dyateſſeronꝛ ipſi⁹ oppillatiõi valet ẽt athanaſia dyacodiõ ſirup⁹ de eupatorio ſecaniabin ð keiſnij tro. de roſ. ꝛ eupatorio. tro. de lacca. pilľe alkekẽgi ꝛ de raued ſceni.

Epati egritudies frida ſpurgat hierapigra ꝯfectio electuarij alba riſ

Epatis groſſitiei cõfert emplaſtrum. Oribaſij aliud.

Epatis calefactiõi cõfe. ꝯfectio de pſilioꝛ ipi⁹ duritiei valẽt yſopi cerotũ deſcriptiõe Gaľ. ꝛ aliõ empľm dyaquilõ cõe empľm andromachi empľm relatũ ad ariſtarchũ ꝛ empľm de melliloto.

Epatis egritudies purgat ꝯfe. alkekẽgi. pilľe de turbith. pil. ſebellie

Epatis debilitati ex cauſa frigida valet emplaſtrũ de gallia emplaſtrum de fermento.

Epatis debilitati ex cauſa calida valet aliud emplaſtrum de galliaꝛ emplaſtrum dyaſinicon.

Epatis opilatiões aperiũt ſirup⁹ acetoſus cũ radicib⁹ ſirup⁹ de fumoterre minoꝛ ſecaniabin de radicib⁹ decoctio de eupatorio tro. de reubarba. ꝛ tro. de abſynthio.

Epatis frigiditati cõfert ſirupus de thimo ſecaniabin de cala. ꝛ mellicratum conditum.

Epar calefac. empľm ſtoma. ꝛ coꝛ confortans.

Epar oppilatum ab hu. aduſtis aperit confec. fumiterre.

Epatis apoſtemationi confe. tro. de reubarbaro. tro. de eupatorio emplaſtrum relatum.

Epilepſie ꝯfe. ꝯfectio de muſco. tyriaca dyateſſerõ. ꝯfectio alfeſcera. ſirup⁹ de ſticados. acetũ ſqllıticũ. oximel ſqlliticũ ꝯpoſitũ. vnguẽtuꝫ de bdellio. oleũ de cucumere aſinino. oleũ de piperib⁹. oleũ de lapide agathis. oleum philoſophorum.

Ethicis ꝛ ꝯſumptis ꝯfe. ꝯfectio teſticuloꝝ vulpis. loch ſanũ. tro. de cãphora. oleum amig. dulcium.

Eructationi acetoſe valet confectio de galãga diaciminum oximel ſquilliticum ſimplex.

Eructationi fumoſe confe. confectio de acetoſis.

Egritudinib⁹ frigidis membroꝝ nutritiõis malã digeſtionẽ faciẽtib⁹ valet dyacalamẽtũ deſcriptione Galeni communi etiã facit penetrare cibum ad epar.

Egritudinib⁹ oïb⁹ frigidis ꝯueniũt oleũ nardinũ: ꝛ oleũ benedictuꝫ.

Egritudines ex calida materia ꝛ colerica purgat electuarium roſ.

Egritudinibus melancolicis confert decoctio epithimi.

Ebrietatem remouẽt cõfectio de acetoſis; ſirupus acetoſitatis citri.

ſirupus acetoſus de prunis.

Emorroidas ſanant trifera ſarra.magna.trifera muſcata.trifera Sa.trifera minor ⁊ confectio alkelengi.

Emorroydarum dolores ſedant oleum de griſomillis oleum de nucleis perſicorum.

Emorroydaꝝ fluxum ſtringunt confectio electuarij ex inuẽtione noſtra.pillule de bdellio maiores ⁊ minores.

Emorroydas ſoluunt pillule aggregatiue maiores ⁊ eaꝝ vlceribus valent pillule de bdellio maiores ⁊ minores.

Emorroydaꝝ tumores ſoluũt oleũ de groſomilis ⁊ de nucleis.

Emigraneam purgat hiera hermetis.

Emigranee dolori cõfe.tro.de citro.oleũ laurinũ.oleuꝫ nardinum. oleum de cucumere aſinino.oleum de euforbio.

Emigranee confe.oximel ſquiliticum compoſitum infuſio de hiera ⁊ emplaſtrum ſinapis.

Emigraneam difficilem purgant pillule albandatur.

Epilepſiam purgat hiera hermetis.

Elephantiam purgat confectio aliqua hamech.

Excoriationi confert vnguentum ſericinum.

## De littera.F.

Faſtidiũ ⁊ abbhominationem tollit confectio de aromatibus.

Frigidis natura valet diambra.

Flegma viſcoſum attenuat ⁊ ſubtiliat oleum de herua.

Febricitãtibus calid.confert confectio de acetoſis ⁊ ſirupus cucurbite.⁊ acutis fe.cerotum viol.

Febriũ ardorẽ ⁊ inflationẽ extingũt ꝯfectio de prunis ⁊ iulep.viol.

Febrib⁹ antiq̃s ⁊ periodicis ⁊ quartane ꝯfe.ꝯfectio de aſſa.diaſulfur. cõfectio de dactilis.ſirup⁹ de eupatorio.ſecaniabin de radicib⁹.ſecaniabin de calamẽto.infuſio de hyera.tro.diarodon.tro.de roſ. ⁊ eupatorio.tro.de abſynthio.tro.de aniſo ⁊ de lacca.

Febres acutas purgãt alxiſtotem et trifera perſica ⁊ pillule que conſe.ad fe. colericas.

Febres compoſitas purgant cõfectio de dactilis.ſirup⁹ acetoſus de ſuccis herbarum et decoctio eupatorij.

Febres difficiles ⁊ veniẽtes ad ſodã purgat confectio de pſilio.

Febriũ inflãmatiõib⁹ ꝯfe.iulep viol.ſirup⁹ de prunis.ſirup⁹ de granatis.ſirup⁹ acetoſitatis citri.ſirup⁹ acetoſus.ſirup⁹ de portulaca.tro.de cãphora.tro.de berberis.⁊ tro. ſandalorum.

Febrib⁹ colericis confert ſirupus de ſucco acetoſe ⁊ de agreſta.

Febri peſtilentiali conueniunt ſirupus de ſucco acetoſe.⁊ ſirupus de acetoſitate citri.

Febrib⁹ opilationũ colericis ⁊ flegmaticis;quaꝝ eſt difficilis eradicatio confe.ſirupus de biſantijs.

Febriū intēſionē ſedat ſirupus acetoſus cum ſucco fructuum.
Febrib⁹ colericis multi accñtis ꝛ ꝓpue q̄ accidūt iuuenib⁹ in eſtate cōfe. ſirup⁹ acetoſus de pomis deſcriptiōe nr̄a. tro. de roſ. tro. de ſpodio ꝛ alij tro. de ſpodio cum ſe. acetoſe.
Febrib⁹ ſincopizātib⁹ calid. cōfe. ſirup⁹ acetoſus de tereniabin.
Febribus cōpoſitis valet ſirup⁹ diacodion. tro. de roſ. ꝛ eupatorio.
Febribus quartanis ꝛ earum rigoribus valet ſirup⁹ de thimo.
Febribus flegmaticis cōfe. decoctio de ſticados ꝛ tro. diarodon.
Febribus in quibus forma corrumpitur confe. tro. diarodon.
Febribus colericis antiquis confe. tro. de eupatorio.
Febriū rigorib⁹ valēt tro. de eupatorio. oleū anetinū. oleū de enula.
Febres antiquas purgāt pillule aggregatiue maio. ꝛ mino. pill'e de reubarbaro. pillule alkekengi alie ad illud.
Febres quartanas ſoluunt pillule inde.
Forme corruptiōi ꝛ defedatiōi ꝯfert trifera minor. ꝯfectio rauedſceni ꝯfectio alkekēgi. ſirup⁹ dyacodiō. ſirup⁹ de eupatorio. mellicratū de bugloſſa tro. de roſ. tro. de reubarbaro.
Faciei feditatē remouet diacurcuma maior ꝛ diamuroſſon.
Flegma purgāt hieralogodiō ruffi ꝛ ſecaniabi ſublime ipſꝫ educēte decoctio albaſce. decoctio mirabolanorum. pillule de euforbio. pillule de turbith.
Flegmatis vtriuſq̄ ſupfluitates purgāt pillule ſtomatice. pillule de ſarcocolla pillule de ſerapino.
Flegma groſſum ꝛ difficile incidūt ꝛ abſtergūt ſirupus acetoſus cum radicibus ꝛ ſecaniabin de keiſim.
Flegma ſalſum curat ſirupus de fumoterre maior.
Flegmaticis confert decoctio albaſce.
Flegmaticas egritudines purgant pillule de ſarcocolla ꝛ pillule de colloquintida.
Fiſtulas purgat hieralogodiō. Ruffi. ꝛ ipſas curat vnguētū diaſenicū deſcriptiōe arabica: emplꝫ arabū. vnguētū ꝺ lino. vnguētū alphezericon ꝛ oleū de ouis. ꝛ ipſis cōfe. ſirupus de epithimo.
Fiſtulas antiq̄s q̄ indigēt mūdificatiōe abſtergit ꝛ mūdificat a carne mortua ꝛ putrefactiōe vnguētum egyptiacū magnum.
Fluxū colericū ſiſtūt tro. ramich. oleū roſ. ſi pp medicinā accidat.

## De littera. G.

Gaudium generat confectio de xiloaloes.
Gingiue laxe ꝛ putride cōfert acetum ſquilliticum.
Genuū dolores purgāt pill'e aggregate maiores ꝛ pill'e ꝺ oppoponaco.
Genuū doloribus confert emplaſtrum andromachi.
Gutturis aſperitatem leniūt oleum amigdarum dulciuꝫ ꝛ oleum de granis ſiſami.

## De littera. H.

Humiditates groſſas ꝛ viſcoſas ſubtiliat ꝛ reſoluit dialacca deſcriptione Gal.
Humorum lubricitatem remouet confectio de ſeminibus.
Humores crudos purgat cõfectio de dactilis.
Humores aduſtos purgat cõfectio alia bamech ꝛ acetũ ſquilliticũ.
Humorum groſſitiem purgat ꝛ ſubtiliat vt facilius educi poſſit acetum ſquilliticum.
Hũores groſſos ꝛ viſcoſos purgãt pillule aggregate maiores pillule fetide maiores ꝛ minores ꝛ infuſio alia biere.
Hũores groſſos deſcẽdẽtes ad neruos purgãt pillule de euforbio: ꝛ ipſos reſoluit emplaſtrum de alleis.
Herpeti conferunt tro. de arſenico.
Heriſipile conferunt vnguentum roſ. vnguentum viol. ꝛ vnguentum ceruſe.

## De littera. J.

Jdropiſi ꝯfe. diacurcuma magna ꝛ minor: ꝛ diamoꝛuſiõ. dialacca maior ꝛ minor. diacoſton diaſulphur. ſirup⁹ de eupatorio. tro. de ligno aloes. tro. de roſ. de reubar. empl'm andromachi. empl'z de alleis empl'm relatũ ad ariſtarchum. oleum almezereon.
Jdropiſim qñ eſt in initio purgat cõfectio de eupatorio ꝛ pillule de reubarbaro.
Jdropiſim purgãt ꝯfe. de alkelẽgi. pill'e ꝺ alchẽ. pill'e rauedſceni. pillule ſebellie. pill'e almezereon. vnguẽtũ arthanita magnum.
Jctericis ꝯfert ꝯfectio rauedſceni. trifera pſica ꝯfectio de pſilio. tro. de roſ. ꝛ eupatorio. tro. ꝺ reubar. tro. ꝺ cãphora. oleũ ꝺ carthamo
Jcteritiã citrinã purgãt ꝯfectio electuarij roſ. ꝯfectio de eupatorio ꝛ eidẽ ꝯfe. ſirup⁹ de fumoterre minor. ꝛ ꝯfectio fumiterre.
Jcteritiam ſpleneticam ſoluunt pillule inde.
Jntellectũ acuit illis q̇ ſcire deſiderãt ꝯfectio anacardina.
Jũcturaꝝ egritudines frigidas purgat hierapigra. hiera hermetis electuariũ indũ mai⁹ ꝛ min⁹. ꝯfectio alkelẽgi. pill'e alãdhal. pill'e hermodactilorum: pillule de oppoponaco.
Jũcturaꝝ egritudines calidas purgat ꝯfectio electuarij ſucci roſ.
Jũcturaꝝ dolorẽ purgãt electuariũ aleſtof. pillule ſtomatice pill'e aggregate maiores: pillule fetide maiores ꝛ minores: pillule de ſerapino: ꝛ pillule colloquintide.
Jũcturaꝝ frigiditatib⁹ confe. cerotum andromachi.
Juncturas laxas confortat oleum de ſtincho.
Jũcturaꝝ egritudinib⁹ ꝯfe. aqua mellis. ſermo in ſecaniabin. oleum maſticinum: oleum de ſtorace: ꝛ oleum de euforbio.
Jũcturaꝝ egritudinib⁹ ꝛ dolorib⁹ ꝯfe. acetũ ſquilliticũ. yſopi cerotũ deſcriptiõe Galeni. emplaſtrũ andromachi. oleũ de been; oleũ lauri. oleum de keyri oleum de cucumere aſinino: oleum de granis

citrangulorum: oleum de piperibus.
Juncturarum nodoſitates leniunt cerotum diapente et emplaſtrū filij zacharie.
Juncturarum durities lenit oleum de ſe. lini.
